OPERIS CHRONOLOGICI TOMVS ALTER:

RERVM PER VNIVERSVM ORBEM GESTARVM SEDEM, BREVEMQVE A CHRISTO AD ANNVM VSQVE M. D. C. XVII. NARRATIONEM, complectens.

AVCTVS ET RECOGNITVS.

AVCTORE

R.P. IACOBO GORDONO LESMOREO
Scoto, Societatis JESV Doctore Theologo.

Reliqua dat pagina ſequens.

AVGVSTORITI
PICTONVM,
Ex officina Antonij Meſnerij Regis & Academiæ Typographi.

i 16886392

QVÆ HOC ALTERO CHRONOLOGIÆ *Tomo Continentur.*

1 Præfatio de Chronographorum placitis, in eisque delectu habendo: & quàm raras habeat apodixes res Chronologica.

2 Capita aliqua instar apparatus ad Chronologiam, de rectè consignando Christi nascentis, baptizati, & patientis anno.

3 De statu rerum Iudaicarum nascente Christo & Iudeorum procuratoribus.

4 De quibusuis annis Chronologicis ritè putandis, eorumque vinculo.

5 Notæ in aliquot Chronologiæ huius annos controuersos.

6 Chronologia integra, cum rerum gestarum serie à Christo producta, vsque ad annum 1613.

7 Digressiones aliquot de initijs regnorum, de statu & doctrina Ecclesiæ per singulas ætates, de Consulum recta consignatione, de Indictione, Æra Martyrum, rebusque eius generis alijs.

8 Regnorum & vrbium descriptio Geographica, cum ciuitatum nominibus, tum olim tum hodie vsitatis, ad omnem Chronographiam non modò vtilis, sed necessaria.

9 Index in totam hanc Chronographiam. accessit demùm Martyrum catalogus eorum. quos dedit hæc Chronologia.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

ROBERTO BELLARMINO

S. R. E. CARDINALI,

IACOBVS GORDONVS.

VÆ duæ res (Cardinalis Illustrissime) ad vitæ rationes meliores nos erudiunt ; Historia vitæ magistra ; & imago Seculorum Chronologia: eæ mihi videntur ambæ ita comparatæ, vt quantum vtilitatis ex ipsis percipitur, dum legũtur; tantum adsit molestiæ, & laboris , dum literis consignantur. Quis enim tam rudis est, qui non facilè intelligat earum rerum consideratione, quas nuntia veri loquitur Historia, admirabilem lucem in mente oboriri, conformari mores, & rerum humanarum imperitos, dum aliena sic fruuntur insania, in reliqua vita fieri cautiores? Nimirum quid hoc aliud est, quàm, velut ex alta specula, eorum, qui ante nos vixerunt tristes casus, & instabiles rerum vices contemplando, illustribus exemplis ad saniora consilia capessenda erudiri? Tunc verò ad hoc tantum bonum accessio fit maxima, cùm temporis ordinata series accedit, & annorũ notatio singulorũ: ex qua temporum distinctione lucem Historia tueatur suam; & vtilitatem retineat nulli confusionis uitio obnoxiã. Verùm res humanæ ferè omnes, quò excellentiores sunt, eò difficiliores esse deprehenduntur. Ita planè se habet scribendi negotium , quod aggredimur: & consignatio ista temporum, quæ syluam rerum historicarum cum annorum notatione componit. Atque vt de ea parte, quæ historica est, quam in hoc opere ὡς ἐν πυρόδῳ vtcunque attingo nunc quidem taceam ; de altera, quam ex professo tractandam proposui, verè hoc dici videtur, eam sua magnitudine & difficultate maximorum virorum ingenia exercuisse diu, & superasse. Non eo inficias Chronologorum quorũdam vitio, perplexam magis euasisse harum rerum commẽtationẽ: ex quorum diuturnis sudoribus, præter opinionum pugnam, & contentiones , vix iam aliud posteris relictum est. Sed

habet etiam suas in hoc Chronologico sudore partes, suamq; molestiam, ipsamet de seculorum finibus disquisitio. Quis enim, vel leuiter in ijs versatus, nescit priora illa tempora esse obscurissima, & vix aliter quàm per immensam caliginem conspicienda proponi. Hæc verò Secula, quæ propiora sunt, ac penè nostra, rē planè lubricam continere, si discutiantur, satis superque comprobant grauiores admodū lapsus, qui apud tēporū Scriptores passi reperiuntur: vt nihil dicam de leuioribus illis ϖϑχρονισμοῖς, μετχρονισμοῖς, & tot falsis epocharū initijs, quæ intra veros fines tēpora cōtineri nullo modo patiuntur. Demū, ne quid ad huius molestiæ deesset cumulū, adeò de tota annorū ratione ineunda recētioribus Chronologis placet digladiari; vt etiā cum odio ad præliādū cōpositi videātur. Ego certè annosas has lites ex instituto non suscipio cōponendas: sed neq; per hoc tenebricosū iter, cursum inoffenso pede mihi polliceor. Quin potius ingenuè fateor, non esse humanæ industriæ, vt Chronologus omni difficultate superior euadat. Quid igitur? fecisse pretiū operæ fortassis videbor; si vera certaq; qua diligētia, quo iudicio possū, inuestigauero: aut illa, si nō semper occurrant, saltē probabiliora, eaque inter se cōsentientia protulero in lucem: ac demùm, si ex tot discrepantibus sententijs, optimas sequutus, eas breuitate perspicua, & conueniente methodo tradidero confirmatas. Id ego, si ad studiosorum vtilitatem hîc effecero; finem, quem mihi proposui, sum consequutus. Ac de his in præsentia quidem satis. Sed cur te potissimū (Cardinalis Illustrissime) hæc compellauit oratio? Nimirum istud accepti est à te beneficij qualiscūq; recordatio. Triginta enim iā & amplius, anni sunt, ex quo Romā ad Theologicas tuas & Suarez nostri prælectiones audiendas superiorum iussu vocatus, vidi aliquoties inter tuas versari manus, & liberaliter, te annuente, etiam perlegi, quas tu Chronologicas notas in priuatum vsum tibi collegeras. Et quanquam tunc quidem nec animus mihi esset, nec otium, ad vllam earum rerum vel exiguam commentationem; tamen, vt prona sunt in mutationem nostra consilia, eò me post annos aliquot impulerunt, tum illius tuæ lucubrationis iugis apud me, & non iniucunda recordatio, tum literariæ occupationes, quibus subinde distinebar, quæ sine hoc præsidio dignitatem tueri suam vix posse videbantur: tandēque effecerunt, vt in hanc meditationem, (iucundamne dicam, an molestam?) conatu aliquo incumberem: & succiciuis horis, quantæ homini satis occupato dabantur, hæc, quæ de re Cbronologica vides Syntagmata, in Opusculum, labore non facili lucubratum, congererem; quod demum in conspectum se daret tuum, illa, quæ recensui, agnoscens beneficia. Accipe igitur (Card. Illustrissime) hanc non ingrati animi post tot annos significationem: & quo soles semper rem literariam, hunc etiam laborem fauore prosequere.

PRÆFATIO
Ad Lectorem.

PRIOR Chronologiæ tomus, qui à conditu orbis ad Chriſtum annos complectebatur: vt remotiſsima à nobis tempora continet; ita difficiliores habet ad explicandum quæſtiones: & pars temporũ eſt perobſcura, in qua Chronologorum induſtria vel maximè deſudare debet. Qua in re, quæ fuerit inſtituti mei ratio, & quid effectum ſit, non eſt quod hic denuò repetam. Hoc ſolum lectori renuntio, non potuiſſe niſi à pauciſſimis viris eruditis, ſatis intelligi & comprehendi, prolixiores illas de re Chronologica diſceptationes, ſine varia, quæ ibi adiecta fuit, Hiſtoriarum ſynopſi: quam proindè rudioribus ſaltem neceſſariam fuiſſe, nemo eſt qui prudenter dubitet. addo etiam (quod tomo primo vt opinor perſuaſi) ægrè poſſe accuratam inſtitui Chronologiam, quæ dignitatẽ, vt par eſt, tueatur ſuam; ſine cognatæ hiſtoriæ frequenti, & ſatis ampla mentione. Sed de his alias. In hac tandem parte poſteriore, habes, non quidem lucubratam illam de annis commentationem, quæ allatis diſſentientium authorum opinionibus prolixè ſit ventilata (quæ enim neceſſitas, in hac aut viciniore nobis, aut etiam clariore temporum ſerie id poſtulabat?) ſed annorum & rerum quæ à Chriſto huc vſque acciderunt, non inutilem vt ſpero collectionem. in qua, ſi ſub hac ſumma quam vides narationis breuitate, nihil intactum relinquimus, & ſimul damus citatos, ſingulis annis authores, vnde quilibet prolixiorem rerum narrationem petere poterit, erit fortaſſe aliquid quod probes, & quo denique, in quauis re literaria facile, nec infœliciter vti poſſis. Sed dum in hac ipſa inſtituti ratione, quod probabilius eſt in medium produco, breuitérque confirmo: illud tacere non poſſum, nullam vel à me, vel à quouis temporum emendatore ἀπόδειξιν. expectandam, nullas citra omnem controuerſiam demonſtrationes. Nam vt omittam, hactenus à nemine potuiſſe Chriſti Seruatoris initia, ad annum orbis aut Iulianum certum, & ſine hæſitatione dirigi, ne quidem ex illa, à quibuſdam tanti æſtimata temporum methodo: vt prioris tomi capite primo, ſatis à nobis explicatum eſt: quis porrò quantumuis in his leuiter verſatus ignorat, pleraſque alias temporum Epochas tam eſſe in ambiguo, tamque diſſentientibus ſcriptorum opinionibus ventilari: vt benè cum illo actum putetur: qui è multis, tres interdùm in eadem ſententia probatos authores, conſentientes ſecum habere poſsit. nec mirum. Nam in hac poſt Chri-

ſtum ſubducenda temporum ratione, ante omnia pro comperto habere oportet, primæ Olympiadis tanquam communis fundamenti fixam ſedem, ſiue orbis annos, ſiue Iulianam periodum eligas. Verùm cum Eratoſthenes, aliique qui rectè ſentire volunt, à clade Ilii, aliiſque rerum incertiſsimis caſibus ad caput Olympiadum annos numerádos pronuntient, hoccine firmiſsimum erit harum rerum inueſtigatori firmamentũ? Hic quoque faſtorum habenda ratio vel maxima eſt. & tamen diuerſi diuerſa ſectantur Palilia. Imo (vt res lubrica eſt) idem aliquando ſcriptor Palilia Catoniana ſecutus, tandem ad Varroniana transfugit: vt de ſuo Onuphrio queritur *Scaliger*. aut certè ſi conſtantes ſunt in eadem faſtorum ratione, ſaltem, dum in medio ſæpe curſu, ab his addi, ab aliis demi conſules reperiunt, quam quæſo efficient ἀπόδειξιν. In proximis vero celebrioribus *Epochis*, primo Cyri principatu, Alexandri initio & exceſſu, Machabæi encæniis, & *Æra* Hiſpanica, ſi quis ab his ineat temporis rationem, æqua pænè incertitudo. Quare cũ tẽporũ iſtæ definitiones, ab vltima antiquitate & minus certis Epochis ſint repetendæ, nobis ſatis erit, ſi in primo hoc Chriſti anno ſignãdo, & aliis quibuſcumque rebus, demus in medium, quod probabilioribus nixum præſidiis, illuſtrium ſcriptorum authoritate magis comprobatum eſt: facta inquirendi poteſtate, & magna, ſi quod ſperant inuenerint, habita gratia illis, qui vel noua ſua & Catholica vt vocant Cyclorum methodo, vel aliundè, putant ſe quicquid opinantur accuratiſſimè demonſtraſſe. Diſſenſionem, (quod aliud hìc malum eſt) & contentioſum funem eſſe trahendum ſatis præuideo. quid his facies? diſſidentes opiniones ſunt. euenire poteſt alterum, vt earum nulla; alterum nullo modo, vt plus vna vera ſit. ſa nè vt ridiculum eſſet omnium ſententiis velle adhærere: ita rectè ſentientem, à pleriſque diſſentire neceſſe eſt. Ex his en tibi obiter aliqua. De Epocha Martyrũ Diocletianæa, ipſoque Diocletiani initio, ſatis nos quidem ad annum Chriſti 284. & 302. Ex quo tamen diſſentiendi principio, Ioſephus Scaliger, paſſim *Baronio* atq; aliis ἀναχρονισμὸς obiecit. De excidio item Hieroſolymitano ampla diſſentio eſt. minutiora ſunt quæ ſequũtur, ab illo tamen authore reprehẽſa in Baronio: de Martyrio Fructuoſi Epiſcopi, Andreæ militis ac ſociorũ, de Epiſtola Vigilii Epiſcopi Tridentini ſcripta anno 460. de Vigilii Papæ Epiſtola ſcripta anno 552. & demùm de obitu *SS.* Martini & *Benedicti*. cũ enim acta prodant feriam, in de inuento Cyclo, prodibit etiam annus ex methodi, tabulis Scaligeranis, diuerſus biennio vel triennio, à ſede quam his rebus & perſonis alii deſignant. Sed fateri imprimis oportet, minoris momenti hæc eſſe, ſi conſtant Epochæ maiores, & á quibus propria temporum ratio pendet. Deinde qui in his diceret erratum eſſe in danda feria, ex qua tota illa confutatio petita eſt, haberet ille abundé, ex quo aduerſariis ſilentium indiceret. Omitto pleraque alia, quæ idem autor colligit ſibi, ex feria & Neomeniis quas dat ſolus Ioſephus Iudæus. quo præſidio nixus Scaliger, ſe quidem demonſtrare, reliquos ſcriptores hariolari putauit. Inter grauiores vero quæſtiones ſunt illæ de conſulibus, de imperatorum initiis, de indictionũ origine, Danielis hebdomadibus quẽ habeant illæ Chriſti ſæculo finẽ & Epilogiſmũ, quis demũ annus Chriſti naſcẽtis, ba-

ptizati, & patientis ſit recipiendus. Nos quidem hanc de Chriſto diſceptationem in ipſo hoc apparatu diſcutimus. Cætera ſuis locis, quantum inſtituta breuitas patietur, tractanda, eruendaque (vt hoc iterùm adiiciam) ex veterum optimorumque ſcriptorum placitis, qui propius ab his rebus geſtis abfuerunt, & certiora ſentiendi principia, vt opinor, ſecuti ſunt. Nam vt verum fatear, ſuſpectus mihi ſemper calculus illorum eſt, qui toti ſunt in cœleſtibus characteribus rimandis, vt inde Epochas eruant prioribus ſęculis ignotas. fallunt enim authores non rarò (inquit huius artis amator ipſe Scaliger) cum defectus luminũ qui nunquam fuerunt, referunt. ſic inquit Dio & Seruius in cæde Cæſaris: Aurelius victor vulgaris in obitu Neruę: Zoſimus in pugna Theodoſij & Eugenii Tyranni: Tarrutius Mathematicus celeberrimus in conceptu Romuli, & palilibus vrbis, aliquando etiam caliginem, ſolis defectum eſſe putant. Hæc ille, monens ne temerè ſcriptoribus de Syderum defectibus aſſentiamur, & iis quæ de feriis ſimilibúſque indiciis pronuntiant. Prudenter monet vir huius periculi gnarus. *Sæpe* enim feria ab hiſtoricis notata, habet in notatione aut authoris, aut librarii errorem. Sæpe etiam nobis marmora vetera, diem & feriam mentiuntur: vt idem author agnoſcit. ac denique, quod moleſtius eſt, ſępe nouæ methodi & prolixi operis molitores iſti, implicantur mirificé, non modo tot *E*pocharum concurſu: ſed maximè, ſi inuentus character feriæ aut deficientis aſtri, ducẽdus eſt per menſes Harpaleios, Methonicos, Calippicos: ſi componendus cum externis Epochis Nabonaſſari, Neuruz, Hegiræ: ſi cum antiquitate vt defendantur pugnandum. cum tamen in hoc longo incertoque labore, nec Palilia, nec Olympiadem, vel annum Chriſti, nobiliores Epochas omittere liceat. Quare mirum non eſt, ſi quos ex Ioſepho Iudęo, Ioſephus Scaliger, huius generis characteres ad nouam methodum formandam aſſumpſit, poſthabiti ſint ab Euſebio, Hieronymo, & alijs, qui ſine his indicibus, veriores vt puto Epochas inueſtigarunt. Ego certè, ſi in hoc nouæ methodi genere alicui placet philoſophari: aut paucis & ſobriè philoſophandum ſuadeo, aut ea ſaltem iudicij æquitate, vt longe ablegata demonſtrationum mentione, τὴν σκάφην σκάφην εἰπὼν) meminerit. 4

PROLEGOMENA DE annis recte putandis, in tres partes diuisa.

PVtabam me in opere hoc chronologico, vbi ingens solet esse discrepantium scriptorum numerus, fecisse satis ingenijs etiam paratioribus ad pugnam, & minus quietis. Sed quia hoc assequi, vt video, difficile est: succurrendum illis fuit hac noua auctaque editione: si forte pleraque minus rectè sunt assequuti: atque etiam occurrendum, ne ex erratis Typographi, aut apice aliquo captent victorias. Si pacem deinceps spirabunt, grata erit: si contentionem & λογομαχίας, videant Sisyphi ne saxum voluant. Interea legant primùm, sed æquo animo, quæ toto hoc apparatu in medium veniunt: eaque si possunt confutent, sed solidè. Euertant deinde, necesse est constantem annorum rationem à palilibus & prima Olympiade, ad Christi vsque baptismum productam. Inchoare eos oportet confutationem altius quàm à calce sumpto principio, & solidas annorum series, primasque chronologiæ radices conuellere. & cum hæc fecerint, adhuc stabit pugna, an fallacibus Neomenijs credendũ sit & ferijs, potius quàm optimis antiquitatis testibus.

PARS PRIMA

De rectè consignando anno Nascentis, Baptizati, & Patientis Christi.

De Varijs Chronologijs iuxta quas firmanda est hæc annorum consignatio.

CAPVT PRIMVM.

QVOD in his prolegomenis, velut in apparatu ad expansorũ annorum seriem firmandam instituto, nunc agitur: præcipuum illud est, vt de anno ortus obitusque Christi, vnde hæc subsequentia tempora exordium ducent, liquidò constet. Constare autem alia ratione chronologica non potest, nisi explicando euincendoque, in aliquem definitum orbis & vrbis annum, in hos Consules. atque in certam receptissimarum Epocharum periodum, incidisse diuinum hoc dati redemptoris beneficium. Et quidem de iis quæ post natum Christum institutæ sunt temporum notationes, nihil at-

tinet dicere in præsentia. in quo genere sunt Imperatorum explorata & notata initia, agones, triumphi, ludi sæculares, & Ægyptiorum Epocha Diocletianæa, Aera Persica posterior, Othomannica, ac celebris illa Saracenorum Hegira, de cuius initio, ad annum Christi 622. Quamuis enim posset non frustra ostendi; quanto interuallo, has anteueniat Epochas annus natalis Domini: atque hac noua arte notari: satius tamen & saris est, receptis ante Christi aduentum chronologiis rem nostram firmare: ex qua demùm sic stabilita, facile cuiuis erit, per annos nostros deinceps expansos hæc posteriora interualla designare. Sed neque priores illæ chronologiæ omnes certam natalis Domini sedem pollicentur, vtpote incertæ ipsæ, & de quarum initiis adhuc certatur egregiè. Sæpe quidem indicatum à nobis est, varias reperiri in consignando tempore ante natum Christum chronologias. Habebant suam Hebræi, habebant Græci per Olympiadas, ac denique Romanis propria erat ratio putandi tempora, à Palilibus per annos vrbis conditæ, à Regifugio per Cõsules, & demùm producta per annos Imperatorum. qui modus postea communis fuit aliis imperiis & Rebusp. quæ per proprias αὐτονομίας aut Regum annos, tempora signarunt. quod *Tomo* 1. *cap.* 19. *num.* 29 non obscurè explicatum fuit. Apud Hebræos, modus putandi annos multiplex quidem reperitur. vel enim numerant ab orbe condito, vel à diluuio, ab exodo, ab ædificato templo, à Cyro & soluta captiuitate, aut instauratione secundi templi, aliquando etiam per Iubilæos, quorum quilibet 50 habebat annos: nonnumquam denique per annos externorum principum tempore Machabæorum. Est porrò peculiaris apud Hebræos ratio temporum, & quæ titulo Chronologiæ insignita circumfertur: Sed sine dubio conficta magna ex parte: ac ad arbitrium Rabinorum ex Thalmudicis scriptis deprompta. Falsa continet pleraque: imo & fabulosa de annis Cyri. nec tamen defuerunt qui eam amplecterentur, vt vides in Lyrano. *cap.* 1. *Esdræ. cap.* 1. *Danielis.* Posset & alia à Moise ad Christum institui per Pontifices, eorumque annos. verum vt ostendi cap. 8 & 16 prioris tomi, nec de Pontificibus satis constat: neque durarunt posteriores legitimè vsque ad Christum: vt de incertis multorum annis nihil dicam.

2. *Syria Chronologia.*

Hebræorum.

Vide to. 1. c 15. num. 13.

Atque hæ iam sunt priorum temporum periodi: cum quibus in hoc apparatu primos Christi annos componere & comparare oportet. quamquam quæ minus certæ sunt, cum minori periculo omitti possunt. talis est illa Hebræorum chronologia propria, in qua, nihil subsidij est ad annum Christi ritè designadum. Propriam dico. Nam per communes illas quas priori tomo recensui periodos computatio, nihil habet quod in communi Chronologia per annos expansos non contineatur. talis quoque videri potest Aera Hispanica quæ ab anno orbis 3963, hoc est 38 annis ante Christum natum, putatur sumpsisse initium vt ex varijs Visigothorum regum annis, catalogis, & eo tempore habitis conciliis plerique colligunt.

æra. a Mariana lib 3. cap 24. Histor. Hispa. Scaliger Emendat. lib. 5. posterioris editionis

3. *Herodis anni.*

Sed neque ad veros Christi annos inueniendos possunt multùm iuuare anni Herodis. sunt enim in controuersia positi, & reuera incerti. consentiunt ferè authores regnasse Herodem annis 37 saltem inchoatis, *ex Iosepho. lib.* 18. *antiq. c.* 3. at dissentiunt de Herodis initio, deque eius excessu, *Egesippus lib.* 1. *c.* 47. *& Iosephus lib.* 17 *Antiquitatum c.* 10. numerant Herodis 37 annos ab eius Regno Romæ inchoato. cui dèdimus annum orbis 3965. & vrbis 714. sicque desiisset regnare anno quo natus est Christus mense martio. quin etiam *Mercator (anno* 3927) protraxit ad triennium.

Scaliger Iosepho adhærens, excessum Herodis incidisse putauit in annum 45 Iulianum. idque Eclipsis notatione, more suo, confirmat, *præfat. de emend.* Ex hoc, similibusque Solis, & Lunæ defectibus, tot ille voluit esse in Baronio dissentiente Anachronismos, quot anni sunt, ab initio operis vsque ad tempora Nicenæ Synodi. Seuerè quidem satis, vt cætera omittam. Sed qui priori modo numerat *Iosephus Iudæus*, addit obiisse propè Pascha Herodem, aut sub finem Martii. & quidẽ si ille notasset initium Herodis per sequẽtes consules, Censorinum. & Caluisium, qui occuparunt annum vrbis 714, & orbis inchoatum 3966: videri posset produxisse vitam Herodis ad annum vrbis 751 ineuntem mense Aprili, post natum Christum, quem nos vocamus annum mundi 4002, & Christi secundum, numerando à conceptione, vel primum absolutum. Sic inquam haberemus etiam ex Iosepho natũ Christum sub Herode adhuc viuente, & anno Iuliano 44, iuxta eam quam sequimur Christi Epocham.

Sed nihil ab his authoribus probabile, aut Euangelistis consentaneum profertur; si ex initio quod dant Herodi, sequatur excessum eius anteceſisse aut Christum natum, aut infanticidium: quod quidem (vt noto ad annum nascentis Christi) non potuit accidisse ante exeuntem annum primum integrum à Christo nato.

Alii ergo hos 37 Herodis annos putandos exiſtimant ab actiaca victoria quā ratione *Baronius* in ſuo apparatu ſequutus Euſebium (qui exilium Archelai, cum vltimo Auguſti anno cōponit) obſeruat vixiſſe Herodē, ad nonū vſque Chriſti annū, & Auguſti imperantis 48: natūq; Chriſtū anno Herodis 29. atq; ita ducendū potius exiſtimat Herodis regnū ab Actiaca victoria, ānovrbis cōditæ 722 & cōſulibus ibi notatis, anno Iulaino 15. vnde ob vltimū hoc beneficium ab Auguſto, cui hoſtis erat acceptum, ſuadebat ratio, vt regni annos numeraret ſuos Herodes: non autem ab anno, quo vel Senatu primùm renuntiatus rex eſt. ſic vero ſi ad annū vrbis 722 excurrentē, addas inchoatos illos annos Herodis 37; exibit annus vrbis circiter 758, & Chriſti octauus. eritque proinde naſcentis Chriſti annus (vt hoc obiter nunc dicam) componendus cum anno fere 28 Herodis, ſi quis vti velit hac Herodis ſenioris chronologia, in tot diſſentientium ſcriptorum opinionibus ſatis ambigua.

Aliam, & vt exiſtimo non improbandam, de Herodis annis inierē rationem *Onuphrius*, *Mercator*, *Vignerius*, & quidam alii; qui Herodis exceſſum notant ad tertium Chriſti annū, & Iulianum 46 inchoatum. ſic ſanè locus erit infanticidio, imo & Iudææ procuratoribus, quos poſt nonum Archelai annum dedit Ioſephus. Verum in hac opinandi ratione, nō debet initium regni Herodis, peti ſtatim à die quo rex à Senatu Romæ dictus eſt: ſed vt facit Onuphrius poſt exactum biennium, quando vel iuſſu Antonii pulſo Antigono per Soſiam Syriæ præſidem: vel captis Hieroſolymis (quod tertio anno accidit à decreto Senatus) miſſus eſt in plenam regni poſſeſſionem. hoc varium regni Herodis initium, bellè expreſſit notatis Coſſ. *Baronius in ſuo Apparatu. num.* 113. 114 & 115. quamuis ipſe nec à Senatus decreto, nec ab adepta regni poſſeſsione annos Herodis 37 exiſtimet numerandos. Cæterùm vt fatear quod ſentio, eſt hæc Onuphrii ſententia minoribus obnoxia incommodis: ſed infra ad annos expanſos 3. 8. 11. 14. & 16. de ea dicendum. hic ſatis ſit, rationem huius chronologiæ attigiſſe ambiguam.

4 *Olympiades.*

Alia temporum ratio eſt per Olympiadas. de quarum vſu, origine, & quomodo à Solſtitio æſtiuo initium ſumant, dixi *tomo* 1. *cap.* 10. Hac chronologia vel maxime vti ſolent ſcriptores, ad annum, tum aliarum rerum, tum natiuitatis conſignandum. quamuis de Olympiadis anno quo natus eſt Chriſtus, variè (vt mox dicam) ſentiant.

Romana.

Reſtat chronologia Romana per conſules, & annos vrbis: ſanè non inutilis, ad annum natiuitatis deſignandum, & à profanis hiſtoricis dum rerum geſtarum annos conſignant in primis etiam vſitata. Initium annorum vrbis eſt à menſe Aprili: & Conſules ſolebant Romæ creari Kalend. Ianuar. Saltem ab anno vrbis 600. Hi vero ad certum aliquem à conditâ vrbe annum notati, chronologiam faciebant. Sed nec iſta demùm chronographia caret ſua ambiguitate, dum Conſules à quibuſdam poſiti prætermittuntur ab aliis. Imo ſæpe prius vel poſterius, vno, duobus, vel tribus interdum annis collocantur: vt iam præfatus ſum, & paſsim ac diligenter *Onuphrius* in Faſtorum Commentariis expreſſum reliquit. nos Tomo 1. ad an. 3495, aliqua huius inconſtantiæ chronologicæ exempla protulimus. Supereſt nunc vt de anno Natiuitatis, ex probabilioris chronologiæ canone atque vſu aliquid ſtatuatur.

ASSERITVR ANNVS NATIVITATIS iuxta certiores illas chronologias.

CAPVT II.

1

MANET iam, tantum per Olympiadem, Romanam aliquam chronologiam, & annos orbis: vtiliter poſſe, & vero comuniter ſolere conſignari annum naſcentis Chriſti. Inchoando autem hanc temporis notationem ab Olympyade, eſt recepta ſententia Chriſtum natum Olymp. 194. ita *Euſebius in Chronico*: & eandē faſtis ſuis adiecerunt probatiſsimi authores. Sed quo anno huius Olympiadis, diſſentio magna eſt. Placet quibuſdam incidiſſe in annum 2 illius Olympiadis. hoc ſequutus eſt *Baron. in ſuo apparatu*. Ratio hæc afferri poteſt. Chriſtus natus eſt Cornelio, Lentulo & Meſſala Coſſ. hi autem inierunt conſulatum hoc 2 anno: Verum hæc ſatis infirma videtur probatio, dum non rectè componit Comitia conſularia cum Olympiade. Nam vt iam dixi cap. 1. tunc

Per Olympiades.

temporis inibant Romani Consulatum Kal. Ianuarii. Annus vero Olympicus, vt superius notaui, inchoatur à solstitio æstiuali: & Christus natus est mense Decembri. Iam si illi fuerunt consules creati anno 2 illius Olympiadis; & post sex menses mutatus est annus Olympiadum, certe Christus qui altero semestri post mutatam Olympiadem natus est, nasci debuit anno 3 Olympiadis. Dicet aliquis fuisse illos Coss. creatos anno primo illius Olympiadis, ac sic Christum natum illis consulibus; & tamen anno 2. Respondeo apud huius sententiæ anthores receptum esse, consules hos fuisse creatos anno 2. Et eo anno Olympiadis accidisse. Kal. illas Ianuarij. vnde sequetur Christum natum anno 3 illius Olympiadis. & sané non pauci qui de fastis cum laude scripserunt, eos componunt aliter cum Olympiade, & creatos volunt anno ilius 2. Secunda sententia & probabilior est, natum Christum anno 3. Olympiadis 194. Ita vt illius Olympiadis superessent tantùm annus vnus & sex menses, quando Christus mense Decèbri natus est. Sequitur ex confutatione prioris sententiæ. ita porro *Beda de sex ætatibus. Et Eusebius in Chron.* consentit *Sylburgij* collectio ex fastis Capitolinis. Denique si (quod iam demonstrabitur) consentit hic annus cum consulibus & anno vrbis, opinio hæc certa manebit.

2

Anno 3. Olymp. 194.

Proxima ergo iam sit Romana Chronologia per coss. & annos vrbis. Et quidem ab V. C. ad Christum, aliqui ex recentioribus (vt ab his ordiar) numerant annos 750. Ita Mercator. Alij 751. sic *Baronius in apparatu*, secutus vt profitetur collectionem Varronianam. Alij ponunt natum Christum anno vrbis 752. ita *Pererius lib. 11. in Daniel. q. 5.* Rursus non est minor de Coss. dissentio, imo & in ipsa Consulum cum annis vrbis copula. Seuerus Sulpit. *lib. 2. sacræ histor.* scribit Christum natum Sabino & Rufino Coss. qui aliter dicti sunt *Camisius*, & *Pascentius*. Horũ Consulatum incidisse in annum vrbis 750, habes ex *Dione lib. 55.* Secunda de Consulibus opinio est, Christum natum Augusto 13, & Marco Plautio Syluano Coss. ita *Onuphrius in fastis Rom.* recenset *Sigonius* hos, ad annum 751. Tertia est, natum Lentulo & *Messala Coss. quæ* opinio veteribus quibusdam magis placet, & in ea cum plerisque neotericis conquieuit Baronius quantum ad consules spectat. Certe his Coss. natum Christum est sententia *Cassiodori*, viri & Romani, & eruditi. In eadem sententia est *Cuspinianus in Cassiodorum*; & ante eum *Marianus Scotus. Hieronymus in Isaiæ c. 2. & Dan. 9. Irenæus contra hæreses lib. 3. cap. 25.* Cæterum anno vrbis 750, creati ponuntur hi consules, Lentulus & Messala, ex *Cassiodoro & fastis capitolinis.* Et idem annus vrbis incidit partim in 2. partim in annum 3. Olymp. 194.

Rom. Chro.

Consules.

3.

Hæ sunt de ista satis controuersa quæstione, dissentientes opiniones. vbi debet primùm tolli ambiguitas illa annorum expansorum, de qua hic ad finem cap. 6. Deinde distinguenda quæstio est, de primo Christi anno integro, ab illa altera de præciso tẽpore & mense natiuitatis. Nam sicut primus Christi annus integer, qui initium habet Decembrem à die 25: respondet ex parte duobus annis chronologiæ, tum græcæ tum latinæ: ita nunc loquendo de hoc eodem anno primo integro, ambæ illæ de Consulibus opiniones secunda & 3. veræ sunt. Pars enim (licet exigua) primi anni integri, habet Consules Messalam & Lentulum. Et hanc nos vocamus annum orbis exeuntem 4001. Pars etiam posterior habuit Consulem Augustum 13. & complectitur annum orbis 4002. Pari etiam modo de anno Olympiadis dicendum est. quod contingit ob varia horum annorum initia. Cæterum si agatur de præciso mense & die natiuitatis; ille solum obtinet priorem huius anni integri partem, habetque proinde consulatum Messalæ pene finitum, & annum orbis 4001, vrbis 750 inchoatum à nouem mensibus, & Olympiadis 194 tertium annum, à quinque mensibus excurrentem. Tamen infta ad initium chronologiæ, vbi integros annos expansos notamus, posuimus (habita ratione maioris partis) primum Christi annum (nempe integrum) habere Consulem Augustum; & esse annum orbis 4002. sicque omnia rectè constituit. Sanè cum tot sint dissentientium authorum opiniones, possumus in hac eorum conciliatione quæ sequitur, probabiliter conquiescere.

	Mense quo natus est Christus	*Primo Christi anno integro.*
Consules.	*Lentulus & Messala Coss.*	*Augustus 13. & Syluanus*
Annus V. C.	750 *inchoatus à 9 mensibus.*	751.
An. Olymp.	*Olymp. 194. an. 3. inchoatus à 5. mensibus.*	*Olymp. 194. an. 3.*
An. Orbis.	4001. *exiens.*	4002.

Si enim quod iam oſtenſum eſt, menſis naſcentis Chriſti occupat annum 3. Olym. 194. ſanè cum excurrant eodem menſe Decembri Conſulatus Meſſalæ, & annus vrbis 750 (quod etiam docent initia Iphiti & paliliorum ſupra firmata) omnino relinquitur rectiſſimè conſignari, & cum triplici hac chronologia rite ſic componi natiuitatis menſem. Quæ ſi quis porro diligenter obſeruet; non hærebit, dum annum 3 illius Olymp. videt componi cum anno vrbis 750. Dixi autem hanc eſſe menſis conſignationẽ. nam quòd primus Chriſti annus integer alium habeat vrbis annum, alioſque Conſules, & quàm etiam hæc quæ iam dixi aptè cohæreant, reliquus hic apparatus ſatis oſtendet.

Iam de anno mundi, mirum non eſt ſi diſſentiant authores etiam graues. Niceph. *lib.* 1. *hiſt. c.* 19, numerat ab orbe condito ad Chriſtum annos 5500. Rex Alphonſus 6984. Euſeb. in Chron. 5199. Iſidorus *lib.* 5. *Originum*, 5220. D. Cyprianus ſuo tempore numerabat à creatione 6000. *in libro de exhortatione Martyrum.* Hieron. vero in Epiſtolam ad Titum, & Auguſt. lib. 12. Ciuit. c. 10. ſcribunt ſuo ſæculo vix completa eſſe ſex millia annorum. Romanum martyrologium, proponit annos 5199, à creatione ad Chriſtum. Nobis iam hac in parte non eſt laborandum. Nam priori tomo chronologiæ, deduximus per nouem periodos, eſſe ab orbe condito ad Chriſtum annos 4001 vel 4002. prout exeuntem vel ineuntem annum Chriſti notaueris; & conſonum hoc eſt datis iam chronologiis. Nam Olympiades vſque ad Natiuitatem notatæ faciunt annos 775. quos addendo annis 3227, (quando inchoatæ ſunt Olympiades) efficies nobiſcum natum Chriſtum anno orbis fere 4002. Ille enim tertius annus Olympiadis 194, partem habet vtriuſque anni, ſcilicet 4001, & 4002. Et idem reſultat ex noſtro anno vrbis aſſignato, vt iterum apparebit in fine cap. 6. *Annus mund.*

Reſtat adhuc Auguſti annus conſignandus in Chriſti natiuitatẽ. quâ in re plurium ſententia eſt natũ Chriſtũ anno 42 Imperii Auguſti. ita quidem Martyrologium Romanum, à triumuiratu numerando. ita quoque Euſeb. *in Chron.* Epiph. *Hæreſi.* 51. Oroſius *lib.* 7. *c.* 2. Et Beda *lib. de ratione temporum.* Sed hi omnes annum 42 labentem intelligunt; qui ſolet à quibuſdam recentioribus vocari 41 completus. ſi tamen horũ aliqui ſint (vt forte ex tot authoribus vnus eſſe poſſet) qui intelligant numerando se eſſe illos 41 annos; non à triumuiratu, ſed à cæde Cæſaris: tunc ſequetur ex horũ ſententia, vix eſſe 40 annos à triumuiratu. Sed iam alia & ſecunda opinio eſt, natum Chriſtum anno Auguſti 41. hoc ſcripſit Tertul. *lib.* 1. *aduerſus Iud. eos* (ſed ibi loco Cleopatræ ſubſtituendum eſſe triumuiratum omnes norunt) idẽ dixit Hieron. *Iſaic* 2. dẽ quo tamẽ vide animaduerſionem Scaligeri *ad annum Euſeb.* 2016. conſentit Irenæus *lib.* 3. *cap.* 25. & ex recentioribus Baron. *in apparatu*, ſcribens natum Chriſtum anno 41, ab inito triumuiratu. Caſſiodorus denique videtur habere annum 41. Et tamen ſi annum 41 labentẽ intelligãt, conſequens eſt eos tantùm per aliquot menſes diſſidere à proximè ſequẽte opinione, ſi numeres à conſulatu. imo tantùm per vnum fere mẽſem, ſi numeres præciſe à triũuiratu; quippe qui contigit exeunte Nouembri. Sigon. *ad annum* V. C. 710, lapidem nobis exhibet, in quo extabat initum fuiſſe triumuiratũ ante quintũ Kal. Decemb. Tertia demum ſententia habet natũ Chriſtum anno 40, à triumuiratu: vel ſi mauis à conſulatu. Sunt qui Caſſiodorum citant pro hac opinione. Sed in Caſſiodori Chro. Rom. Conſulum; multi codices notant ortum Chriſti incidiſſe in annũ 41 principatus Auguſti. Cæterũ ex his opinionibus, nos ſecundã & 3 probamus libenter. Non enim diſſentiũt, vt c. 6 oſtendam; ac proinde vtrouis modo loqui licebit; probèque hoc conſentit cum annis noſtris expanſis, & tabula chronologica Auguſti infra data. 5 *Auguſti annus* 6

Numerari porrò ſolent anni natiuitatis ab Actiacâ victoria. Hanc victoriam incidiſſe in annum vrbis 723, ſignatur ex conſulibus apud Dio. *lib.* 50. quod enim initio libri 52 dicit de anno vrbis 725, forte intellexit de confirmato iam imperio; vt certè varia hic ſumi poſſunt initia: ſcilicet à die victoriæ, à capta Alexandria, & à triumpho. ſolum enim anno 724 Auguſtus triumphauit de Cleopatra. Communiter tamen & rectius videtur ſignari vrbis annus 722. vt pote excurrenti tunc Olympiadi, & datis hic conſulibus ritè conſentiens. lege Sigon. *anno vrbis* 722. contigit victoria menſe Septembri, conſulibus, Auguſto 3. & Meſſala. Et quidẽ Conſules illius belli anno, fuiſſe Auguſtũ & Meſſalã, omnes fere notant. Dio. *lib.* 50. Faſti capitolini Sylburgii. Scaliger *lib* 5. & alii. Iam ab hoc anno actiaco ad Chriſtum, licet aliqui numerent 30 annos; tamen verius eſt, ſolum eſſe, 28. ſaltem non ſunt plures completi. ita Euſeb. *lib.* 1. *hiſt. cap.* 5. & Clemens Alexand. *lib.* 1. *Stromatum. Auguſti, inquit anno* 28, *natus eſt, Dominus, cum primum iuſſerunt cenſum deſcriptione fieri, tempore Auguſti.* Deducitur idem, ac demum tota hæc actiaca chronologia, ex his 7 *Actiaca victoria.*

quæ in hoc anno natiuitatis designando, dicta sunt de anno vrbis 750. & de anno 3. Olymp. 194. Et quamuis aliquot mensibus discordaret annus mundi ab anno vrbis, res est exigui momenti: siue quia, vt sæpe dixi, illorum annorum diuersa sunt initia; siue quia anni mundi fere pro integris accipiuntur, neglectis sæpe factionibus. *Nulla iam de anno* Iuliano potest superesse controuersia: hi enim 28 anni ab actiaca pugna, fasti item consulares, Olympiadū ratio, & quæ secunda ac tertia parte huius apparatus dicentur euincunt annum Iulianum 43, consignandum esse natiuitati. De quo iterum *c.* 10. & 17. §. *de anno* 240. Et hæc de Chronologia.

8 *Census.*

Solum quærendum restat an cēsus ille Romanorum sub Cyrino, seu, vt habet textus Græcus, Cyrenio habitus, consentiat etiā his quæ dicta sunt. De hoc cēsu agitur Lucæ 2. *Exiit inquit Lucas, edictū vt describeretur πᾶσα οἰκουμένη, vniuersa habitata*, scilicet Terra. Vbi Euangelista maximam orbis tunc reperti partem appellat vniuersum orbem. At quomodo hæc descriptio dicitur prima; cum Iudæi diu antea per Pompeium facti sint vectigales, *to.* 1. *qq. c.* 16. *num.* 33, à quo tempore cœperunt capite censeri. quin etiam, cum Dione plures notant habitū prius sub Augusto; sanè exhausto ærario, cum designabatur qui esset appretiator substātiæ vniuscuiuque, seu vt ait Ioseph. *Τιμητὴς τῶν θσιῶν γενισόμενος* saltē in Italia. Respōdeo vocari adhuc primā, forte quia fuit prima ista descriptio, qua Iudæi à Romano Imperatore descripti sunt; vel quâ Romanū Imperium totum cōclusum est: vel fortè etiam de soluendo didrachmo, de quo Matth. 17. *vers.* 25. Scaliger ad annum Eusebii 2016. vult vocari primam; quia (inquit ille) ab eodem Cyrino bis missō in Iudæam, duæ habitæ sunt descriptiones. Quod attinet ad chronologiam, Iosephus *lib.* 18. *cap.* 1. & 3. refert hanc orbis *ἀπόγραφην*, ad annum Augusti minus congruentem huic supputationi allatæ, & veræ chronologiæ. quod ei euenire necesse fuit, ex Herodis, Archelai & procuratorum annis malè subductis, quem proindè lapsum esse, obseruant inter alios Baron. *in appar.* & Maldonatus *Lucæ* 2. Sed errauerit Iosephus. Rectius Lucas retulit illam orbis *ἀπόγραφην*, ad annum natiuitatis Christi. Cæterum peractus est hic census inquit Lucas, sub Syriæ præside. non enim habuit Iudæa præsidem proprium ante Archelai exilium. Notat ergo Syriæ præsidem, quia tunc nascente Christo Iudæa ad Syriam pertinebat.

Asseritur annus quo Baptizatus est Christus.

CAPVT III.

1 CIrca annum Baptizati Christi duo certa sunt. Primū venisse Christū ad Baptismū excurrente anno 15 Tiberii, vt habetur expresse Lucæ 3. successit quidē Tiberius Augusto sine vllo interregno, ac proinde ipso mense Augusti quo alter obiit. Secundum est, Christū Dominū fuisse baptizatū circa trigesimū ætatis annū, quia vt ait idē Lucas, *& ipse* IESVS *erat incipiens quasi annorū triginta.* Sed quia hæc verba variā admittūt expositionē; hinc variæ sunt natæ opiniones. vna quidem refert baptismum Christi ad annum ætatis 29. Ita quidem Caietanus *in cap.* 3. *Lucæ.* Sed nullus veterum ita sentit.

2 Volunt alii baptizatum fuisse anno ætatis 30. Suares qui (*tertia p. to.* 2. *disp.* 25. *sect.* 2) huius opinionis est, citat in hanc sententiam præter D. Thom. & Scholasticos, etiam Hieronymum *Ezechiel.* 1. Augusti. *lib.* 3. *de memorabilibus sacræ Scripturæ c.* 5. Origenem *Homil.* 1. *in Ezech.* ac denique Eusebium *lib.* 1. *hist. cap.* 10. consentiunt recentiores hi; Pererius *lib.* 1.

3 *q.* 6. *in Daniel.* & Barrad. *to.* 2. *lib.* 1. *cap.* 12. inferens consequenter annum vnum inter baptismum (quem rectè vult accidisse 6. Ian.) & nuptias in Cana, seu primum miraculum. Sed certè Christum toto anno post baptismum nihil egisse, multis pro absurdo habetur: refutaturque à Salmerone, Baronio *ad annum* 31. & Pererio *citato q.* 7. Habent autem hi authores suam peculiarem illorum verborum Lucæ 3 explicationem. Est enim ille locus fundamentum ex quo colligere oportet annum ætatis Christi. Sed nostra opinio est cæteris vt puto verior, Christum baptizatum anno ætatis 31, per dies aliquot inchoato. Hæc est sine dubio sententia Ignatii. *Epist. ad Trallianos*, cum ait Christum baptizatum expletis tribus annorum decadibus, *καὶ τρεῖς δεκάδας ἐλωνπολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου.* Et paulo post, *vbi triennium prædicauit in-*

dicatus est. Lege Baron. *anno* 31. *& in apparatu*. Prolixus est in hac asserenda sententia Salmeron. *Proleg*. 38 *de ætate Christi*. Ignatium sequutus est Chrisost. *homil*. 10 *in Math*. Itē Euthimius *in Math*. *c*. 3. Beda *de ratione temporis cap*. 45. & Bernard. *serm*. 1. *de Epiph*. cum autem dicant hi grauissimi authores baptizatum Christum expletis 30 annis; certè nō debent hæc verba aliò detorqueri; quamuis id vt fiat, aliqui laborent. Illa vero cessatio per annum de qua in 2 opinione, videri debet penè absurda. quis enim Christum in baptismo, voce Patris & diuino præconio declaratum Messiam, permansisse adhuc in silentio per annum integrum facilè probabit? quod latè post alios attigit Salmeron *proleg*. 39. Et satis nota res est ex stabilita semel nostra opinione; quam probant insuper, quæ citantur ex D. Luca pro contraria sententia. *erat* inquit *annorum quasi* 30. vbi si genuinus verborum sensus recipitur, particula (*quasi*) fauet nobis. Iam enim, per 12 dies excesserat annum 30, quando hoc suum inchoauit munus, seu quando erat incipiens, *vt ait Euangelista*. Nam illud (*incipiens*) iuxta Origenem, distinguitur interpunctione à præcedentibus. Et sic constat verborum sensus perfectus iuxta interpretationem quam suggessit Ignatius. Eundem verborum sensum prolixè tuetur Scaliger ex vi textus Græci, *lib*. 3. *Can*. *p*. 2. *nu*. 102. Denique ab hoc ipsum comprobandum sic licet ratiocinari, *ex eodem* D. *Luca*. Christus baptizatus est anno 15 Tiberii currente, qui secundum historicos suscepit Imperium mox post Augustum. Obiit vero Augustus anno Christi 16 exeunte, & 19 die mensis Augusti; quo proinde die inchoati sunt illi 15 anni Tiberii, hinc iam sequitur Christum baptizatum anno ætatis 30 completo, & inchoato sequenti anno ætatis per 12 dies. Si quis autem aliquid requirat de Olympiade & anno vrbis, colligi id potest ex anno natiuitatis cap. 2. & Passionis anno cap. sequenti. vide de Olympiade infra ad annum Christi 31.

Dubitari tamen adhuc potest de die primi miraculi, an fuerit etiam dies Baptismi? certè nihil est quod conuincat eodem die, illa duo accidisse, vt satis declarant quæ de rebus à Christo gestis anno 31 narrabuntur. Putauit quidem *Epipha*. hæresi 51, accidisse hoc miraculū 6 Ianuarij. quod ægrè admitti potest. si enim Christus *Baptizatus* est, vt ponimus expleto anno 30 & inchoato 31. vt supra notatum est: *Et* post baptismum excurrerunt 40 dies & amplius, vsque ad primum miraculum, vt hic colligimus ex *Euangelistis*: oportet saltem incidisse in Februarium hoc primum miraculum. & postea sequutū est primū pascha à baptismo, ex 4 illis quæ numerātur hic cap. 4. Si hic obiicias ritum *Ecclesiasticum* aliud habere: facile respondetur, *Ecclesiam*, cum non constaret de die nuptiarum, voluisse simul coli memoriam miraculi in Cana, cum die baptismi ob conuenientiam rerum, & temporis non magnam distantiam. Nec solet Ecclesia designando sic festa, definire esse talē diē: sed sequitur ac proponit solū, opinionem in his rebus celebriorem. Et quis scit transfigurationem pro certò incidisse in 6 diem Augusti. lege Barrad. *to*. 2. *lib*. 1. *c*. 12. §. *nonnullis tamen*. 4 *Cana*.

Ad caput 3. De baptismi die.

INCIDIT CRISTI baptismus in annum ætatis 31 iam inchoatum, vti satis hoc capite est probatum: an vero in primum Ianuarij diem, vel potius eiusdem mensis sextū inciderit, fateor vderi ambiguum, cum neque ratione quæ conuincat, nec certo calculo chronologico id possit definiri. Quia tamen communiter iā receptus est sextus Ianuarii; & vsus in Ecclesia idem ferè obtinuit: sanè sextum Ianuarii dandum esse baptismo nunc tandem libentius probo; præsertim cum id fiat sine vlla aliarum rerū, aut verioris Chronologiæ mutatione. Solū enim inter diē natiuitatis & baptismum, numerandi sic sunt dies circiter 12, & cōponendus Baptismus cum annis Tiberii, mutatione 5 dierum, hoc modo.

Baptizatur Christus 6. Ianuarii, sub hac annorum comparatione quam subiicio.

Vixit cum Augusto, annos	15. menses 7.	dies 25.	
Baptizatur Tiberii an.	14.	4.	17.
Ergo baptizatur anno ætatis	30.	0.	12.

Componi insuper possunt horum Cæsarum anni cum tota Christi ætate. sed tunc cōstare benè oporteret, de mensis die in quem incidit passio: an in Martiū, an in Martii diem 25, aut 26 (qui dies anno Christi 34, dat feriam 6) aut denique in Aprilis diem 2, qui etiam dat feriam 6. sed hæc res quàm incerta sit infra dicendum.

Statuitur de anno Paſsionis.

CAPVT IV.

QVÆSTIO hæc eſt, quot omninò annis vixerit Chriſtus, & quando paſſus ſit. de qua re varias, ac præſertim 4 opiniones, vt penitus improbabiles omitto. Videri illæ poſſunt apud Suarem *tom. 2. de Incar. diſp. 40. ſect. 1.* Sunt duæ aliæ magis receptæ. Prior eſt mortuum Chriſtum anno ætatis 32 expleto, & 33 inchoato per 3 menſes. Hanc ſequutus eſt noſter Pererius *lib. 11. in Dan. poſt Euſebium.* Altera veriorque opinio eſt, mortuum Chriſtum anno ætatis 34 inchoato per tres menſes. ac primùm Ignatius, *citata epiſt. ad Trallia.* (qui Chriſtum vidit vt ſcripſit ipſe ad Polycarpum) huius noſtræ ſẽtẽtiæ author eſt. vide Hieron. *de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap. 26.* ita etiam Beda *lib. de ratione tẽporũ cap 45.* Onuphrius, *in faſtis prolixè ad annũ vrbis 786.* quos ſequuti ſunt Genebrard. *in Chro.* Baro. *ad annum 34.* Salmeron, *prolegomen. 38. Conclu. 11.* & alii. Euincitur denique ex cap. 3. Chriſtus enim baptizatus eſt anno 31 inchoato, menſe Ianuario: quando immediatè, hoc eſt eodem anno cœperunt numerari 4 paſchata ſequentia, & notata ab Euangeliſtis, vt toto illo cap. oſtenſum eſt. Ergo mortuus eſt anno 34 inchoato, in quarto paſchate. Idem explicatur ratione Olympiadum, quæ incipiunt à ſolſtitio æſtiuali. Nam vt antea probauimus Chriſtum natum anno 3, Olymp. 194. menſe Decẽbri, hoc eſt exacto quinto menſe illius anni Olympici: ſic communis certiorque ſententia eſt, mortuũ Olympiadis 202, anno 4, menſe Martio vel Aprili, quarti illius anni Olympici. Ita Euſebius *in Chro* quoad annum: & conſtat ex eclipſi illa mirabili quæ tunc contigit; de qua Areopagita epiſt. ad Polycarpum. Hæc eclipſis ſecundum omnes incidit in paſſionem Chriſti. contigit autem illo anno 4. Olymp. 202. vt apud Euſebium author eſt Phlegon inſignis Olympiadum ſupputator. Iam vero à menſe Decembri anni 3, Olymp. 194: vſque ad menſem Martium, vel Aprilem anni 4, Olymp. 202, ſunt 33 anni, & tres circiter menſes. Scio hic quoſdam hæſitare, exiſtimantes non rectè componi aut conuenire iſta cum anno Chriſti 34, ſed de Mathematicorum horum Chronologia & Epocha, ad quam ſuas metiuntur eclipſes, dicam p. 2. huius apparatus. Cæterũ quod de menſe Romano dictum eſt, fateor non eſſe indubitatum, & ſunt nonnulli qui notant menſem ſemper Martium, quæ quorumdam patrum antiquorum ſententia eſt. ex quibus aliqui diem Martii proferũt 25, vt *Tert. & Aug.* alii 22, alii 20, vt Epiphan. Paulus Sempronieſium Epiſcopus colligit diem 30. Onuphrius 26, quin etiam aliqui mẽſem Romanum Aprilem fuiſſe volunt, & diem 3. ita Ioan. Lucidus, & Abulenſis 2 partẽ defenſorii. demùm aliqui dant Martii diẽ tertiũ, feriã ſextam, Cyclo ſolis 14, aureo numero 15. Iſta opinio eſt Scaligeri, *tum alibi, tum ad annum Euſeb.* 2044. quamuis hæreat ſemper eius hac de re calculus in 5 paſchatibus; vt ſic facilius paſſionis feriam & Cyclos cœleſtes ſibi fauentes inueniat. Da vero, quod ſẽper hic ponimus paſſum Chriſtum anno ætatis 34: ſoli illi ex tot authoribus, feriam dare ſextam paſſioni reperient; qui Martii 26 diem, aut Aprilis ſecundum dederunt. & quæ proindè duæ ſententiæ, ſi luna 15 conſentiret, non carerent ſua probabilitate: & præſertim illa de Martio. ſed de hoc redibit ſermo capite proximo, vbi de menſe & menſis die ex profeſſo dicendum.

Olymp.

Menſis Romanus.

Euſebius.

Nũc explicãda paucis ſũt quę nobis obiici poſſũt ex Euſebio, quẽ pro hac noſtra ſẽtẽtia produximus. quãuis enim Euſebius proferat ex Phlegõte quartũ annũ Olymp. 202. tamen ipſe ſignat annũ tertium; quia notat paſſionem ad annum 18 Tiberii, qui annus apud Euſebiũ concurrit cũ illo tertio Olympiadis. Deinde ex initio Tiberii, quale ipſe ponit, videtur ſequi paſſionem incidiſſe in annũ 19 Tiberii. Verum conſtare primũ debet apud omnes, paſſionem incidiſſe in annum Tiberii 18, vti infra dicetur. ſicut reuerà incidit etiam in annum 4 Olympiadis 202. Et hoc totum ibidem Euſebius expreſſit conceptis verbis. Dices, ergo ſecum ipſe pugnabit, dũ locat paſsionem ordine colũnarum, ad annum 3 Olymp. 202, & tamen addit ex Phlegonte ſuaque ſententia annum 4, qui iuxta colũnas Euſebii, eſt etiam decimus nonus Tiberii annus. Reſpõdẽt aliqui excuſari Euſebium ex cõfuſione anni Romani cum Olympiade, reliquum iudiciũ lectori relinquunt. Certè facile hic potuit irrepere error in ordine numerorum, & paragraphis diſponendis. Scaliger, *ad annum Euſebii* 2044, clarè profitetur mendoſos eſſe Codices omnes. Poterat autem hæc comparatio numerorum, & columnarum inæqualis cõpoſitio pro-

sitio, progressu temporis contingere: vel ipsi etiam Eusebio (vt in huiusmodi minutijs sæpe fit) excidere. Sanè de eius sententia non possumus dubitare, cùm verba quæ adnotantur continentque historiam, clarè habeant annum 18 Tiberii, & quartum annum Olymp. 202. solent porrò nonnulli ex annis Augusti aliquid obiectare contra hunc annum passionis stabilitum. Sed de hoc cap. sexto: vbi de ætate Christi componenda cum annis Augusti & Tiberii. atque de anno hactenus.

Proximum est passionis lunam attingere, illiusque anni Paschalem ritum. qua in re, est imprimis ponendum, Christum mortuum esse luna 15. & contigisse pascha. luna 14 mensis Nisan ad vesperam. Certe Dionysius Eclipsim illam in plenilunio accidisse testatur. de feria etiam sexta, cōstat ex traditione Ecclesiastica perpetua: & Euangelista ait diem mortis Christi fuisse parasceuen Sabbathi. *Ioan. cap. 19. vers. 31.* idemque apertè scribit Dionysius Areopagita, *Epist. 11. ad Apollophanem.* vnde etiam Iudæi erant solliciti de corpore deponēdo de cruce. Sed de paschate illo quod celebrauit Christus, an fuerit legale & commune cum Iudæis, multa varii scribūt, præsertim recētiores, Baron. *anno* 34. nostri quoque, Maldonatus *in cap. 26. Math.* Pererius *in Dan. lib. 11. q. 7.* & prolixè Tolet. *in Ioan. c. 13.* Noto hic breuiter, fuisse quidem lege statutum, *Deuteronomii 16. Exod. 12. Leuitici 23. & Num. 28. vt Luna 14* ad vesperam celebraretur Pascha. paschalis autem solemnitas, (in memoriā primogenitorum Ægypti) licet institutione esset diuersa, ab illa solemnitate Azimorum, quæ erat in memoriā liberi exitus ab Ægypto, tamen eodē die celebrabatur: eodē inquam legali. nam dies decimus quintus quo contingebat solemnitas Azymorum, inchoabat suam solēnitatē à Vespere diei 14. quādo etiā comedebatur pascha. & cōgruit mysterium, vt scilicet vet. agnus ipsō paschatis die immolaretur. Iam ob difficultatē conciliandi Ioannē cum reliquis Euāgelistis, varia authores excogitarūt de hoc paschate in quod incidit passio. aliqui enim nescio quā paschatis immutationem eo anno factam volūt. alii aliud. Verùm vt paucis rē attingā, nec dissentiūt Euangelistæ si bene intelligantur: nec Christus tūc pascha suū anticipauit (vt putat Epiph. *hæresi* 15, & Græci nunc arbitrantur, qui reiiciūt in lunā 13, & proinde fermētato vtuntur) nec interciſum fuit, scilicet solum agno comesto, & dilata feriatione, (vt Rupertus putat *lib. 2. in Leuit. c. 36.*) Neq; demū fuit totū trāslatū in sabbatū à Iudeis (vt putant Paulus Burgēsis & Lucidus.) satisque hanc trāslationē paschatis refutat citatus Tolet. §. *at vt Iudæos ipsos.* docent enim Euangelistæ Iudæos egisse festum paschatis feria 6. vt hinc videas morem transferendi pascha à feria 6 in sabbathum, non fuisse in vsu tempore Christi. Restat ergo Christum eo anno pascha cōmune celebrasse cum aliis, à quibus nulla facta est immutatio. Nihil enim nos cogit ad talem immutationem faciendam, vt dum soluentur obiecta iam patebit.

Obiicitur ex Ioan 18. Manè non introierunt prætorium vt manducarent pascha; ergo fuit dilatum. Respondet rectè Abulensis, manducare pascha dici de omni sacrificio illo, quod 7 illis festis diebus offerri solebat. Nec porrò obstat quod Ioann. 19 feria illa 6 dicatur Parasceue. nam paulò post vocatur parasceue sabbati. Dicitur præterea ibidē magnus dies sabbati, non ob paschà eò translatum, sed quia secundus dies Azymorū in illud Sabbatum tunc incidebat. Nec demùm officit quicquam illud Math. 26, *Non in die festo.* quia audito Iuda mutarunt consilium, probantes opportunitatē noctis, ad vitandum tumultum. Dices non licuisse in festo id agere? sit ita. vides Iudæos ideō vsos fuisse opera Pilati. Ager vero emptus est alio die. comparare denique Syndonē, necessaria ad sepulturam conquirere, & opera Legis exercere, non erat prohibitum. illud ex his quæ dicta sunt insuper rectè colligetur, Christū cōficere potuisse in Azymis. quia Vespera Cœnæ inchoabat primum festum Azymorum, & prima Cœna erat esus Agni, secunda Azymi: inter quas Christus lauit pedes suorum, vt notamus ad annū Christi 34. Dissoluendum tamen hic est argumentum quoddā de Paschate, cōtra assignatū annū ætatis Christi, simul & passionis. Quatuor enim Paschata, luculēter satis describit Ioan. Euang. à baptismo ad passionem excurrisse; scilicet cap. 2. 5. 6. & 11. seruato ordine. nec de his dubitatio esse potest vlla, nisi fortè de secundo Paschate, quod Ioan. cap. illo 5 expressit solùm sub nomine festi Iudæorum. quē tamen de nomine scrupulū plerique recentiores satis conuellunt. Salmer. *prolegom. 39. & lib. 8.* putat, idē festū significari apud alios Euangelistas, per Sabbatum δευτεροπρωτον. Ex hac vero de quatuor paschatis recepta sentētia, infirmari videtur quod de anno diximus. nā pascha primum incidit in annum Christi 30. Ergo quartū pascha quo mortuus est Christus, cōtigit anno ætatis 33. In hoc argumento asserendo, prolixus est Pererius *in Daniel. lib. 11. q. 7.* Verùm facile concidit ex iis quæ dixi hic cap. 3. de baptismo Christi, quē nos probauimus contigisse anno

4 *Luna 15. mensis Nisan. qui Martio & Aprili respondet. Feria. 5*

5 *Pascha commune.*

6

7 *Obiecta.*

8 *Annus passionis iterum explicatur.*

ætatis 31. Et indè iam, scilicet à mense Ianuario, numerantur quatuor paschata illa: constatque sic quartum pascha contigisse anno Christi 34. Scaliger quidem ad annum Eusebii 2044, vbi passionis diem & mensem ex sua notat sententia, obtrudit quod alias dixit, fuisse quinque paschata. sed in hoc meritò ab omnibus reiicitur.

9 *Ex Luna & feria obiicitur annus 33.*

Obiicitur aliud contra eundem annum ex luna & feria. positum enim est, passionẽ incidisse in Lunam 15 mensis Nisan, & feriam 6. Sed ab anno Christi 30, vsque ad 36; nullus est annus quo Luna 15 inciderit in feriam sextam, excepto 33 anno. Ergo ille est annus passionis. confirmari potest assumptum, quia anno 34, Luna 15 incidit in diem 13 Martii & in diem Mercurii. Hæc confirmatio non aliundè probatur quàm ex tabulis Regis Alphonsi, aliisque similibus, vbi apparet de Luna 15. sed non aduertunt isti, hanc lunam 15 debere consentire cum anno Olympiadis supra probato, qui dat apud rectè sentientes annum Christi 34. Hanc porrò obiectam ratiocinationem infirmant aliqui ex Iudæorum eo tempore recepta consuetudine: qui tunc solebant initium Lunaris mensis designare ex primo Lunæ aspectu. ex quo fiebat, vt quæ Astronomis erat Luna 18; Iudæis esset 15, quæ proindè (vt retulit Salmeron, *Prolegomen. 39. de tempore prædicationis Christi*) incidere illis potuit in feriam sextam, & ferè exeuntem Martium. quid, quòd Iosephi historici sæculo, variatum fuit anni ipsius initium, & Iudæi putabant tunc annos à 23 Iiar. cuius consuetudinis ignoratio multos decepit inquit Scaliger *in præfat. de emen.* qua ille ratione argumentum quo premebatur de Herodis initio, euitat. illum verò Iudæorum morem notantium mensis initium à prima Lunæ cornicularis apparitione, affert, occurrendo huic argumento Onuphrius. Onuphrio quidem obiici potest Eclipsis, quæ verum prodit plenilunium. Sed non est quòd in his immoremur. Paucis multi respondent, sicut non planè constat quo die mensis contigerit passio, ita nec conuenire inter authores quæ fuerit coniunctio illis 4 annis, & συζυγία inter feriam sextam & Lunam, 15 & quod affertur ex tabulis Alphonsi, Arabum annis, & similibus, totum incertum videri; cum aliũdè, tum præsertim ob magnam tabularum diuersitatẽ. Quod non tacuerunt ex recentioribus Clauius *in præfatione Apologiæ pro Calendario contra Mæstlinum.* Salmeron *citatus*, & Suares *tom 2. Incar. disp. 40. sect. 5.* quinetiam his tabulis inesse vitium fatetur ipse Scalig. *in Isagog. lib. 3. p. 2. nu. 119.* qui alioqui eas sequitur & laudat. nos hoc ipsum attigimus to. 1. chronol. c. 18. num. 10. sed de tabulis iam plura proximo capite, vbi de hac συζυγία iterùm dicendum.

De mense & die passionis.

CAPVT V.

1 DASSVM Christum anno ætatis 34, per tres menses inchoato; ea quæ iã c. 3. & 4 protuli planè conuincunt. Dat enim Ignatius Martyr (quem plures ibi citati sequuntur) annos 33 expletos. Quartũ insuper Pascha quod habet Euangelista, dat tres menses subsequentes. Atque hæc sententia non mihi videtur in dubium nunc reuocanda: quidquid sit de mense, & mensis die: de quibus nunquam adhuc constare potuit inter scriptores. Martiũ sanè mensem plures probant, quãuis non desint qui dent Aprilem; idque eò apud eos est probabilius, quòd secundus Aprilis dies eò anno inciderit in feriam sextam. Nec careret insuper probabilitate incidisse Passionem in vigesimũ sextũ Martii, si luna decima quinta cũ eo cõponi posset. Quamuis enim (vt aduertit etiã Baronius) graues aliqui scriptores probent illius mensis diem 25; hic nihilominus dies, si tabulis & canonibus inuestigandi feriam credimus, non fuit feria sexta; quam tamen dat martii dies 26, anni 34. Sed res profecto & incertissima est, quæ fuerit illa συζυγία: & demùm exigui planè momenti, quæque potest vt hactenus fecimus tanquã dubia à Chronologis ventilari. imo vt lunam omittamus, nondum ab vllo potuit sine cũctatione cõponi certus dies mẽsis cũ sexta feria, ex vllo certo antiquitatis testimonio. Profert Beda *libro de Æquinoctio vernali* Cæsariense concilium. vbi Theophilus profitetur passum Christum duodecimo Martii. An non hoc est ex canone feriarum dare feriã primã, si eligatur annus 34: aut aliam feriã quæ non est sexta, si vllus eligatur probabilis passionis annus. Quæ omnia euincunt, si bene perpendantur quæ de hac συζυγία protuli, satis esse (in re quam nostri temporis nobilissimi scriptores desperatam vocant) annũ passionis hic veriorem dedisse, de aliis fecisse coniecturã, cum dies & horas mortalium indu-

ſtria certò deprehendere hactenus non potuerit.

Sed libet adhuc hoc ipſum de menſis die, propoſita in medium opinione aliqua probabili, diſcutere aliquantulum apertius: in gratiam eorum qui nihil hic recipiunt, niſi quod ipſi de paſſionis die ſibi confinxerunt. Vocant aliqui in quæſtionem, an repugnet Patribus, & Euangeliſtis, Chriſtum eſſe paſſum vltimo Martii, aut ſecundo Aprilis. Repugnare probant, quia paſſio incidit in feriam ſextam. Verum eſt hoc antecedens de ſexta feria: ſed inepta illatio ex patribus contra vltimum Martii diem. Et quia video hos antiquitate delectari, & patribus; primùm audiant libenter ignorare ſe, aut certè nolle fateri, quid de Paſſionis anno, de menſe, & menſis die ſcripſerint Patres. Lippis penè & tonſoribus notum eſt, diſſentire Patres inter ſe, idque magnopere, de totis his tribus capitibus. Deinde darent vellem hi, ex ſua ſententia Paſſionis annum aliquem. Certè quicunque ille ſit, eodem argumento patribus & antiquitati repugnantem eſſe fatebuntur. Nulla enim ſententia probabilis de anno eſt, quæ quibuſdam non repugnet: nulla quæ cum omnibus conſentiat. At dices, quidquid ſit de Patribus, dari ab Euangeliſta feriam ſextam. haberi verò feriarum legem, quæ non dat feriam ſextam, incidiſſe in vltimum martii anno quo paſſus eſt Saluator. Hoc quidem nonnullos docuit Scaliger, qui hac ipſa arte colligendi ex feriis annos, inuenit monſtrum de quinque Paſchatibus. Et hi etiam forte inde dabunt paſsionis annum fuiſſe ætatis Chriſti 36. aut etiam 30. In quo, an à traditione & Patribus diſſentiant, expendant paulò, quàm ſolent, accuratius. At anno 34 non incidit in ſextam feriam vltimus Martii, aut primus Aprilis dies? Sed nec eo anno incidit feria ſexta in 25 Martii. quem tamen menſis diem plurimi dederunt Paſsioni. Incidit verò ex canone feriarum in ſecundum Aprilis, atque etiam in vigeſimum ſextum Martii. Cùm ergo palam ſit hos arundineo niti baculo, patiantur in re vtrinque probabili alios à ſe liberè diſſentire; ne dicam melius, & veritati conformius opinari. Omitto nondum adiuiſſe eos, tempore Chriſti patientis incertam Iudaici anni rationem, & dubiam Neomeniarum fuiſſe fidem, vt præter alios teſtatur Ioſephus. Quod tamen ex Luna opinandi fundamentum, ſi ita vacillat; qua demum arte, rectè Lunam decimam quintam, omni procul dubio cum feria ſexta component? An non incerta Neomenia, incertam dat lunam decimam quintam? Meminerint demùm (quod nemo debet Chronologus ignorare), Mathematicorum tabulas ſæpiſsimè eſſe correctas ab ipſis Mathematicis, vti tom. 1. c. 19. num. 25. ſatis oſtenſum eſt de Metone, Calippo, Hipparcho, & Ptolemæo. ſicut etiam poſtea Ptolemæi tabulas emendauit Alfraganius, Alfraganii Tabulas correxit Alfonſus Caſtellæ Rex: Alfonſi Copernicus, Copernici Tycho Mathematicus, & alii, vt prætenicas omittam.

De connexione ætatis Chriſti cum annis Auguſti, Tiberii, & tum mundi, tum vrbis conditæ.

CAPVT VI.

OBSERVA lector non poſſe omnino, integrèque componi horũ Cæſarũ ætatẽ cum annis Chriſti, niſi demus in medium Chriſti patientis tum menſẽ, tum menſis diẽ certum: id autem quàm eſt inexploratum (quod ſupra hic docui) tã oſtendit hanc cõparationem eſſe incertam. Quoniã tamen, qui diẽ menſis certũ paſſioni ſe dare profitetur, debet pro ſententia, & die quẽ elegerit, has ipſas ætates rectè ſibi conſentientes proferre; dabo hic in medium diagramma, ex ſententia quidem eorum qui diẽ martii vltimum darent paſsioni; vtile tamen aliis, qui vel horũ principũ ætatem cupiũt cum aliis annis Chronologicis componere, vel etiam nouo & diuerſo dato paſſionis die, ſimilem ſibi deſcriptionẽ formare. Sanè ex Imperatorum Auguſti, & Tiberii annis, ſi cum Chriſti ætate conferantur, aliqua videntur ſuboriri quæ difficultatem patiant, ſaltem in Hypotheſi quam exempli cauſa hic expendo. Natus enim eſt Chriſtus anno quadrageſimo Imperii Auguſti, numerando à Triumuiratu, ex Euſebio & aliis. Atqui ab illo anno vſque ad 18 Tiberii, quo paſſus eſt Chriſtus, non habentur 34 anni ætatis Chriſti. Ergo illo ætatis anno Chriſtus non eſt mortuus. Tamen hoc poteſt ex contraria horum temporum ratione confutari, de qua c. 3. vnde reſultabunt 76 anni ætatis Auguſti, quos illi dant Suetonius & Velleius. Nam Auguſtus inijit

20.
40.
16.
76.

primum Consulatum cum Triumuiratu mox secuto, ætatis anno vigesimo. Indè vero ad Christum sunt quadraginta anni, vt supra ostensum est. quibus si addas 15 annos, 7 menses, & dies 25 Item annos 17, menses 7, & dies 12 (hærendo in hypothesi dierũ quam hic exhibui) vbi continetur ille annus Tiberii decimus octauus, & Passionis Christi: resultabit libera à difficultatibus Chronologia, hoc modo qui sequitur.

Anni.	Menses.	Dies.	
20.	0.	0	*Hi sunt anni Augusti qui complebantur ipso die primi Consulatus initi mense Septembri.*
40.	3.	0.	*Hi sunt 40 anni qui excurrunt à Consulatu ad Christum natum.*
15.	7.	25.	*Hi sunt 16 anni quibus ex data hypothesi Augustus cum Christo vixit.*
75.	10.	25.	*Hæc tota est Augusti ætas, ex Suetonio & Velleio, qui tantum dant illi 76 annos minus 35 diebus. adde enim hic 35 dies, & exibunt præcisè anni 76. vt habet hoc diagramma.*

2 Ex his pleraque colligi possunt, primò nõ malè sic distingui annos Augusti, quando sic resultat ætas quam illi dant Suetonius & Velleius. deinde rectè esse datũ consulatui annum vigesimum completum, vt hic in tabula Augusti est notatum. præterea primum Christi annum concurrere cum anno Augusti 40 & 41. numerando à Consulatu; vt notaui cap 2. Nam nascente Christo, erat annus Augusti 40 completus, & 41 inchoatus à tribus mensibus, vt hic deduco. denique consentiunt ista in hypothesi proposita, cum anno passionis, seu Tiberii decimo octauo: vt ex subiectis vtriusque Imperatoris annis cum ætate Christi compositis facilè apparet.

Anni.	Menses.	Dies.	
15.	7.	25.	*Hi sunt anni 16 quibus vixit Christus cum Augusto.*
17.	7.	12	*Hi sunt anni 18 decem quibus vixit Christus cum Tiberio.*
33.	3	7.	*Hæc est Christi ætas illinc resultans.*

Augusti ætas, qui natus est vigesimo tertio Septemb. iuxta Suetonium. & obiit decimo nono Augusti.

Anni.	Menses.	Dies.	
60.	3.	0.	*Ante Christum.*
15.	7.	25.	*Cum Christo.*
75.	10	25	

Et totidem etiam anni ætatis Augusti consurgunt, numerando per Consules, à die illo 23 Septembris Consule Cicerone ad decimum nonum mensis Augusti, Coss. Sexto Pompeio & Appuleio.

3 Hæc obiter, & exempli causa de componenda ætate Christi cum horum Imperatorum annis sint adiecta. alio dato mensis die, alia sic opinãti ineunda erit ratio componendi hæc tempora. Restat ætatis Christi cõparatio cum anno orbis. nos Christi exordio duos annos iam designauimus cap. 2. nempe 4001. & 4002. priore illo natus est Christus, sed prope exeunte. & qui incarnationis annus vocari posset, si quis sic annos Christi à Martio mense illius anni dinumeret. licet etiam sit annus natiuitatis à 25 Decembris; & notetur Consulatu Messalæ. Posterior pleniore iure dicetur primus Christi annus, nempe integer, & Chronologicus: notaturque Augusto decimum tertiùm consule. certè si quis à priori anno dinumerare incipiat, eumque primum faciat, erit sic primus annus minus integer, & vt loquuntur Chronologi incompletus satis, etiamsi ab incarnatione incipias. Non in annis Christi expansis posteriorem pro primo designamus; numerando nempe à natiuitate, & accipiendo annos integros. Atque hæc de anno orbis duplici. Cæterùm vtrique est ex parte communis idem annus vrbis. idemque est de anno Olympiadis. de cuius principio vide tom. 1. Chronol.

De statu rerum Judaicarum à Christo nato, vsque ad Christi annum 69. quo missus est in Iudæam Vespasianus.

CAPVT VII.

CONFERET hæc res ad elucidãdos sequẽtes annos expansos, qui sunt à Christo nato vsque ad euersam sub Tito Hierosolymam. Et quidem de subiugata à Pompeio Iudæa, quando Hircanum Pontificem reliquit, & Antipatrũ Idumæũ, obscuroque loco natũ, Iudeæ pro ratione illius temporis procuratorem, dictum satis est tomo primo *cap.* 18. idẽque attigit Iosephus *lib.* 14. *cap.* 5. 6. & 7. Cæsar rerum potitus, primùm quidem Antipatro procurationem confirmauit. Deinde Tetrarchiam concessit ex Iosepho, *lib.* 15. *cap.* 13. Antipater Herodi secundo filio, Galilæam dedit curandam. Phaselum natu maximum reliquit Hierosolymis ducem ad iuuãdum Hircanum, alioqui segnem & stupidum. accidit postea, Octauio & Antonio impeditis contra Brutum Iulij percussorem, vt Antigonus Aristobuli filius, frater Alexandri recuperaret regnum auxilio Parthorum, ex Iosepho *lib.* 14. Tunc abducto à Parthis Hircano, & capto Phaselo (qui mox extinguitur) ac paulò ante sublato Antipatro insidiis Malichi, Herodes fugiens venit Romam. Vbi exposito fœdere Antigoni cum Parthis Romanorum hostibus, declaratur ille quidem Rex, & Antigonus denuntiatur hostis; ac tandem rediens in Iudæam, ope Romanorum Regum obtinuit, occisoque iussu Antonii Antigono, deleta est Assamoneorum familia. Et huc vsque produximus hanc historiam tom. 1. Hic ille Herodes est de cuius morte fit mentio ad annum Christi tertium & octauum: vbi de Herodis huius testamento, liberis, & Tetrarchiis erectis, ad domandam & minuendam Iudaici populi potentiam, vt scribit Beda *in Lucam cap.* 3. Post hæc successit apud Iudæos Archelai cãsus, quem aliqui notant ad annum Christi 11. alii cum Eusebio ad annum 16. successit & Agrippæ regis tum carcer tum regnum, de quo ad Christi ann. 38. 39. 43 & denique 46. Vbi de iuniore Agrippa & fine regni huius Iudaici differitur, an contigerit euersa Hierosolyma, vel sub Traiano. Describit Iosephus *lib.* 18. *antiq. c.* 14.) exilium Herodis Tetrarchæ Galileæ cum vxore Herodiade, quæ soror erat Agrippæ senioris. Vide rem notatam sub Caio ad annum Christi 40.

Procuratores Iudeæ.

Illustraret etiam horum temporum res Iudaicas, quod narrant historici de procuratoribus, quos à Christo ad Vespasianum habuit Iudæa, nisi Iosephus *lib.* 18. *Ant.* hanc partem historiæ describens, serie annorum malè consignata, dubiam hic chronologiam reddidisset & incertam: idque in ipso Herodis excessu, & deinceps per aliquot annos. vti ad an. 3. 8. 11. 14. 16. & 17. obseruo. Administrabant Romani regna illa, quæ non dabant confœderatis regibus, aut per Proconsules, aut per procuratores seu Præsides. imo quamuis Hierosolyma in regis confœderati esset potestate, nascente Christo, adhuc tamen Romani curam eius non deposuerunt integram: siue quia solebant imperatores eò mittere custodes, siue quia res erat commendata his qui vicinas prouincias regebant. quo modo, Christo nascente Iudæorum census, Syriæ Præsidi Cyrino incumbebat, Lucæ 2. Cæterùm Archelao Herodis senioris filio natu maximo relegato, Archelai regio facta est tributaria: quando non iam regem, aut vicinæ prouinciæ præsidem, sed peculiarem & proprium procuratorem cœpit numerare Hierosolyma. Iosephus *lib.* 18. *cap. vltimo.* Et tunc primus procurator seu præses missus putatur Coponius, antea sub Cyrino præfectus equitum in Syria. Sub hoc Coponio facta dicitur secunda descriptio: latèque erratum est ab iis, qui putarunt hanc esse illam descriptionem factam nascente Christo. de errore Iosephi, & cur illa Cyrini descriptio dicta sit prima, dixi c. 2. Post Coponium missus est M. Ambiuius. cui aliqui vnum tantùm dant annum. & tandem post Gratum Pilatus. de duobus primis vide an. 16. & 13. Grato successit Pilatus anno Christi 28. Marcellus deindè anno 36. hic Pilatum iussit Romam proficisci. sed Pilati reditus in vrbem incidit in mortẽ Tiberii. lege Euseb. *lib. 2. hist. c. 7. de morte Pilati.* De Petronio in Iudæam misso vide an. 40. posteà missus est Crispinus Fadus anno 46. Cumannus 50. Felix 52. & 57. A. Portius Festus 58. B. F. & 63. Tandẽ Albinus anno 64. cui vltimus successit Florus an. 66. Porrò Iosephus lib. 18. Ant. c. 8. in fine, inseruit Marulũ, & libro eodem c. 11. vult Petronium Vitellio in Syria substitutum, missum etiã in Iudæam, vt attigi anno 40, & res ibi Iudaicas administrasse. Atque ita in Chronologia hac, procuratorum annos probabiliter, quantum rei incertitudo patitur consignamus.

PARS SECVNDA

De annis Chronologicis rite putandis, eorumque vinculo.

CAP. VIII.

1 *Dientionum capita inter authores.*

NIHIL est quòd miretur Lector, si quosdam à serie temporum, & cõparatione quam hic elegi, dissentientes reperiat. Etenim illi, aut alia dant Iphiti, & vrbis annis initia, vt sunt variæ liberæque authorum de hac re sententiæ: aut si non indè repetunt ipsi suas temporum rationes, saltem sequuntur scriptores, qui diuersam Palilibus sedem dederunt. Qua in re iuniorum error & deceptio facilè cõtingere potest, dum ad hanc varietatem non attendentes, statim pronuntiant in ratione temporis, verum rectumue non esse, quicquid à serie annorum in quam ipsi inciderunt discordat. Quis enim ignorat fieri necessariò, vt qui iuxta Dionysii Palilia annus iniens est, sit iuxta alios labens, exiens, aut etiam anno integro, vel biennio discordans: dum componuntur anni Iphiti cum fastis, aut vrbis annis, aut etiam cum Iulianis? Neophytorũ est in re Chronologica hoc non agnoscere, atque animi parum modesti pronuntiare errorem esse, quod ipsis, vno alteroue assertore defensis non probatur: præsertim inquam in hac tam varia temporum consignatione, & vbi nullus demonstrationes se dare profitebitur, nisi qui se logicum etiam sit demonstraturus imperitum. Discordes deinde passim sunt scriptores in serie Consulum, vti to. 1. c. 20. satis est ostensum, nec inter minores molestias hic est, quod quos alii dant Consules, alii expungant in medio fastorum cursu. vnde solent Chronologi, sibi metachronismos passim obiicere. Tertium quod dissentionem peperit, est duplex Christi Epocha, vna communis dici potest: quam nos iuxta receptiores fastos consulares, aliaque huius rei præsidia, notamus ad annum Iulianum 43. Alia est Dionysiana, biennio vti plures opinantur posterior, attingens proindè annum Iulianum 45. Alij vnicam tantùm Christi Epocham agnoscere videntur ad annum Iulianũ 44 cum Baronio. Hinc vero quantæ nascantur dissensiones, omnes vident. Pone enim astrologos, aliosue nonnullos, Dionysianam Epocham, quæ biennio posterior dicitur sequutos, an non, dum eclipsin, φαινόμενα alia, aut quid simile notant, totó distabunt biennio, ab his qui priorem Epocham sunt sequuti, & qui Dionysianis est annus Christi 59: erit aliis 61, sæpeque disceptatio aut λογομαχίαν habet, aut captionẽ ambigui. Tandem quarta nascitur dissentiendi occasio ex annis Iulianis. vt enim aliqui cũ Iuliano 43. alii cum 44, alii cum 45 componunt Epocham Christi: ita in progessu annorũ communium discordes esse oportet. Nec redire solent ad concordiam, & vtrisque communem Christi annum, nisi aut appositis expunctisue in progressu aliquot consulibus. aut alia quadam omissione. quamuis nec hoc fiat sine aliqua expostulatione mutua. En inquã iam satis apertam dissensionibus inter chronologos, potius quàm demõstrationibus ianuã. sunt tamen vt in quibusuis rebus, alia aliis certiora. Quare illud demùm Lectori reuoco in mentem, iis in hoc opere sedem temporis dari certam, quæ ex melioribus eruuntur fundamentis, & ab historicis certiorem acceperunt fidem. Quæ vero incertioris sunt Chronologiæ, & ambiguũ passim habent apud scriptores annum, nos etiam vt ambigua protulimus. Talia præfatus sum esse illa quæ de Herodis annis circumferuntur, de Archelai exilio, de Iudææ procuratoribus, præsertim primis: deque aliis huius incertioris notæ rebus. Nihil enim supra humanum captum scire me profiteor. Et si quis sit, qui altius se sapere profiteatur, & posse rem mortalibus incertam demonstrationibus firmare: Næ ille quidem sibi sapiens est, nihil indè apud æquos rerum æstimatores sapientior æstimandus. Neque tamen in illa ambigua rerum sede quam proposui muto sententiam. Sed qui dubia pro certis venditare nescio, ligonem cum Macedonibus ligonem esse pronuntio.

Canon de componendis annis Iphiti expansis cum annis vrbis.

CAPVT IX.

PONimus hic quod est alibi probatum: Palilia incidisse in annum primum Olymp. 7. & Aprilem mensem, qui annus est Iphiti 25 excurrens, & inchoatus à Iulio mense qui proximè Palilia prima antecessit. Vide tom. 1. cap. 10. numero 21, & deinceps.

Iam qui sub aliquo anno à Kalendis Ianuarii inchoato, velit componere annos Iphiti expansos cum annis vrbis, hanc quæ sequitur rationem potest iuxta positam iam vrbis epocham inire. A datis Iphiti annis quibuscunque, subducat integros annos 24, exibit in residuo annus vrbis respondens dato illi anno Olympiadum. Finge verbi gratia, annum in quem prima Palilia inciderunt, fuisse primum annum fictę periodi Iulianæ, inchoatum à Kalendis Ianuarii. Subduc à quouis dato Iphiti anno expanso annos 24 integros, quot nempè sunt à prima Olympiade ad Palilia, prodibit ex residuo annus vrbis, ex ęquo respondens anno Iphiti tunc labenti, vt sequens ostendit diagramma.

	25	au-	1	
	100	fer	76	
	184	24.	160	
Iphiti	731	&	707	vrbis
annus.	732	exi-	708	annus.
	733	bit.	709	
	734		710	
	735		711	

Eodem modo in annis deinceps sequentibus, iuxta positum in hac Chronologia fundamentum progredi opportet. Eademque ratio componendi hos annos, comparandique per additionem iniri potest. Nempe si dato cuiuis anno vrbis addas 24. exibit annus Iphiti expansus illi respondens. Et proinde ex vtroque canone illud restat, vt ex vnius Chronologiæ & Epochæ anno, facilè sit alterum Chronologiæ annum tunc excurrentem reperire, additione scilicet ad annum vrbis, vel detractione ab anno Iphiti.

Tertium quod hic obseruari potest est, si his annis sic æqualiter compositis addas quemlibet alium æqualem annorũ numerum, fore vt resultantes vtrinque ex additione anni sint similiter æquales, seu æqua ratione compositi inter se. Sit exemplũ. Annus quo Iulius Cæsar tempora restituit emendatiora, fuit vt omnes concedunt, annus tertii consulatus qui proximè præcessit primum annum Iulianum, vt infra attingam, & notaui tomo 1. c. 19. numero 5. & 24. habuitque ille cõsulatus annum vrbis 707, & proindè (quod sequitur ex dato canone) annũ Iphiti 731. Iam adde æqualem aliquem vtriusque Chronologiæ annis numerum; prodibit in resultantibus annis æqualis comparatio. Verbi gratia, adde Iphiti anno illi 731 annos, 43 Iulianos, quot excurrerunt vsque ad Christum; exit anno orbis quo natus est Christus, annus Iphiti 774. adde similiter annis illis vrbis 707, eosdẽ 43 Iulianos, exit nascente Christo annus vrbis 750. an vero hi anni resultantes, & sic comparati inter se, debeant accipi vt inchoantes vel labentes & exeuntes docebit inferius descripta tabula. Sed de initio anni Iuliani iam plura. Hæc interim de rectè comparanda vtraque Chronologia.

De initio anni Iuliani, eiusque vinculo cum vrbis, Iphiti, aliarumque epocharum annis.

CAP. X.

NOtatur ab Historicis, concurrisse annum secundum Iulianum, cum primo anno Olymp. 148. verum est. Idemque annus Iulianus attulit Cæsari quintum cõsulatũ & fuit Iphiti annus expansus 733. sed qui sub secundo hoc anno Iuliano exibat ad

menſem Iulium. Quæ res incautum decipere poteſt lectorem. Aliud enim eſt inchoantis Olympiadis 184 annum primum concurrere cum ſecundo anno Iuliano; quod verum eſt, nec aliud volunt hiſtorici: Aliud primi anni initium cum illo ſecundo Iuliano concurrere, quod ex tabula infra poſita falſum eſſe apparebit.

Interim fixam habemus annorum Iulianorum epocham. Sic enim, oportet annum Iphiti 731, qui eſt annus tertii conſulatus Cæſaris, eſſe annum emendationis: Et proximum annum qui eſt quarti conſulatus, eſſe primum annum Iulianum. De quo Cenſorinus *c. 8. de die Natali.*

At inquies, plures ſunt quàm quadraginta tres anni Iuliani à tertio conſulatu ad Chriſtũ. Hoc imprimis nihil habet contra iam poſitum Iuliani anni initium. Deinde ſanè aduerſariis probandum eſt. Nam quos eo nos damus interuallo Iulianos annos, conſtant ſatis ex faſtis conſularibus à Cæſare ad Chriſtũ, Tomo 1 ritè numeratis. adde ex c. 2. huius apparatus, nu. 7. idem probari, quòd tantum ſint 28 anni à pugna actiaca ad Chriſtum. accedit Olympiadum ratio quæ ex tabula hic c. 12 poſita tantum 43 annos Iulianos dant vſque ad ineuntem Chriſti annum primum. *vide infra c. 17. §. de anno* 240. Idem portò habe ex Biſſexto, cui initium dedit annus Iulianus, vti tomo primo eſt demonſtratum. Annus enim primus Valentiniani principis, & Chriſti 364, omnium conſenſu biſſextilis fuit. Iam da, à tertio Conſulatu Cæſaris ad Chriſtum annos Iulianos 46, efficies primum Valentiniani annum incidiſſe in annum Chriſti 367, aut alium quem nullus rectè vnquam probabit. Res ſatis à me ad illum annum eſt comprobata. Tandem Grati & Seleuci conſulatum rectè comparatũ eſſe cum anno Chriſti 223, docent faſti certiores & ſcriptores nobiliſſimi. Fuit hic annus, Iphiti 997. & proindè vrbis 973, ex canone ſupra tradito. Iam finge à Cæſariana epocha ad Chriſtum 46 annos, non autem 43, & euertes receptiſſimam hanc de Chriſti annis rationem. At diſſentiunt ab hac temporis ratione aliqui. Quid inde? inueteratum hoc malum eſt in rebus Chronologicis: & mirum eſſet ſi in eandem omnes ſententiã conſentirent: Sed diſſentientes illi ferè ſunt, quibus pro demonſtrationibus paralogiſmi ſunt in honore: & in quibus exagitandis malè admodum tempus tereretur, cum illi nullo ſolido nitantur fundamento.

Atque hinc iam facile eſt, annos Iulianos cùm quibuſuis aliis componere & comparare. Quod quibuſdam exemplis placet hic elucidare, præſertim de Chriſti natiuitate. Si enim vt paulò ante dixi, ad annum Iphiti 731, in quem incidit tertius conſulatus Cæſaris & temporis emendatio: addas annos 43 Iulianos, quot illinc damus ad Chriſtum; exibit annum incarnationis incidiſſe in annum Iphiti 774, qui eſt ſecundus Olymp. 194. vt ſubiecta inferius tabula docebit. Et ſimilis ratio iniri poteſt numerando à quarto vel quinto conſulatu. Componere portò licet eandem Iulianam epocham, cum anno vrbis naſcente Chriſto, qui nobis annus eſt 750. vti præcedente capite ſatis hic demonſtratum eſt.

De annis Dionyſiano & Antiocheno.

CAPVT XI.

EST portò alius in annorum vinculo dando ſcrupulus, quem ſolent aliqui ſibi iniicere de annis Iulianis poſt Chriſtum, dum vident non omnia quæ ab aliis dicuntur coincidere in annum Iulianum, Dionyſianum aut Antiochenum, quem ipſi ſibi confixerunt. Sed ipſi diſſentionis, ne dicam erroris ſui cauſa ſunt, ineptum Iulianum annum, & cui verior temporis ratio conformari non poteſt, confingentes. Qui enim (vt explicetur res hæc) perſuaderet ſibi annos excurriſſe ad Chriſtum Iulianos 46, non autem quot nos damus ex veriore calculo tantùm 43: non poteſt non aberrare deinceps à ſcopo, ſiue Iulianos annos componat cum Chriſti annis; ſiue Dionyſianos ſatis controuerſos: ſiue etiam eoſdem comparet cùm annis vrbis & Iphiti. Aberrat enim in limine, vnde neceſſe eſt in progreſſu, nihil ferè rectè ab hoc temporis ſupputatore cõſignari.

Quis inquam non videt, ex hac inepta temporum comparatione totam reliquam annorum ſequentium ſtructurã vitiari: naſcique antilogias, hiatus, & prochroniſmos ingentes, in annis Chriſti, vrbis, Olympiadum, æræ Antiochenæ, Iulianis, & denique in hiſtoria ipſa multarum rerum? Libet eandem errandi anſam in Dionyſianis annis oſtendere. *Sunt* enim vt ſupra monui, qui annos Chriſti Dionyſianos, vno minus putẽt anno, quàm ſolebat media vetuſtas: Et biennio minus quam vetuſtiſsimi Eccleſiæ Scriptores. Quod poſt alios ſcribit Scaliger *de emend. lib. 6. c. de anno Natalis.* *Biennio*, inquit, *integro nos à vero*

à vero remouit sanctio Dionysiana. Quis, porrò nescit Orientalis Ecclesiæ dissentionem ab Ecclesiæ Romanæ computo, & æram Orientalem quam agnoscunt Æthiopes, aliam esse integram, aliam septem annis mutilam. Idem author *libro 7. in tabulam, Galileam*, notat in Ptolæmei obseruatione anni 33, errorem esse τῆ γ τῶν ἐπαγομένων pro, τῆ δ. Immensum verò esset in methodis cyclorum, indictionis & vniuersi computi dissentiones referre: Adeo vt vix quisquam sit tam constantis animi, inquit ille, quem non de statu constantiæ dimoueat tanta ærarum licentia ac varietas. Vides ergo lector quàm aliqui solidè se tueantur, vnanimi vt putant antiquitatis consensu in annorum collectione per cyclos illorum temporum, Kalendaria aliqua, aut epochas, quæ tamen variæ sunt: Et quàm potius fallantur dum partim inde, partim ex Iulianis annis & eclipsibus, compositis cum incerta vel minus vera Epocha, omnia sua metiũtur. Nec aliũdè magis, his prouenit error, quàm quod falsam Christi Epocham proferant, & malè compositam cum Dionysiana, aliâue simili. Cum enim veritati magis consonũ sit, verum Christi natalem diem incidisse in 43 annum Iulianum; et plerique notent, non tunc sed tardius cœpisse Epocham Dionysianam: Quid facilius est, quàm vel transferendo aliò sedem anni Dionysiani; vel conijciendo natalem Saluatoris in annum Iulianum 45. aut 46; alioue simili errore, diuersas sedes aliis quæ postea gestæ sunt rebus tribuere, & efficere mutatione hac Epocharũ, vt verbi gratia eclipsis aut res alia quæcunque, quæ ex solidiore ratione temporis nobis dat annum Christi 47. aut 61. sit aliis 45. aut 59. dum notant forte annum Dionysianum: vt plerisque solenne est suas eclipses cum annis Nabonassari, Dionysianis, & inde natis Iulianis componere. Adde à Græcis etiam historicis variè computari Christi annos, & non rectè semper notari initia Imperatorum vt dixi tomo 1. c. 20. numero 21. imo nec inter tabularum authores satis conuenit de his rebus. Scaliger Ptolemæum reprehendit. Reinholdus in tabulis pruten. queritur Alfonsinum calculum procul recedere ab historia obseruationum, quæ est apud Ptolemæum. & pag. 22, vult Alfonsinos ex historiarum inscitia errasse annis 12, in ratione temporum Philippi Aridæi. Neque hic mentiri astra affirmo, aut semper mendaces esse Astrologos, qui illinc, aut ex Græca illa fide historicorum, suas petere sibi videntur demonstrationes: Sed mendacem horum calculum damno: qui vt ex inepto Olympiadum & paliliorum initio pleraque confundunt, ita ex epocha Christi cum rebus posteà gestis malè composita & comparata discordant, (quod necesse est) à veriore annorum quorumcumque vinculo. Habeant ergo qui tales sunt Astrologi suos sibi cœlestes characteres, quamdiù eos cum resules, hos quidem expungunt, illos vero ponunt nouos, vt suis characteribus cætera si fieri potest, respondẽtia efficiant. De Antiochenis annis quam habere debeant epocham, nempe à secundo Cæsaris consulatu, dixi tomo primo c. 19. numero 29. anno item Christi 117. adde annum Christi 468. ex quibus locis emẽdatioribus corriges errorem qui irrepsit in numeros, agendo de origine indictionum litera F. Atque hoc quidem fuit horum annorum caput & initium. Sed facilè fuit posteà, hos malè in progressu componere cũ annis Iulianis, Christi, & Imperatorũ: Idemque siue Astrologis dum euenta interdùm annis consignant, siue aliis euenire: vti ex Dionysiana epocha pluribus euenisse iam notatum est.

DECLARATVR SEQVENS *tabula de annorum vinculo.*

CAPVT XII.

HABET quæstio, qui sint inchoantes vel exeuntes anni? locum, quoties, sub anno aliquo qui incipit à Calendis Ianuarii (quales sunt anni orbis, Iuliani, aut consulares) notatur annus aliquis Iphiti aut vrbis. v.g. excurrente anno tertio cõsulatus Cæsaris Dictatoris, notatur annus Iphiti 751 & vrbis 707, vocari in dubium potest, an hi incidentes anni (quibus initium fit ab Aprili & Iulio mensibus) accipi debeant vt inchoantes vel exeuntes. Ergo finge imprimis nouam periodum Iulianam, & eam initium habere à Calendis Ianuarii: simulque eodem anno, suo mense cœpisse primum vrbis annum, ita vt primus annus Iulianæ periodi cõcurrat cum primo vrbis anno ex parte aliqua. Deinde aduer-

te primũ vrbis annũ incidere, vt tomo primo probatũ est, in annũ Iphiti 25. (qui est primus 7 Olympiadis) tamen quia annus vrbis incipit mense Aprili, non habet sedem in illo vigesimo quinto anno, nisi iam ferè exeunte, vti menses docent, & initium anni Iphitei quod est a Iulio.

Quando ergo componuntur hi duo anni, scilicet primus vrbis, & 25 Iphiti, cum alijs annis periodi Iulianæ (quæ comparatio fit per subductionem vel additionem viginti quatuor annorum, vt supra commemoraui) necesse est annum vrbis respectu alterius accipi vt inchoantem, & alterum qui est Iphiti, vt exeuntem. v. g. sub hoc primo anno Iuliano ficto, qui incipit a Calendis Ianuarij, primus annus vrbis est incipiens mense Aprili. Et annus Iphiti 25. qui cum illo comparatur, exit tunc a Iulio mense. Nempe quia primo anno illius periodi Iulianæ, annus primus vrbis est vt inchoans: et vigesimus quintus Iphiti vt exiens. Itaque deinceps seruandus idem ordo: & de consequentibus annis dicendum. exempli gratia accipio annum vrbis 750. sub quo natus est Christus: cui per additionem comparatur annus Ihiti 774. (seu annus 2. Olympiadis 194.) Iam hi incidunt anni duo in 43 annum Iulianum verum. Quo proinde anno oportet annum vrbis esse inchoantẽ, & Iphiti annum exeuntem (suis scilicet mensibus) & ita de similibus. vnde iam sequitur manifestè annum vrbis 750 inchoatem solum, in Aprili, tunc quidem componi cum anno secundo Olympiadis 194 seu Iphiteo expanso 774 exeunte: Et mox excurrere componique post Iulium cum anno 3 Olymdiadis 194. Quia porro nascitur Christus excurrente anno vrbis 750, mense Decembri, qãndo iam currebat annus tertius Olym. 194. inde palã fit Christum natum anno 3. Olympiadis 194. Et simul 43 anno vero Iuliano exeunte. Atque ita quidem de his annis statuendum est, quoties ex iusta probabilitate singuli possunt ad veras suas reuocari epochas ac principia. Alioqui nemo ignorat quasdam esse tam incertæ notæ res, vt nullam certam temporis sedem, præsertim quoad vrbis & Iphiti annos, habere possint. Et de his si quando occurrebant, non fuit valde laborendum, vt certam temporis sedem, quæ nulla est adhuc reperta, haberent. atque hæc de annis Iphiti & vrbis componendis inter se. Diuersa verò est & incertior, annos orbis & vrbis componendi ratio; vt to. 1. ad ann. 3252. indicatum est: quos tamen quoad fieri potuit, ibidem & deinceps habes inter se comparatos, quantum inquam licuit per annorum orbis fracturas & incertiorem scriptorum calculum.

IN HAC TABVLA ANNI COMPARANTVR ab anno orbis 3941. & Iphiti quidem anni accipiuntur vt exeuntes; anni vero vrbis qui illis respondent sumuntur vt inchoanies: nempe comparati ad annum inchoatum à Ianuario mense.

179	1	713	*Hic annus excurrit ante initium periodi nonæ.*
Olympiades reliquæ.			*anni vrbis.*
	2	714	690
Augustus nascitur mense Sept. & Cicero consul est.			
	3	715	691
	4	716	692
180	1	717	693
	2	718	694
Iulius Cæsar primum Cos.			
	3	719	695
Bellum Gallicum.			
	4	720	996
181	1	721	697
	2	722	698

	Olympiades.		urbis.	Iuliani.	
	3	723	699		
	4	724	700		
182	1	725	701		
	2	726	702		
	3	727	703		
	4	728	704		
	Cæsar Romam occupat.				
183	1	729	705		
	Cæsar secundùm Cons. Antiochena æra.				
	2	730	706		
	3	731	707		
	Consul tertium Cæsar annum corrigit				
	4	732	708	1	
	Consul quartùm. & annus primus Iulianus est				
184	1	733	709	2	
	Cæsar 5. Consul occiditur.				
	2	734	710	3	
	Augustus primùm Consul. primus bissextilis.				
	3	735	711	4	
	Excurrit primus annus Triumuiratus.				
	4	736	712	5	
185	1	737	713	6	
	2	738	714	7	
	3	739	715	8	
	4	740	716	9	
186	1	741	717	10	
	2	742	718	11	
	3	743	719	12	
	4	744	720	13	
187	1	745	721	14	
	2	746	722	15	
	Actiaca tunc victoriâ mense Septembri & inchoante 3 anno Olymp. 167.				
	3	747	723	16	
	4	748	724	17	
188	1	749	725	18	
	2	750	726	19	
	3	751	727	20	
	4	752	728	21	
189	1	753	729	22	
	2	754	730	23	
	3	755	731	24	
	4	756	732	25	
190	1	757	733	26	
	2	758	734	27	
	3	759	735	28	
	4	760	736	29	
191	1	761	737	30	

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	
	2	762	738	31	
	3	763	739	32	
	4	764	740	33	
192	1	765	741	34	
	2	766	742	35	
	3	767	743	36	
	4	768	744	37	
193	1	769	745	38	
	2	770	746	39	
	3	771	747	40	
	4	772	748	41	
194	1	773	749	42	
	2	774	750	43	1

Christi primus annus est inchoans à Decembri mense. Messala Cos. excurrebat à Iulio annus 3. Olympiadis 194.

	3	775	751	44	1
	Christi primus annus integer est Augusto Cos. 13.				
	4	776	752	45	2
	Tertius Christi annus incipit nunc à Decembri.				
195	1	777	753	46	3
	2	778	754	47	4
	3	779	755	48	5
	4	780	756	49	6
196	1	781	757	50	7
	2	782	758	51	8
	3	783	759	52	9
	4	784	760	53	10
197	1	785	761	54	11
	2	786	762	55	12
	3	787	763	56	13
	4	788	764	57	14
198	1	789	765	58	15
	2	790	766	59	16
	3	791	767	60	17
	4	792	768	61	18
199	1	793	769	62	19
	2	794	770	63	20
	3	795	771	64	21
	4	796	772	65	22
200	1	797	773	66	23
	2	798	774	67	24
	3	899	775	68	25
	4	800	776	69	26
201	1	801	777	70	27
	2	802	778	71	28
	3	803	779	72	29
	4	804	780	73	30

	Olympiades.	Vrbis.	Iuliani.	Christi.
202	1	805	781	74	31

Baptizatur Christus mense Ianuario, die 6.

	2	806	782	75	32
	3	807	783	76	33
	4	808	784	77	34

Annus est passionis Dominicæ circa exeuntem martium.

203	1	809	785	78	35
	2	810	786	79	36
	3	811	787	80	37
	4	812	788	81	38
204	1	813	789	82	39
	2	814	790	83	40
	3	815	791	84	41
	4	816	792	85	42
205	1	817	793	86	43
	2	818	794	87	44
	3	819	795	88	45
	4	820	796	89	46
206	1	821	797	90	47
	2	822	798	91	48
	3	823	799	92	49

Claudius sæculares ludos dat sextos. hoc anno Christi 49. exibat mense Aprili annus V. C. 798. inibat 799

	4	824	800	93	50
207	1	825	801	94	51
	2	826	802	95	52
	3	827	803	96	53
	4	828	804	97	54
208	1	829	805	98	55
	2	830	806	99	56
	3	831	807	100	57
	4	832	808	101	58
209	1	823	809	102	59
	2	834	810	103	60
	3	835	811	104	61

Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
	4	836	812	62
210	1	837	813	63
	2	838	814	64
	3	839	815	65
	4	840	816	66
211	1	841	817	67
	2	842	818	68
	3	843	819	69
	4	844	820	70
212	1	845	821	71
	2	846	822	72
	3	847	823	73
	4	848	824	74
213	1	849	825	75
	2	850	826	76
	3	851	827	77
	4	852	828	78
214	1	853	829	79
	2	854	830	80
	3	855	831	81
	4	856	832	82
215	1	857	833	83
	2	858	834	84
	3	859	835	85
	4	860	836	86
216	1	861	837	87
	2	862	838	88
	3	863	839	89
	4	864	840	90
217	1	865	841	91
	2	866	842	92
	3	867	843	93
	4	868	844	94
218	1	869	845	95
	2	870	846	66
	3	871	847	97
	4	872	848	98
219	1	873	849	99
	2	874	850	100
	3	875	851	101

Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
	4	876	852	145	102
220	1	877	853	146	103
	2	878	854	147	104
	3	879	855	148	105
	4	880	856	149	106
221	1	881	857	150	107
	2	882	858	151	108
	3	883	859	152	109
	4	884	860	153	110
222	1	885	861	154	111
	2	886	862	155	112
	3	887	863	156	113
	4	888	864	157	114
223	1	889	865	158	115
	2	890	866	159	116
	3	891	867	160	117

Terræmotus Antiochiæ.

	4	892	868	161	118
224	1	893	869	162	119
	2	894	870	163	120
	3	895	871	164	121
	4	896	872	165	122
225	1	897	873	166	123
	2	898	874	167	124
	3	899	875	168	125
	4	900	876	169	126
226	1	901	877	170	127
	2	902	878	171	128
	3	903	879	172	129
	4	904	880	173	130
227	1	905	881	174	131
	2	906	882	175	132
	3	907	883	176	133
	4	908	884	177	134
228	1	909	885	178	135
	2	910	886	179	136
	3	911	887	180	137
	4	912	888	181	138
229	1	913	889	182	139

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
	2	914	890	183	140
	3	915	891	184	141
	4	916	892	185	142
230	1	917	893	186	143
	2	918	894	187	144
	3	919	895	188	145
	4	920	896	189	146
231	1	921	897	190	147
	2	922	898	191	148
	3	923	899	192	149
	4	924	900	193	150
232	1	925	901	194	151
	2	926	902	195	152
	3	927	903	196	153
	4	928	904	197	154
233	1	929	905	198	155
	2	930	906	199	156
	3	931	907	200	157
	4	932	908	201	158
234	1	933	909	202	159
	2	934	910	203	160
	3	935	911	204	161
	Quintili & Prisci consulatus.				
	4	936	912	205	162
235	1	937	913	206	163
	2	938	914	207	164
	3	939	915	208	165
	4	940	916	209	166
236	1	941	917	210	167
	2	942	918	211	168
	3	943	919	212	169
	4	944	920	213	170
237	1	945	921	214	171
	2	946	922	215	172
	3	947	923	216	173
	4	948	924	217	174
238	1	949	925	218	175
	2	950	926	219	176

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
	3	951	927	220	177
	4	952	928	221	178
239	1	953	929	222	179
	2	954	930	223	180
	3	955	931	224	181
	4	956	932	225	182
240	1	957	933	226	183
	2	958	934	227	184
	3	959	935	228	185
	4	960	936	229	186
241	1	961	937	230	187
	2	962	938	231	188
	3	963	939	232	189
	4	964	940	233	190
242	1	965	941	234	191
	2	966	942	235	192
	3	967	943	236	193
	4	968	944	237	194
243	1	969	945	238	195
	2	970	946	239	196
	3	971	947	240	197
	4	972	948	241	198
244	1	973	949	242	199
	2	974	950	243	200
	3	975	951	244	201
	4	976	952	245	202
245	1	977	953	246	203
	2	978	954	247	204
	3	979	955	248	205
	4	980	956	249	206
246	1	981	957	250	207
	2	982	958	251	208
	3	983	959	252	209
	4	984	960	253	210
247	1	985	961	254	211
	2	986	962	255	212
	3	987	963	256	213
	4	988	964	257	214
248	1	989	965	258	215
	2	990	966	259	216

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
	3	991	967	260	217
	4	992	968	261	218
249	1	993	969	262	219
	2	994	970	263	220
	3	995	971	264	221
	4	996	972	265	222
250	1	997	973	266	223

Grati & Seleuci Consulatus. Dictus Cæsar Alexander Mammæa, imperabit proximo Februario.

	2	998	974	267	224
	3	999	975	268	225
	4	1000	976	269	226
251	1	1001	977	270	227
	2	1002	978	271	228
	3	1003	979	272	229
	4	1004	980	273	230
252	1	1005	981	274	231
	2	1006	982	275	232
	3	1007	983	276	233
	4	1008	984	277	234
253	1	1009	985	278	235
	2	1010	986	279	236
	3	1011	987	280	237
	4	1012	988	281	238
254	1	1013	989	282	239
	2	1014	990	283	240

Vlpio & Poniano coss.

	3	1015	991	284	241
	4	1016	992	285	242
255	1	1017	993	286	243
	2	1018	994	287	244
	3	1019	995	288	245
	4	1020	996	289	246
256	1	1021	997	290	247
	2	1022	998	291	248
	3	1023	999	292	249
	4	1024	1000	293	250
257	1	1025	1001	294	251

Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
	2	1026	1002	295	252
	3	1027	1003	296	253
	4	1028	1004	297	254
258	1	1029	1005	298	255
	2	1030	1006	299	256
	3	1031	1007	300	257
	4	1032	1008	301	258
259	1	1033	1009	302	259
	2	1034	1010	303	260
	3	1035	1011	304	261
	4	1036	1012	305	262
260	1	1037	1013	306	263
	2	1038	1014	307	264
	3	1039	1015	308	265
	4	1040	1016	309	266
261	1	1041	1017	310	267
	2	1042	1018	311	268
	3	1043	1119	312	269
	4	1044	1020	313	270
262	1	1045	1021	314	271
	2	1046	1022	315	272
	3	1047	1023	316	273
	4	1048	1024	317	274
263	1	1049	1025	318	275
	2	1050	1026	319	276
	3	1051	1027	320	277
	4	1052	1028	321	278
264	1	1053	1029	322	279
Probi an. 2. & Antiochenus 325. ex Eusebio.					
	2	1054	1030	323	280
	3	1055	1031	324	281
	4	1056	1032	325	282
265	1	1057	1033	326	283
	2	1058	1034	327	284
Diocletianus capessit Imperium.					
	3	1059	1035	328	285
	4	1060	1036	329	286
266	1	1061	1037	330	287
	2	1062	1038	331	288
	3	1063	1039	332	289
	4	164	140	333	290

Olympiades.			Vrbis.	Iuliani.	Christi.
267	1	1065	1041	334	291
	2	1066	1042	335	292
	3	1067	1043	336	293
	4	1068	1044	337	294
268	1	1069	1045	338	295
	2	1070	1046	339	296
	3	1071	1047	340	297
	4	1072	1048	341	298
269	1	1073	1049	342	299
	2	1074	1050	343	300
	3	1705	1051	344	301
	4	1076	1052	345	302
270	1	1077	1053	346	303
	2	1078	1054	347	304
	3	1079	1055	348	305
	4	1080	1056	349	306
271	1	1081	1057	350	307
	2	1082	1058	351	308
	3	1 83	1059	352	309
	4	1084	1160	353	310
272	1	1085	1061	354	311
	2	1086	1062	355	312
	3	1087	1063	356	313
	4	1088	1064	357	314
273	1	1089	1065	358	315
	2	1090	1066	359	316
	3	1091	1067	360	317
	4	1092	1068	361	318
274	1	1093	1069	362	319
	2	1094	1070	363	320
	3	1095	1071	364	321
	4	1096	1072	365	322
275	1	1097	1073	366	323
	2	1098	1074	367	324
	3	1099	1075	368	325
	4	1100	1076	369	326
276	1	1001	1077	370	327
	2	1102	1078	371	328
	3	1103	1079	372	329
	4	1104	1080	373	330

Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
277	1	1105	1081	374	331
	2	1106	1082	375	332
	3	1107	1083	376	333
	4	1108	1084	377	334
278	1	1109	1085	378	335
	2	1110	1086	379	336
	3	1111	1087	380	337

Constantinus moritur mense Maio.

	4	1112	1088	381	338
279	1	1113	1089	382	339
	2	1114	1090	383	340
	3	1115	1091	384	341
	4	1116	1092	385	342
280	1	1117	1093	386	343
	2	1118	1094	387	344
	3	1119	1095	388	345
	4	1120	1096	389	346
281	1	1121	1097	390	347
	2	1122	1098	391	348
	3	1123	1099	392	349
	4	1124	1100	393	350
282	1	1125	1101	394	351
	2	1126	1102	395	352
	3	1127	1103	396	353
	4	1128	1104	397	354
283	1	1129	1105	398	355
	2	1130	1106	399	356
	3	1131	1107	400	357
	4	1132	1108	401	358
284	1	1133	1109	402	359
	2	1134	1110	403	360
	3	1135	1111	404	361

Iulianus Imperat.

	4	1136	1112	405	362
285	1	1137	1113	406	363
	2	1138	1114	407	364

Olympiades.	Vrbis.	Iuliani.	Christi.

Valentiniani initium. 5 Kal. Mar. an Bissext.

	3	1139	1115	408	365
	4	1140	1116	409	366
286	1	1141	1117	410	367
	2	1142	1118	411	368
	3	1143	1119	412	369
	4	1144	1120	413	370
287	1	1145	1121	414	371
	2	1146	1122	415	372
	3	1147	1123	416	373
	4	1148	1124	417	374
288	1	1149	1125	418	375
	2	1150	1126	419	376
	3	1151	1127	420	377
	4	1152	1128	421	378

Valens perit incendio.

289	1	1153	1129	422	379
	2	1154	1130	423	380
	3	1155	1131	424	381
	4	1156	1132	425	382
290	1	1157	1133	426	383
	2	1158	1134	427	384
	3	1159	1135	428	385
	4	1160	1136	429	386
291	1	1161	1137	430	387
	2	1162	1138	431	388
	3	1163	1139	432	389
	4	1164	1140	433	390
292	1	1165	1141	434	391
	2	1166	1142	435	392
	3	1167	1143	436	393
	4	1168	1144	437	394
293	1	1169	1145	438	395
	2	1170	1146	439	396
	3	1171	1147	440	397
	4	1172	1148	441	398

Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
294	1	1173	1149	442	399
	2	1174	1150	443	400
	3	1175	1151	444	401
	4	1176	1152	445	402
295	1	1177	1153	446	403
	2	1178	1154	447	404
	3	1179	1155	448	405
	4	1180	1156	449	406
296	1	1181	1157	450	407
	2	1182	1158	451	408
	3	1183	1159	452	409
	4	1184	1160	453	410
297	1	1185	1161	454	411
	2	1186	1162	455	412
	3	1187	1163	456	413
	4	1188	1164	457	414
298	1	1189	1165	458	415
	2	1190	1166	459	416
	3	1191	1167	460	417
	4	1192	1168	461	418
299	1	1193	1169	462	419
	2	1194	1170	463	420
	3	1195	1171	464	421
	4	1196	1172	465	422
300	1	1197	1173	466	423
	2	1198	1174	467	424
	3	1199	1175	468	425
	4	1200	1176	469	426
301	1	1201	1177	470	427
	2	1202	1178	471	428
	3	1203	1179	472	429
	4	1204	1180	473	430
302	1	1205	1181	474	431
	2	1206	1182	475	432
	3	1207	1183	476	433
	4	1208	1184	477	434
303	1	1209	1185	478	435
	2	1210	1186	479	436
	3	1211	1187	480	437

	Olympiades.		Vrbis.	Iuliani.	Christi.
	4	1212	1188	481	438
304	1	1213	1189	482	439
	2	1214	1190	483	440
	3	1215	1191	484	441
	4	1216	1192	485	442
305	1	1217	1193	486	443
	2	1218	1194	487	444
	3	1219	1195	488	445
	4	1220	1196	489	446
306	1	1221	1197	490	447
	2	1222	1198	491	448
	3	1223	1199	492	449
	4	1224	1200	493	450
307	1	1225	1201	494	451
	2	1226	1202	495	452
	3	1227	1203	496	453
	4	1228	1204	497	454
308	1	1229	1205	498	455
	2	1230	1206	499	456
	3	1231	1207	500	457
	4	1232	1208	501	458
Annus est Antiochenus 503. *& posterioris terræmotus.*					
309	1	1233	1209	502	459
	2	1234	1210	503	460
	3	1235	1211	504	461
	4	1236	1212	505	462
310	1	1237	1213	506	463
	2	1238	1214	507	464
	3	1239	1215	508	465
	4	1240	1216	509	466
311	1	1241	1217	510	467
	2	1242	1218	511	468
	3	1243	1219	512	469
	4	1244	1220	513	470
312	1	1245	1221	514	471
	2	1246	1222	515	472
	3	1247	1223	516	473
	4	1248	1224	517	474
313	1	1249	1225	518	475
	2	1250	1226	519	476

Olympiades.			*vrbis.*	*Iuliani.*	*Christi*
	3	1251	1227	520	477
	4	1252	1228	521	478
314	1	1253	1229	522	479
	2	1254	1230	523	480
	3	1255	1231	524	
	4	1256	1232	525	
315	1	1257	1233	526	
	2	1258	1234	527	
	3	1259	1235	528½	
	4	1260	1236	529	
316	1	1261	1237	530	
	2	1262	1238	531	

Dionysius cyclum exorsus putatur vide an. 284 in Chronologia.

	3	1263	1239	532	
	4	1264	1240	533	
317	1	1265	1241	534	
	2	1266	1242	535	

Si qui forte anni vrbis aut Iphiti, occurrant in hoc opere, aliter quàm hic ostensum est, Typographi vitio inter se compositi, (quod tamen vix continget) facile peritus lector & candidus, ad normam huius tabulæ locum restituet.

MODVS EXPANDENDI RELIQVOS
Olympiadum annos, & comparandi cum annis V. C.

DVplex iniri ratio potest, per quam cùm opus est, poterunt implicati in suis quadrienniis Olympiadum anni, reduci ad annos expansos: vt sic melius deindè componãtur cum annis epocharum, ac præsertim V. C. vna quidem est, quæ ex tabula iam data sponte sese offert. Et quidem si tabula integra esset, nihil aliud requiretur. quam tamen quisque iuxta canonem supra datum, vtrinque augere, versus principium vel finem progrediendo potest.

Totus autem hic comparandorum annorum modus fundamentum habet in ipsis epochis tomo 1 firmatis. incidisse enim monui & probaui prima palilia mense Aprili, in exeuntem ferè annum Iphiti 25. Atque ita subductis 24 vt supra dixi, à dato quouis anno Iphiti, prodibit annus Iphiti respondens anno vrbis illius temporis, & sic dari potest initium totius illius tabulæ si quis eam velit ab initio ordiri, subducendo nempe semper 24 hoc modo qui sequitur.

Iphiti annus		sub-duc 24.	vrbis annus.
	25	1	
	26	2	
	27	3	
	28	4	
	713	689	
	714	690	

Posteriores hi anni dant principium tabulæ suprà descriptæ, vt sic videas omnia ex vno eodemque fundamento constare. Et hæc de priore ratione.

Altera ratio expandendi hos annos Olympiadum posset sumi ex Diagrammate quod sequitur.

Olympiades		Dant annos expansos.	
	5		20
	10		40
	20		80
	50		200
	100		400

Ex quo diagrammate poterunt dinumerari fracturæ annorum, nullo negotio; Postremò expandi possent quiuis anni implicati, multiplicatione arithmetica per 4.

PARS TERTIA.

Notæ adſequentis chronologiæ annos aliquot.

Hoc ſolum reſtabat ad hunc apparatum & prolegomena adjiciendum, quod his paucis capitibus continetur: vt hinc ſatis fiat exquirentibus aliquam rationem eorum quæ interdùm hic ſuccinctè ſunt à me, vti inſtitutum petebat, tractata.

CAPVT XIII.

AD CHRISTI ANNVM PRIMVM.

DVm vrbis annum 750 hic compono cum anno 3 Olympiadis 194: non hærebit lector peritus, ſi ex tabula quam hic nouam dedi, obſeruet iuxta veras horum annorum epochas, annum Iphiti ſub anno 43 Iuliano eſſe exeuntem, & annum vrbis ineuntẽ. Sic enim reperiet eodem anno 43, exire annum Olympiadis ſecundum & incipere tertium. ac proinde ex parte aliqua concurrere tertium hunc annum, cum anno V. C. 750. Sit ſatis de hoc ſemel monuiſſe incautum lectorem in tota reliqua annorum ſequentium ſerie. Fallit hic aliquos epocharum varietas, dum annos Iulianos & Antiochenos tantùm metiuntur ex epocha cycli Dioniſiani; exiſtimantes non eſſe dandam aliam Chriſti epocham, & ſibi perſuadentes ferè ex hoc fundamento, Chriſti natiuitatem incidiſſe in annum Iulianum 46. & Antiochenum 48. Sed & parum loquuntur probabiliter dum hanc ſolã epocham admittunt; & errant, dum ſedemonſtrationibus id firmare exiſtimant. Coegit demùm hæc res quoſdam Mathematicos in ratione annorum Chriſti ineunda, & cùm ſua notant φαινόμενα, abeſſe interdum biennio, ab aliorum authorum calculo: quandoquidem annum Chriſti primum coniiciunt cum Dionyſio, in annum Iulianum 46, & Baptiſmi annum hinc ſtatuunt eſſe Dionyſij annũ 30. vel 31. cùm tamen verus Chriſti annus primus diſcordet (vt plurium ſententia eſt) biennio vel triennio, aut iuxta quoſdam toto quadrennio ab anno primo æræ Dionyſianæ, ſeu vulgaris epochæ Chriſti annorum.

CAPVT XIIII.

AD ANNVM CHRISTI. 8.

IN hunc Chriſti annum 8, colligit ex Euſebii de Archelao ſententia Baronius, incidiſſe Herodis exceſſum. & quantum ex Herodis annis (quos incertos eſſe nemo eruditus ignorat) apparet; non caret ſententia hæc probabilitate ſua. proferetur fortaſſis ad eam improbandam Herodis teſtamentum, quo 50 talenta legaſſe dicitur filiis Auguſti? quos tamen conſtat ante trienniũ clauſiſſe diem. Verùm, præterquam quòd varia condita ſint ab Herode teſtamenta, certe Zonaras ſcribit factũ hoc legatum Cæſari tantum, & vxori Liuiæ. De filiis ne verbũ quidem. Deinde quicũque diceret Auguſto, Iuliæ, liberiſque factũ legatũ, cur non intelligi poteſt de aliis quàm de Caio & Lucio liberis. Habuit enim Auguſtus Iuliã filiã, Tiberiũ quem ipſe adoptauit, & alium quem Tiberius adoptare coactus eſt: Qui liberorum nomine in ea Auguſti familia cenſeri poſſunt. Sed vt mox ſubiiciam §. ſequenti; non eſt tanti Ioſephus, quem aliis præferamus autoribus, quem conſtat in variis rebus ſæpe lapſum, etiam ſcribentem hiſtorias ſui temporis, & quem ideo perſtrinxit meritò Baron. in appar. nu. 115. At Caius ſediſſe dicitur Iudex cum ageretur de Herodis teſtamento, ex Ioſepho lib. 2. de bello. c. 1. & lapide Ancyrano *apud Sueton. in Auguſto. & Dio.*

libro 54. Sed de Ioſepho iam dixi. fuit vero à Senatu poteſtas facta Caio vt intereſſet publicis conſiliis: idque per aliquot annos ante Caii conſulatum. nec aliud habetur ex illa inſcriptione. fuiſſe ergo præſidentiam illam in conſiliis dilatam ab Auguſto per tot annos, nempe vſque ad hunc Herodis obitum, ſeu Chriſti annum 8, eſt confictum ab his qui non rectè putant Herodis annos. In quo genere ſunt alia pleraque, in hunc eundem de Herodis annis excogitata finem. quæ præter incertas coniecturas nihil proferunt in medium. Nam quòd Iulia de qua iam dixi, dicatur relegata Auguſto 13 Conſule (qui nobis eſt annus Iulianus fere 43) Et Caius (qui Lucii ætatem biennio putatur ſuperaſſe) breui poſtea in Syriam miſſus. ex Paterculo *libro 2. hiſtoriæ*: hoc inquam, nihil habet contra locatum Herodis exceſſum, ad annum Chriſti 8. Contra vero, erronea eſt ea ſententia, quæ ſiue à Senatus decreto de regno Herodis, ſiue aliunde, ita eius annos 37 numerat: vt indè ſequatur obiiſſe Herodem ante cæſos infantes. Probabilius omnino loquentur de Herodis anni illis qui (*vt cap. 1. huius apparatus nu. 3. ſubindicani*) initium regni ſtatuunt à die quo plenam regni poſſeſſionem adeptus eſt. ſicque tertius à Chriſto nato annus excipiet Herodis exceſſum, & vndecimus Archelai caſum; poſthabita Euſebii ſententia, quæ meo iudicio grauiores patitur difficultates.

CAP. XV.

AD CHRISTI ANNVM 16.

DE procuratorum annis in Iudæa, aliorum interdum retuli opiniones. Ideo autem meam ea de re ſententiam nuſquam interpoſui, quòd quæſtionem viderem planè incertam. Ac proinde ad an. 16. concluſi, ſi quis procuratoribus ſedem poſſet commodam dare, (quam ego iuxta Euſebii opinionem non inueni) ſic recipi poſſe Euſebij ſententiam de Archelai exilio. Illud vero aſſerui, & recipio (quod ad rationem annorum ineundam confert) pulſo Archelao, datum primum procuratorem, quicunque ille fuerit. Cui rei qui Euſebium ſequitur debet conſignare annum Auguſti vltimum, & Chriſti 16. quicquid ſit de annis propriis & nominibus procuratorum, quos ego pro caractere temporis mihi nequaquam propoſui. vti tomo hoc 2. cap. 1. de tota Iudæorum Chronologia; & iterum ad annum Chriſti 16 de his ipſis procuratoribus ſatis profeſſus ſum: Quod ſi nunc tandem aliquid definiendum ſit, pronuntio cum Baronio ad annum Chriſti 16, numero 4, Ioſephum ex malè exhibitis procuratorum annis, confudiſſe tempora ac res tunc geſtas: & non abeſſe ab hoc periculo, qui Ioſepho adhærent. Nec mirum; cùm etiam, vt ſæpe monui, in Cyrini cenſu, & non rarò alias, in ratione temporis familiare ſit Ioſepho aberrare à ſcopo. Si cui vero placet ab Euſebio diſcedere, habet vti iam inſinuaui, quod ſanè probabiliter ſequi poſſit, reiiciendo caſum Archelai in annum Chriſti vndecimum. ita vt primus Archelai annus, qui nouem tantùm annis principatum tenuit, ſit tertius à Chriſto nato; quando nempe obiit diem Herodes. quam ego de his Herodianis annis ſententiam, nequaquam exiſtimo reiiciendam.

CAPVT XVI.

AD ANNVM CHRISTI 36. & 44.

DEccant hic aliqui putando annos à conuerſione Pauli ad eius vſque paſſionem. Sed iam ſolenne pleriſque eſſe video, ob paucos menſes annum vel addere, vel detrahere. Expende quæ mox ad annũ 69 notãtur hic c. 17. Bellè porro ſibi videntur ſic ratiocinari. Fuit Nero belli Iudaici anno ſecundo in Achaia. ergo non potuit eodem etiam anno eſſe Romæ. friuola cõſecutio eſt. At menſe inquies ſeptembri miſſi ſunt milites ex Iudæa ad Neronem: Adde etiam miſſos in Achaiam, quid inde? tam vaſtum tibi videtur Ionium mare vt non potuerit Romanus Imperator dũ aduentant ex Iudæa milites, in Italiam ex vicina Achaia penetrare. Rectius ſanè iſta attigit Baronius; qui rectè probat

matuře ſatis ad hanc necem rediiſſe ex Achaia Neronẽ. Friuola æquè ſunt quæ de aliis Apoſtolis à quibuſdam afferuntur. Petrus, inquiunt non ſedit in Oriente annis 12 integris antequam ſecundo anno Claudii Romæ cathedram figeret. Quid porrò? Nihil hoc habet contra antiquitatem. Decepit fortè hos annus Iulianus malè conſignatus. Diſcant Chriſti annum 44 eſſe ſecundum Claudii annum, & tunc fluxiſſe vndecim à paſſione annos. Si menſem fortè excurrentem hi inuenerint; ex hoc illi, more ſuo annum efficient integrum: noua & poteſtate, & in rebus chronologicis licentia. Sed inquient ſi vera hæc ſunt, Apoſtolorum diuiſionem non eſſe factam anno ſecundo Claudii, & duodecimo anno à Chriſti paſſione? inepta prorſus conſecutio eſt & ſecum pugnãs. De Paulo autem ſi quis dubitet, illud recipiendum de eius Romam aduentu, veniſſe Romam tertio Neronis anno: cœpiſſe ire anno ſecundo.

AD ANNVM CHRISTI 49 & 50.

RECEPTŨ eſt Claudio 4, & Vitellio 3 coſſ. ſextos ludos ſæculares datos à Claudio. mirũ vero non eſt diſſentire authores de vrbis anno. vt pote quem aliqui cum Varrone, aliqui cum Catone dãt variũ; iuxta enim hæc varia initia exibit his coſſ. annus vrbis 798. 799. vel 800. vnde etiam prodibit varie annum vrbis componi & cõparari cum anno Chriſti. nos probabilem Chriſti annum damus 49. & quem ſupra hic c. 12, in tabula de connexione annorum, magis expreſsimus. nec etiam illud omitto, eundem Chriſti annum cum duobus vrbis annis ex parte componi debere. ſed ſatis ſit hic per Conſules de quibus minor nunc controuerſia eſt, ludorum hoc tempus conſignaſſe.

CAPVT XVII.

AD ANNVM CHISTI 63.

RESTES martyrii Iacobi, ſunt Euſebius & Hieronymus. ſub Anano Pontifice (typographus in prima editione Adrianum malè poſuit) res peracta eſt. Cæterúm in hoc Iacobi anno ſignando, fracturæ annorum aliquos fallunt, ducuntque in metachroniſmum. nos cum probatis authoribus, Epiſcopatum eius dedimus ab anno Chriſti 34, vſque ad Maium anni 63, qui eſt Neronis ſeptimus authore Hieronymo.

AD ANNVM CHRISTI 69.

MALÈ aliqui putant hic detractum eſſe laboribus Apoſtolorum annum integrum. Niſi fortè paſſos velint ſub Veſpaſiano, contra omnem hiſtoriarum veritatem. Ineant annorum menſiumque rationem, & paſſos videbunt extremo Neronis anno. Quod aſſeruit Hieronymus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis capite 26. An non erit Neronis annus vltimus & decimus quartus, ille qui excurrit à decimo Iunii anni 69, vſque ad 10 Iunii, anni 70. Atqui intra hoc ſpatium obierunt Apoſtoli. Caueant qui diſſentiunt, ne labentes annos pro integris putent. vide quæ noto ad an. 34. litera E. de Petri principatu.

CAPVT XVIII.

AD ANNVM CHRISTI 223.

HVNC annum rectè conſignatum eſſe, & habere Grati conſulatum, aliaque quæ hic recenſentur, ſupra declaratum ſatis eſt in hoc apparatu. c. 10.

AD ANNVM CHISTI 240.

HVNC Chriſti annum rectè in chronologia compoſui cum conſulatu Vlpii & Pontiani. item cum anno 1014 à prima Olympiade vt loquitur Cenſorinus. eſtque ſecundus exiens Olympiadis 254. Quem annorum conſenſum, magis etiam expreſſit tabula data c. 12 huius apparatus; componens cum his iam datis annis, Iulianum annum 283. quem nominatim dedit Cenſorinus, & quo vno argumento probatur; rectè à me datum eſſe naſcenti Chriſto annum Iulianum 43. quòd vero Cenſorinus det illis conſulibus annum vrbis 991, eſt quia profitetur ſe ſequi Varronem.

AD ANNVM CHRISTI 277.

MANEO in ſententia, rectè huius anni notari conſules. vide in chronologia an. 240, & 276. de aliorum conſulum ſede controuerſa, lege quoque Tom. 1. an. 3495.

AD ANNVM CHRISTI 279

EST ſecũdus Probi annus, quem Euſebius rectè facit Antiochenum 325. Adde enim Chriſti anno 279 (qui eſt Probi ſecundus) annos fere 46 Antiochenos, qui ſunt ante Chriſtum, exibit annus Antiochenus 325. Imò cum rectè conſtet, annum Probi

ſecundum, eſſe Chriſti 279. inferre ſatis inde licebit, æram Antiochenam tantum 45
aut 46 annis priorem eſſe primo Chriſti anno.

CAPVT XIX.

AD ANNVM CHRISTI.

312 & 337.

CVm ad annum 312, exquiritur indictionum origo litera F. irrepſit error in numeros. ergo ibi lege 45, & 356. hunc etiam locum deprauatum, facilè reſtituet lector ex aliis vtriuſque tomi locis, præſertim Tom. 1. c. 19. nu. 29. & To. 2. ad annos 117 & 458.

Ad an. 337. lege an. 3. olym. 278. vt habet tabula ſupra c. 12. error typographi fuit in vno charactere.

AD ANNVM CHISTI 364.

HIc annus nobis eſt Iulianus 407. Cum autem Sextus Ruffus numerat à cæde Cæſaris (qui eſt ſecundus Iulianus) ad Iouianum Principem, qui hoc anno regnat, annos Iulianos 407: numerat extremos annos. quod facile fuit, & frequenter contingit: notantque plures factum eſſe à vetere chronologo apud Clementem libro primo ſtrom. Cum numerat 114 annos à pugna Actiaca ad annum Iulianum 131.

AD ANNVM CHRISTI 458.

DE anni Antiocheni epocha dixi paulò ſuperiùs. de qua nihil hic addendum occurrit. neque ego in anno Iphiti hic dando muto ſententiam, & res ſatis ex ipſis Antiochenis annis quos hic attingo deducitur. vide an. 117, & 458. nec mirum ſi diſſentiat, qui communiores annorum permutat Epochas.

	Annus mundi à Ianuario incipit	Annus V. C. Aprili mense incipit.	Olympiades à Iulio.	Mensis.	Consules.	Augusti ætas.	Anni ante Christum communes.
Augustꝰ natus.	3941	690 Inchoatus à quatuor circiter mensibus.	Exibat annus 714, & sequens inibat à solstitio æstiuo.	Septẽbri mẽse Dio & Suetoniꝰ qui diem notat. 23	Cicero & Antonius.	Annus primus Augusti.	60
Cædes Cæsaris.	3960	709 Iniens ab Aprili.	733 Excurrebat vsque ad Iuliũ.	Martio mense.	Iulius Cæsar quintum. substituitur Dolabella.	An. 19 inchoatus per 6 menses.	41
Hircius & Pansa Coss. Augustus primùm à Septembri.	3961 Inchoatus mense Ianuarii	710	734	Ianuario mẽse. Septembri mense.	Hirtius & Pãsa, Augustus primùm.	An. 20 exiens ipso die Consulatus.	40
Triumuiratus.				Nouembri mense, die 25, aut 22.		An. 20 finitus cum duobus circiter mensibus.	40
Actiaca victoria.	3973 Vel 3974	722	746 747	Victoria Septẽbri 4. nonas.	Augustus tertium & Messala Coss.	Annus 32 tunc completus.	28
Natiuitas Christi.	4001 Exiens.	750	194 anno tertio. anni sunt 775 inchoati à Solstitio æstiuo.	Decembri, die 25	Messala & Lentulus	An. 60 completus cum tribus mensibus	Christus natus.
Primus annus integer.	4002	751	775 Excurrit.		Augustus 13		1
Augusti mors.	4018	766 Ab Aprili, init.	790 Exierat à Iulio.	Augusti die 19. 14 Kalendas Septembris.		Annus 76 minus diebus 15. Suetonius & Velleius.	Christi 16
Tiberius.	4018			Augusto mense.			Christi 16
Baptismus Christi.	4032 Inchoatus.	781	805	Ianuarii die 6.		Annus 15 Tiberii inchoatus per 4 menses & dies aliquot.	Christi trigesimꝰ primus inchoatus à diebus 11.
Passio Christi.	4035	784	808 qui est quartus Olymp. 202.	Martio mense, luna 15 feria 6.		Annus 18 Tiberii inchoatus per 7 menses, & dies aliquot.	Christi inchoatus 34

Vix porrerant anni mundi cum aliis Chronologiis exactius componi.

PRIMI CENTENARII INITIVM.

Regna, *Penes Romanos præter Europã fere vniuerſam, ſunt Africa, Aegyptus, Syria, & minor Aſia.*

Status Eccleſiæ *Initiũ accepit Chriſti Eccleſia præconum verbi Dei vocatio, & inſtitutio legitima. Chriſtiani nominis per orbem lata, lætaque propagatio vſque ad Traiani principatum. Martyres.*

Doctrina. *Editum ſymbolum. Euangelia, aliaque ab Apoſtolis ſcripta. habita concilia. confutatæ naſcentes hæreſes.*

ANNI CHRONOLOGIÆ EXPANSI à Chriſto, & deinceps.

QVOD in hoc Chronologiæ veſtibulo, primum ſeſe offert ſpectãdum, ſynopſis eſt eorũ, quæ hactenus dederũt in mediũm prolegomena, legitimum totius rationis temporum quæ deinceps excurrent futurum fundamentum: & iuſtis argumentorum momẽtis, quãtum res Chronologica patiebatur, vt exiſtimo ſtabilitum. Ergo accipe natum Chriſtum, orbis anno 4001 exeũte, & propemodũ ineunte 4002. anno 28 ab Actiaca victoria. à Conſulatu, anno ſupra tres mẽſes quadrageſimo. à Triũuiratu minus per duos menſes, dantque proindè duæ poſteriores Epochæ naſcẽte Chriſto, annũ Auguſti 41 iam inchoatum ac labentem. Herodis præterea expleto anno 28 (quod priore quoque tomo notatũ eſt) vel vt probabiliter ſanè alii, ineunte fere anno 35. Porrò anno vrbis 750, Olympiadis 194 anno tertio. Conſulibus Meſſala & Lentulo. Et excurrente adhuc anno Chriſti primo Conſules fuerunt à Kalẽdis Ianuarii, Auguſtus decimũm tertiũm, & Syluanus, ſed anno orbis 4002. Chriſti vero & Auguſti anni comparantur inter ſe & componuntur quantum per fracturas licuit. Cum enim conſulatus Auguſti primus (vnde numeramus iam imperii annos) & Chriſti ætas habeant diuerſa principia: non potuit ita accuratè per columnas inſtitui connexio annorum, vt non diſcreparent per aliquot menſes. ſed tota hęc diſparitas quanta ſit, facilè intelligitur, ex iis quę capite 6, & iam data Auguſti tabula proponuntur.

Cæterùm non eſt quod mireris lector, ſi collectus ab orbe cõdito annorum numerus, diſcordet lõgo interualo, à tabulis eccleſiaſticis, & Romano Martyrologio: nã vti tomo 1. c. 3. probatum eſt, collectionem annorum iuxta Hebraicam ſcripturam, potiorẽ eſſe, & anteponendam illi quam dant 70 interpretes: ita annus quo natus eſt à conditu orbis Chriſtus, & ex Hebraica annorum ſerie quam ſequor deductus; eſt lõgè diuerſus, ab eo quem qui alterã illã ſequuti ſunt editionem, dederũt in lucem. Id ſaltem habe, ex hac annorum ſerie quam dant Martyrologia, & patres aliquot antiqui, ſatis colligi, conſueuiſſe olim eccleſiã ſequi 70 interpretes in annorum ratione ineũda. quod poſt alios Baronius in Martyrol. 25 Decemb. circumſpectè obſeruat, notatque à Grẽcis diẽ naſcentis Chriſti Theophaniam vocatã. quod nomẽ latini libentius ad diem Epiphaniæ tranſtulerunt. Sed iam per annos expanſos ratio temporũ ſubducenda eſt, & à Kalendis Ianuarii

more maiorum, sumendum principium numerādi annos Christi, potius quàm vel à 25 Decemb. (ad vitandas temporum fracturas molestas) vel, quod fecit Dionysius exiguus à mense verbi incarnati.

Anni Christi. 1 | Anni Augusti. 41 Augusti.

Rerum gestarum series.

Consules.

HIC ille est primus Christi annus integer nominandus, & iniens à Ianuario, ad cuius mensis Kalendas consignāda est Christi Domini Circumcisio Luc 2, quem primum mensis & anni diem, atque à Natali octauum, voluit humani generis redemptor, velut futuri temporis sanctioris primitias, fuso sanguine, inditoque nomine IESV salutifero consecrare. De hoc feliciore Christianorum temporum initio, præclarè S. Maximus Taurinensis. S. Petrus Chrysologus *serm.* 155. Ambro. *serm.* 11. *de Kal. Ian. edit. Rom.* Chrysost. *homilia in Kalendis habita.* & post hos D. Bernard. In eodem quo natus est Christus loco peractum mysterium est, cùm lex templum non præscriberet.

Augustus 13. & Sylvanus si annum mundi eligas 4002.

Circumcisio.

Magi ab oriente Veniunt stella ducente ad Christum adorandum. Historiam descripsit Matheus Euang. c. 2. Reges fuisse παροιμιώδες est, & pia antiquitatis sententia. Ex quo loco orientis venerint, in opinione est. *Aurum. Thus. Myrrham, Regique, hominique Deoque, dona ferunt.* Iuuencus. De his vaticinium extat Psal. 71. & Numer. c. 24. Epiphaniam hanc, & incarnati verbi reuelatum gentibus mysterium, celebrat ecclesia, die post natalem Christi duodecimo. in quem post annos 30 incidit baptismus. *ex c.* 3. *apparatus.* De hac Epiphania plura S. Maximus Taurinensis. S. Augusti. *sermonibus de tempore* & Nazianzenus, qui *orat. in sancta lumina*, vocat festum sanctorum luminum; ob Christi baptismum (qui etiam illustratio dicebatur) incidentem in eundem Ianuarii diē sextum.

Magi.

Circumcisionis diem excepit præsentatio Christi & Deiparæ in templo, die 40 à Christo nato, 2. Februari, Luc 2. *vers.* 22. huius diei celebritas variis apud Græcos & Latinos nominibus insignita reperitur. Purificatio vulgo solet vocari, aliquando festum Annæ & Simeonis. à Græcis occursus ὑπαντὴ & ἀπαντὴ. nota sunt verba ὑπαντάω & ὑπαντομαι, celebrari cœpta est Cōstantinopoli sub Iustiniano Imp. vt ait Niceph. *lib.* 17. *c.* 28. & Sigeber. *in chro. an.* 542. de eius cultu in occidentali Ecclesia lege Baron. in Martyrol. 2. feb. habentur D. Bernardi de hoc festo die sermones tres. eiusque meminit concilium Moguntinum sub Carolo magno celebratum c. 36.

Præsentatio.

Habuit idem annus fugam Christi cum matre in Aegyptum Math. 2. & patratū iubente Herode Infanticidium, *ibidem vers.* 13. huius Herodianæ crudelitatis mentionem etiam fecit Macrob. 2. *Satur. c.* 4. solennitatis Innocentium meminit Origen. *hom.* 3. *in Matheum.* Martyres quoque appellat Ireneus, *aduersus hæreses lib.* 3. *c.* 18. lege Augustinum *Epist. ad Hieronymum* 28. *de natura & orig. animarum*, vbi expendit cur infanti, nomen martyris deferatur. Extant eiusdem S. Augustini duo sermones de hac celebritate, & duo Petri Chrysologi 152, & 153. Debet vero consignari hæc solennitas ad Decemb. ac demùm ex probabiliori sententia, ad primum Christi annum integrum sed exeuntem, si numeres annos, vt vsus habet, à Iāuario, qui natiuitatem proximè sequutus est: aut certè ad annum Christi secundum, à triduo inchoatum, si numeres à die nascentis Christi. licet Eusebius in Chron. putet non nisi post biennium occisos infantes.

Fuga.

Infanticidiū

Hoc anno putat Baron. occisū Zachariā inter tēplū, & altare, & hūc fuisse patrē Ioannis. tamen Hieronymus hoc refert ad tēpora regis Ioas (*ad Math. c.* 23.) sed id nos attigimus satis *to.* 1. *an.* 3101. Nunc inter Iudæos, extitit Iudas ille Gallilæus, qui prohibebat solutionem tributi, de quo Gamaliel actorū 5 vers. 37. *in diebus professionis* inquit Lucas. nempe sub Cyrino, vti locum

Iudas.

Illum interpretor. De Iani templo nunc clauſo lege Oroſ. lib. 6. quod tamẽ breui reſeratum oportet ob bellum Germ. Præter illam Deiparæ præſentationem quam iam recenſui; fuit alia, & prior eiuſdem virginis, triennio poſt eius natiuitatem; quando ex voto matris oblata eſt. manſitque deinde in templo vſque ad annum ætatis 13. lege Barrad. *Concordiæ lib. 6. cap. 5.* huius rei memoriam colere nunc ſolet Eccleſia 21 Nouemb.

2 | 42 Auguſt. | Opinio eſt, hoc anno Iudæos tandem feſſos, ſponte obtuliſſe regnum Herodi, & ab hoc tempore eius regnum fuiſſe legitimum. Lege Philonem lib. 2. de tempor. & Ioſephum *lib. 17. cap. 3.* Belli Germanici meminit Velleius Paterculus. Floret Athenodorus Stoicus. *Euſeb.* | Cornelius Lentulus & Piſo.

3 | 43 Auguſt. | Pugnantia quidem ſunt quæ de anno obitus Herodis ſcribuntur ab Euſebio, & illis qui aliqua ſaltem ex parte ſe exiſtimant ſequi Ioſephum. Quæ duæ ſententiæ, vt cæteris ſunt anteponendæ, ita deinceps à me dabuntur in medium, ambæ vt probabiles: lectori optione facta, vt eam quam magis ſuo inſtituto congruere videbit, alteri anteponat. Et quidem ſi quod multi probabiliter admodum affirmant cum Onuphrio, Herodis anni 37, putandi ſunt, non ab Actiaca victoria, ſed à tempore quo regni poſſeſſione plenam adeptus eſt, erit ſic ad hunc Chriſti annum tertium conſignandus Herodis obitus, de quo ſupra in apparatu c. 1. & 14. & iterùm anno Chriſti 8. Hoc ſi recipitur (quod ſatis probo) reditus Chriſti ex Ægypto in Paleſtinam, conſignari debet ad annum ætatis quartum. plura de his ad annos 8. & 9. | C. Iulius Auguſti F. & Aemilius Paulus.

4 | 44 Auguſt. | Circa hunc annum Tiberius è Rhodo vbi octo annis egerat, Romam vocatur ab Auguſto. Dio tamen putat non reuocatum, ante mortem duorum Cæſarum Lucii & C. Iulii. Caius Lucii ætatem biennio ſuperabat.

Ad hos conſules retulerunt aliqui natiuitatẽ Ioannis Euangeliſtæ. Sed eius ætas quam attingo ad annum Chriſti 101, non patitur vt dicatur natus ante Chriſti annum ſaltem octauum. Lucius Cæſar Maſſiliæ, dum in Hiſpaniam properat diem clauſit. *Velleius.* | Vinutius & Alfinius Varus

5 | 45 Auguſt. | Armeni deficiunt anno præcedente à Romanis ad Parthos, quo miſſus C. Cæſar Auguſti F. dolo vulneratus eſt. Et in itinere nunc Romam rediẽs obiit in Lycia, anno poſt mortem fratris Lucii. *Tacit. lib. 2. Paterculus & Zonar.* Hunc Caium ſediſſe iudicem quando agebatur de Herodis teſtamento & morte, ſupra eſt in apparatu refutatum. | Aelius Lamia & Seruilius Germinus.

6 | 46 Auguſt. | Extinctis duobus Cæſaribus, Tiberius adoptatur ab Auguſto, & ſic Neronum familia ad imperium acceſsit, cùm prius Tiberius Germanicũ Druſi fratris filium adoptaſſet, *Velleius.* de horum Genealogia habes tabulam tom. 1. Tiberio commiſſum bellum Germanicum, ante triennium inchoatum, *inquit Velleius.* & (*eodem authore*) in quo ſtrenuè ſe geſſit. Floret Marcus Valerius Flaccus Grammat. & nepotum Imperatoris præceptor. *Euſeb.* Cum hoc Flacco viuebat Feneſtella hiſtoricus. hunc Flaccum aliqui authorem faciunt faſtorum, qui Romæ tabulis æneis, inſcripti ſeruabantur in Capitolio: & quorum fragmentum ante aliquot annos Romæ inuentum, prodiit in lucem. Hos coſſ. omiſit Epiphanius in ſuo catologo. | Aelius Catus & Saturnius Sentius.

7 | 47 Auguſt. | Tiberius Roma reuertitur in Germaniam ineunte vere. quam totã ſubegit vſque ad prouinciam quam hodie vocant Bohemiam: vbi Marobodnus rex Marcomannorum imperabat. *Vide Paterc.* (qui hæc bella latius deſcribit) & *Dionem lib. 55.* qui notat tunc in Imperio fuiſſe legiones ferè 25, & eodem tempore patrem patriæ nominatum Auguſtum ſcribit *Ouid. in faſtis.* | Valerius Meſſala Veluſius, & Cornelius Cinna.

8 | 48 | De morte & vltimo regnantis Herodis anno dixi ad annum Chriſti tertium, ſiue autem ad illum annum notandus ſit Herodis exceſſus, ſiue ad hunc octauum, cum Euſebio & Baronio: illud receptum videtur, Herodem clauſiſſe diem circa menſem Martium. rem narrat Ioſephus lib. 1. de bello Iudaico, & lib. 17. antiq. c. 10. non diu poſt mortem Herodis examinatum fuit eius teſtamentum, & cauſa hæredum Romæ in Senatu. inde tripartitò regnant filii: Archelaus accipit à Cæſare mediam regni partem, nempe Iudæam, Idumeam, & Samariam: reliqua pars media aliis ex æquo conti- | Aemilius Lepidus & Arunti.

git: hoc est Herodi Antipæ, Transamnana regio cum Galilæa. Philippo Bathanea cum Traconitide & Auranitis. Cæterùm Archelaus rogãtibus Iudęis, non Rex sed Tetracha dictus est. *Ioseph. lib. 17. cap. 13.* malè ista recensuit Eusebius in Chro. tres tantum Herodis filii ex testamento succedunt paterno, tribus aliis occisis ante Herodis obitum: Antipatro scilicet (quem iussit occidi quinto ante mortem suam die) & duobus ex Mariamne (plures enim habuit vxores) susceptis filiis Alexandro & Aristobulo: quos morti addixit *ex Iosepho lib. 16. antiq. c. vltimo.* Reliquit tamen Aristobulus ex Berenice Salomes filia, exceptis filiabus inter quas fuit Herodias, tres filios: ex quibus, fuit Herodes Rex Chalcidis, & Agrippa dictus senior, de quo ad annum Christi 38. Germanicus Tiberii ex fratre Druso nepos, & à Tiberio iam ante adoptatus, mittitur ab Augusto ad promouendum cum Tiberio bellum Germanicum. *Dio lib. 51.* & quidem in Pannonia ac Dalmatia fœliciter res cessit Romanis. Sed infœliciśimè ad Rhenum, vt Variana clades anno Christi 10 ostendet. A B

9 49 Post Archelai principatus initium reducitur Iesus in Palestinam, idque vel post annum ætatis tertium, vt ibidem subindico; vel certè hoc anno nono, iuxta varias nimirũ quas recẽsui de obitu Herodis opiniones. rediisse enim post mortẽ. Herodis, ex Matheo omnes cõueniũt. rediit 7 Ianuarii, idque vt nunc asserimus ipso initio anni subsequentis mortẽ Herodis, *ex Martyrol. Rom. Beda, Vsuardo & aliis.* atque hinc cõiice de mora Christi in Aegypto, quanta nempe esse potuit inter primum Christi annum integrum (post quem cæsi mox sunt infantes) & tertium vel octauum Christi annũ, quo monitus fuit Ioseph de reditu. Rediens ex Aegypto, secessit in partes Galilææ, & habitauit in vico Nazareth ad montem Thabor. vnde Nazareus vocatur *Math. 2. vers. 22.* Domuncula in qua ibi conceptus & educatus fuit, miraculosè postea translata est in Italiam. Vide tamen Canisiũ in Mariali lib. 5. cap. 25. Et historiam Lauretanam Tursellini. De duplici Galilæa alibi dictum est. Hæc de qua in præsentiã, erat in tribu Zabulon circa Tiberiadem & stagnum Genezareth. Quod ad res huius anni Romanas spectat, consules inuertit Epiphanius. damus tamen magis receptos. durat bellum Germanicum, quod narrant *Dio. lib. 55. & Paterculus*, Tiberium in toto hoc bello Germanico sequutus. Varus è Syria vocatus ad Rhenum, à Tiberio constituitur, contra Arminium regem; qui tunc inferiorem Germaniæ partem (fortè Saxoniam iam dictam) tenebat. *Licinius Nerua, & Caecilius Metellus.*

10 50 Augus. Quintilius ergo Varus post Syriam administratam, parti Germaniæ & Rheno, à Tiberio præfectus; dum Prouinciam in seruitutem redigere tentat, opressus est cum toto fere exercitu. *Dio lib. 56.* hac clade accepta trepidatum est Romæ, & per Italiam. circa hoc tempus Varianæ cladis, nascitur inter Samnites Vespasianus, quinquennio integro ante obitum Augusti, mense Nouembri. *Sueton. in Vespasiano cap. 2.* *Tacitus* tamen dat ei solum sexaginta annos cum Imperator factus est. Biennii discrimen est. Verus hic aliquibus videtur annus Iudæ illius Galilæi, de quo (& rectius vt puto) dixi ad primum Christi annum. ab hoc Iuda orta est secta Galilæorum, vnde Christus & Apostoli vocati sunt in huius sectæ suspicionem, *Matth. 22.* Contra hanc sectam Paulus *ad Rom. 13.* mandat subiici potestatibus sublimioribus. de qua lege Iosephum *lib. 18. antiq. cap. 2.* *Furius Camillus & Sextius Nonius*

11 51 Si, quod supra cum Onuphrio & aliis probabile omninò iudicaui, mors Herodis incidit in annum Christi tertium, hic Christi annus nunc excurrens erit Archelai nonus, & proindè vltimus. nempe quo exulare iussus est ab Augusto quo tempore missus sic dicetur in Iudæam Coponius (procurator, & alii suo tempore qui subsecuti sunt procuratores, vt latius commemoro ad annum Christi 16, quem huic exilio annum alii dare consueuerunt. Arminius Rex post Varianam cladem non est prosequutus victoriam vltra Rhenum, quem vicissim Romani non valde infestarunt, relinquentes Rhenum esse Imperii terminum. *Paterc. Dio. lib. 56.* *Poppæus Sabinus & Camerinus.*

12 52 Iesvs ductus Hierosolymam ad festum Paschatis remansit insciis parentibus: ac triduò quæsitus, tandem inuenitur in templo audiens & inter- *Dolabella & Silanus.*

Anni Christi.	Anni Imp.		Consules.
		rogans doctores *Luc.* 2. *vers.* 42. solebant ibi, & in Synagogis de lege disse rere. *Act.* 24. hinc illud *Matth.* 22. *Amant primas Cathedras in Synagogis.* Post hanc peregrinationem, breui putatur obiisse Ioseph. *Epiph. hæresi* 78. Certè cum 80 annorum esset, quando ei tradita est beata virgo, *ex eodem Epiph.* non est probabile vixisse post resurrectionem, vt ait Augustinus de tempore serm. 81. extabat eius sepulchrum in valle Iosaphat prope tumulum S. Simeonis senis. *ex Beda de locis sanctis c.* 6. huius Patriarchæ vitam habes descriptam à nostro Rabadinera 18 *Martij.*	
13	53 *August.*	Substitutus putatur Aemilio consuli Cassius Longinus post sex menses, quod præter cætera habet vetus inscriptio Narbone inuenta quam refert Vignerius.	*Aemilius Lepidus & Statilius Taurus.*
14	54 *August.*	Qui putant cum Onuphrio nunc, aut anno Christi 13, Coponium (quem misit Augustus Præsidem in Iudæam) reuocatum Romam substituto Ambiuio, sunt illi qui obitum Herodis locant ad annum Christi tertium, & facile deinceps locum procuratoribus reliquis inueniunt, quos capite 7 apparatus recensui. sub insequentis anni consulibus Silio & Munatio, tertius Iudææ procurator designatur Annius Rufus *ex collectione Onuphrii.* Triumphat hoc anno Romæ Tiberius. & Tiberio Germanico nunc Consuli decernitur Germania. *Paterculus.* Germanici filius, Caius Cæsar, dictus Caligula, nunc nascitur vt ait *Suetonius.* de hoc Caio *vide an.* 39.	*Tib. Iulius. Germanicus Cæsar & Fonteius Capito.*
15	55 *August.*	Augustus hoc anno scribit testamentum, *ex Dione & Suetonio.* qui etiam narrant his consulibus, & consentiente Augusto, restitutam Tiberio Tribunitiam dignitatem. quod si verum est, non semper ea, est certus character annorum Imperii. *Vide Suetonium in Tib. cap.* 11. Adde *Suet. in Vesp. c.* 2. qui scribit noluisse eum, Tribunitiam potestatẽ quando imperabat nisi serò accipere. Veteres etiam inscriptiones de Tito habent TRIBVNIC. POTEST. X. qui tamen tertium Imperii annũ à morte patris non absoluit.	*C. Silius & Munatius Plancus.*
16	56 *August.*	Magna est authorum dissentio, an hic locandum sit Archelai exiliũ, quãdo ille Tyrannidis accusatus, relegatus est ab Augusto Viennam Galliæ, vbi obiit. Eusebius *in Chro.* notat vltimum Augusti annum. Iosephus *de bello lib.* 2 *cap.* 6. dat quidem principatus Archelai annum nonum: tamen *lib.* 17. *antiq. cap.* 15, dat annum principatus decimum. Et Dio (qui sub Seuero vixit) *lib.* 56. sequutus Iosephum, refert casum Herodis Palestini (sic enim Archelaum vocat) ad Consulatum Lepidi & Aruntii, qui notantur ad annum Christi 8. sed metachronismus est sine dubio, & hallucinatio. sic enim ex sede his coss. data, obiisset Herodes pater ante natum Christum, cum Iosephus det Archelao decennium. Onuphrius, Vignerius & plures alij (quod supra vt probabile recepi) aiunt contigisse anno Christi 11, & sic quidem locus erit procuratoribus Iudææ. (de quibus supra c. 7.) Coponio primo Iudææ procuratori, Ambiuio, & aliis, *ex Iosepho lib.* 18 *antiq. c.* 3. Quid ergo statuendum? Sanè si his primis Coponio & Ambiuio procuratoribus commodus locus, reperiatur, probabilior cæteris redderetur sententia illa Eusebii. qui in hunc vltimum Augusti annum reiecit casum Archelai: Vacillauit enim iam aliquoties in hac materia Iosephi fides. idque non tantum in procuratorum, sed etiam ipsius regis Herodis annis colligendis. Et demus Iosepho ambos hos fuisse Iudeæ procuratores: ambos porrò missos ab Augusto: sanè si quod anno proximè sequenti indico, Gratus tantum secundo anno Tiberii missus est in Iudæam: habere saltem potuerunt hi duo biennium integrum à primo die quo Augustus misit Coponium, vsque ad illud tempus sub 2 anno Tiberii, quo præses est designatus, Gratus. adde quod Iosephus ipse *lib.* 18. *c.* 3. perexiguum tempus tribuere videatur Coponio. at ante Gratum fuit Rufus? ita quidem Iosephus. quin etiam c. 1. & 3 his miscendo censum Quirini, planè omnia confundit. Imo Gratum numerauit ipse quintum præsidem. sed de Iosepho iam satis, qui hæc tempora non vidit vtpote natus sub Caio.	*Sextius Pompeius & Sextius Apuleius.*
		Fatetur tamen hic probabilius esse, non quod somniauit Iosephus, ex cuius calculo oportet obiisse Herodem ante infanticidium: sed quod ex Onuphrio & aliis supra probaui, Herodis regnum cœpisse à plena regni possessione	

sione adepta: ac proindè casum Archelai incidisse in annum Christi vndecimum, & sic facilem patere, vt sæpe iam indicaui, temporis commodã sedem Iudææ procuratoribus.

His etiam consulibus & hoc eodem Christi anno labente, obiit Augustus quod in apparatu satis explicatum est. idque decimo quarto Kal. sept. eodem die Tiberius Imperium capessit, *ex Tacito, Dione, & Suetonio*, annũ ætatis agens 55, aut 56. B

Nunc Herodes Antipas Tiberiadem condidit in gratiam Cæsaris, ad oram lacus Genezareth. *Iosephus citato cap. 3. lib. 18 antiquitatum.* de aliis sub Tiberio erectis ciuitatibus, scilicet Iuliade & Cæsarea Philippi ex Paneade vico. *vide an. 26. & Iosephum lib. 16 antiquit. cap. 4. & de bello Iudaico lib. 2. cap. 8.* Est hæc Cæsarea sita ad fontes Iordanis, postea dicta Neronia. alia est Cæsarea Maritima vrbs nobilis, quam ex turri Stratonis senior Herodes dedicauit Augusto. *de qua to. 1. an. 3996. & Iosep. lib. 1. de bello c. 16.* Tiberii modestiam initio principatus describit Suet. *in vita eius cap. 27.*

Anno sexto à clade Variana, Germanicus Cæsar expeditionem mouit in Chattos & Arminium; de quo ad annum 9 & 10. quando reliquias legionum Vari insepultas tumulo condidit, *ex Tacito lib. 1.* Condidit etiam Coloniam Agrippinam, cui nomen ab Agrippina vxore imposuit. Imperium à militibus delatum recusat. eius crebra victoria, non tã gratiã quam inuidiam promeruit à Tiberio; qui proindè breui Drusum illi substituet. Pollio celebris orator, postea Tiberio iubente occisus, nunc floret. *Euseb.* C

17 — 1 Tiber. — Gratus (vt notat Onuphrius) missus procurator in Iudæã putatur his coss. & rectè, si exiliũ Archelai, vndecimum Christi annũ occupauit, ex cuius & Iosephi sententia, iam paulo ante Rufum admisimus inter procuratores. Drusus missus à Tiberio in Pannoniam, legiones seditionem molientes continuit in officio. de hoc Druso Tiberii adoptiuo filio, *lege Velleium, Dio. & Tacitum* Iam à morte Drusi senioris (*de quo ad annum vrbis 3995.* fluxèrunt anni viginti. — *Drusius Cæsar & Norbanus Flaccus.*

18 — 2 Tiber. — Tiberius varia eaque præclara edicit, de Serica veste non vtenda, de aureis vasis extra sacra prohibendis: item aliqua contra Magiam & diuinationem; *Suetonius à cap. 26. & Tacitus lib. 2. Dio. lib. 57.* cum Germanicus parta insigni victoria contra Chattos & Arminium, potuisset breui totum bellum Germanicũ conficere, vocatur Romam à Tiberio specie Triumphi, & Drusus mittitur ei successor, *ex Tacit. citato lib. 2.* Orientis res turbatæ hoc anno in Syria. Nam Vonones ex Arsacidarum familia datus obses Augusto à Phrahate Parthorũ rege, nunc repetitur à Parthis vt esset illis rex. Sed breui ab iisdem electus est, substituto Artabano etiam Arsacidarũ è sanguine. Eò destinandus est Germanicus post insequẽtis anni triumphũ Romæ de Cheruscis, Cattis & Angrinariis. Terræ mot⁹ in Asia 12 ciuitates asũpsit. — *Statilius Taurus & Scribonius Libo.*

19 — 3 Tiber. — Gratus Iudææ procurator (de quo, anno 17) dat Sacerdotiũ Iosepho, qui dictus est Caiphas: *Iosephi antiq. lib. 18. cap. 3.* Tiberius mittit Germanicum adoptiuum filium cùm hoc anno triumphasset in Syriam, ad res componendas. *Tacit lib. 2.* & libros Sybillinos examinat, *ex Tacito ibidem.* — *Calius Rufus & Pomponius Flaccus.*

20 — 4 Tiber. — Hunc Cõsulatũ iniit Germanicus apud vrbẽ Achaiæ Nicopolim quo venerat, Adriatici & Ionii maris aduersã nauigationẽ perpessus. interim C. Piso Germanicũ per Cycladas & maris cõpendia apud Rhodũ assequitur, præuenitque, & legiones attingẽs castra cõplet ambitu & corruptione inter hæc Germanicus res in Syria cõponit, à quo Zenõ cõstituitur Armeniæ rex, & Artaxias nouo nomine vocatur. pacẽ etiã firmat cũ Parthis. Sed obiit Germanicus sub sequẽti cõsulatu in Ægypto extinctus veneno, vt iussit Tiberi⁹. qui deinceps metu solutus in dies euadit deterior. *Tac. et Dio.* — *Tiberius Augustus 3. & Germanicus 2.*

21 — 5 Tiber. — Tiberius ob quorundam facinus comprimit Iudæorum Ceremonias: & mox fictis criminibus, accusante Seiano Iudæos vrbe pellit; ac 4000 eorum, specie quidem militiæ, sed reuera vt cœli grauitate perirent amandat in Sardiniam. *Suet. cap. 36. & Tacit. 2. Annal.* qui addit hoc cõtigisse sub huius anni Coss. hic notatis. quare errat Iosephus scribens, id diu postea acci- — *Iunius Silanus. & Norbanus.*

disse. hoc demum anno Tiberius suasore Seiano pessimus euadit. *Suet. & Tacitus citati. Dio lib.* 57. diem claudunt Liuius Historicus & Ouid. *ex Euseb.* imo & Salustius ille Crispus. *Tacit. lib.* 3. historici hic est ex sorore nepos.

22 | 6 Tiber. | Arminius anno duodecimo, tum regni, tum à clade Variana, occiditur à domesticis: strenuus bello princeps. Merobodnus rex Sueuiæ pulsus regno à suis, sedem Rauennæ accepit ab Imperatore; alij etiam eiusdē gentis homines duce Cathualda sedes acceperunt prope Austriam, dato illis rege Varimero. Quadus hic erat natione. | *Valerius Messala & Aurelius Cotta.*

23 | 7 Tiber. | Sub his huius anni consulibus consignata erant falsa illa Pilati acta in Christum dominum, conficta à Maximino Imperatore; quæ facilè redarguuntur ab *Eusebio lib.* 1. *cap.* 9. quòd adhuc Pilatus nondum iuisset in Iudæam: sed tantummodo Tiberii anno 12. vt ibidem notamus. Romani Numidas compescunt, & Gallos rebellantes. *Tacitus lib.* 3. hoc eodem anno Tiberii septimo, exiit edictum quod vocatum est Tiberianum, ne damnati ad mortem occiderentur ante diem decimum. *Dio lib.* 57. *& Sueton. in vita Tiberii. cap.* 75. Alterum vero edictum, tribuens his damnatis dilationem 30 dierum, fuit Theodosii, *ex Sosom. lib.* 7. *cap.* 24. quod Sidonius malè adscripsit Tiberio *lib.* 1. *Epist.* 8. *in fine.* Hunc quartum Tiberii consulatum cum septimo Imperii anno coniungit Eusebius *lib.* 1. *c.* 10. *hist.* | *Tiberius 4. & Drusus.*

24 | 8 Tiber. | Tacfarinas Rex Numidiæ, iam tertio Africam turbans, vincitur à Romanis. *Tacitus lib.* 3. Iunia soror Bruti, vxor Cassii hoc anno moritur. Neptis fuit Catonis Vticensis. *Tacitus lib* 3. vide hic an. 27. | *Sulpitius Galba, & Materius Agrippa.*

25 | 9 Tiber. | Drusus de quo ad annum 17, his consulibus veneno periit dolo Seiani. *Tacit. lib.* 4. *& Dio.* Hos consules cum nono Tiberii anno, & V. C. 775 anno coniunxit qui nunc viuebat Plinius, *lib.* 33. *c.* 2. qui est Olympiadis 200, annus tertius. | *Asinius Pollio, & Antistius.*

26 | 10 Tiber. | Tiberius celebrat Decennalia. *Dio.* nunc ferè, Philippus Itureæ Tetrarcha Cæsaream, dictam Philippi ædificat: & Bethsaidam facit vocari Iuliadem. *Euseb.* vt attigit anno Christi 16. rem narrat Iosep. *lib.* 18. *antiq. c.* 3. | *Cornelius Cethegus & Vitellius Varro.*

27 | 11 Tiber. | *Tacitus lib.* 4. videtur hos Consules reiicere in annum 70, à morte Bruti & Cassii: nempe post sex annos. *vide tom.* 1. *ad annum* 3962. | *Cossus Corn & Asinus Agrippa.*

28 | 12 | Traces rebellant, sed breui iterum domiti à Pompeio Sabino. *Tacit. lib.* 4. in Iudæa Valerio Grato succedit Pilatus. *Euseb.* Sanè *Iosephus*, qui notat venisse 12 anno Tiberii, ait decem annis ibidem permansisse *antiq. lib.* 18. *c.* 3. *& de bello lib.* 2. *c.* 8 de cuius procuratoris corruptis moribus, & superba crudelitate, *vide Philonem de lega. ad Caium.* hic vexat Iudæos illatis in vrbem auratis clypeis. *Philo ibidem.* | *Lentulus Getulicus, & Caluisius Sabinus.*

29 | 13 Tiber. | Circa hunc annum vel sequentem, putatur Herodes Antipas rapuisse Herodiadem vxorē fratris sui Philippi, repudiata filia Aretæ regis Arabū. *ita Iosephus*, qui etiam *lib.* 18. *cap.* 7. *&* 9. testatur Herodiadem fuisse Agrippæ sororem. de quibus actum est anno 8. Herodiadem fuisse vxorem Philippi, *ait Marcus cap.* 6. raptam vero fuisse viuente adhuc Philippo, est certè (licet dubitet Augustinus) probabilius, *ex Hieronymo Math.* 15. Item *ex Iosepho. lib.* 18. *cap.* 6. Philippus obiit anno Tiberii 20. Ioannes autem in carcere fuit, primo anno prædicationis Christi, quam exorsus est anno Tiberii 15. Et licet defuncti fratris vxorem duxisset Herodes, adhuc habebat quod argueret Ioannes *Marci* 6. quia *ex Lenitici* 18. & 20, non licebat fratris etiam defuncti vxorem accipere: nisi fortè (quòd permittitur *Deuter.* 25) sine liberis decessisset. Philippus autem filiam reliquerat. *Vide Barradium tom.* 2. *lib* 4. *cap.* 8. Romæ totus Cœlius mons conflagrauit, & apud Fidenas collapsum amphitheatrum oppressit 50 millia hominum, *ex Tacit. lib.* 4. | *Licinius Crassus & Calfurnius Piso.*

30 | 14 Tiber. | Natrat *Tacitus lib.* 4. Romanum exercitum hoc anno profligatum in Frisia, quem ducebat L. Apronius, rebellante illa gente ob Romanorū auaritiam. hic potius est annus raptæ Herodiadis. | *Iunius Silanus et Silius Nerua.*

31 | 15 Tiber. | Aretas ob repudiatam filiam ab Herode Antipa, amnis Galilæā inuasit, & ingentem ibi edidit stragem. hanc Iudæi cladem interpretati sunt Dei vindictam, ob decollatum Ioannem Baptistam, *ex Ioseph.* sed sic oporteret hanc Aretæ expeditionem reiicere in annum sequentē. Scribit Cedrenus se inuenisse hunc consulatum concurrere, cum anno 1 Olymp. 202. & | *Rubellius & Fusius Gemini Ambo.*

proindè pasio Christi continget eiusdem Olymp. an. 4. quod nos supra probatum reliquimus. hunc eundem annum Luc. c. 4. acceptabilem, & Esaias c. 61 placabilem vocant: nimirum Christi baptismo, prædicatione & miraculis percelebrem, vt habet quæ sequitur synopsis. Huic baptismi anno respondet annus vrbis 781, & Iulianus 74. quod satis euincunt quæ supra in apparatu capite 3. & 12 sunt notata. A

RES HVIVS ANNI A CHRISTO gestæ, seruato rerum gestarum ordine.

Baptizatus Christus.

HIVS prædicationis & anni primordia hæc fuerunt, annos 15 Tiberii Ioannes Chtisti aduentum prædicat, paratque viam, pœnitentiæ prædicatione, & baptismi administratione. *Math. c. 3. vers. 1. Luc. c. 3. vers. 1. Ioan. cap. 1. vers. 8. 6. 7. 15.* Iesus exacto ætatis anno 30, inter alios offert se Ioanni baptizandum. *Math. c. 3. vers. 13. Mar. 1. vers. 9. Lucæ 3. vers. 21. 23.* baptizatus mox in desertum secedit, vbi 40 diebus vacat ieiunio, & exercetur tentationibus. *Math. cap. 4. vers. 1. Marci cap. 1. vers. 12. Lucæ 4. vers. 1.* Interim Iudæorum legatio ad Ioannem destinatur: negat se esse Christum, præconem se fatetur. *Lucæ 3. vers. 15. Ioan. cap. 1. vers. 19.* postridie illius legationis (exactis 40 diebus) IESVS redit è deserto ad Ioannem. monstratur Ioannis digito, & declaratur agnus Dei promissus. *Ioan. 1. vers. 29.* die insequente, idem repetit testimonium Ioannes, & IESVM subsequuntur duo ex Ioannis discipulis, vnus erat Andreas *Ioan. 1. ver. 35.* Andreas adducit postridie Simonem fratrem ad IESVM *Ioan. 1. vers. 41.* proximo die ingrediens IESVS iter in Galilæam, vocat Philippum, *Ioannis primo, vers. 43.* Philippus breui attrahit Nathanaelem legisperitum, *Ioan primo. vers. 45.* quem inter Apostolos ascitum (quòd esset legis doctor) negat Augustinus *tractatu 17. in Ioan.* licet *Iansenius* putet fuisse Bartholomeum. B

Ioannes.

Ioannis testimonium.

Andreas, & alij.

C

in Cana.

IESVS die 3 ex quo discessit è Iudæa interfuit nuptiis in Cana Galilææ, cum discipulis illis: & primum edidit miraculum, *Ioan cap. 2. vers. 1.* Vide quæ dicta sunt in apparatu cap. 3. Postea discessit Capharnaum cum suis, *Ioan. cap. 2. vers. 12.* Capharnao venit Hierosolymam ad Pascha *Ioan. 2. v. 13.*

Pascha

Hoc primum Pascha est post baptismum, eiecit è templo negotiatores, *Ioann. cap. 2. vers. 14.* & multa faciebat signa, *inquit Ioan. cap. 2. ver. 23.* & *c. 4. vers. 45.* Tunc Nicodemus noctu venit ad Christum, & docetur mysteria fidei, *Ioan cap. 3. vers. primo.* indè Christus in campestrem Iudææ regionem profectus concionatur ipse quidem, & per discipulos baptizabat. *Ioan. cap. 3. vers. 22. & cap. 4. vers. 2.* Eodem adhuc tempore Ioannes baptizat. Vnde zelant eius discipuli *Ioan. cap. 3. vers. 25.* sed Ioannes iterùm confitetur Christum. tunc baptizati sunt Apostoli: Petrus quidem à Christo; à Petro Andreas & Ioannes, ab his alii, *inquit Euodius apud Niceph. lib. 2. cap. 2.* Vide August. Epist. 108, contra eos qui negant baptisma Apostolorum. accidit ergo baptismus antequam vocarentur, saltem omnes ad Apostolatum: de quorum electione anno sequenti. D

Nicodemus.

Baptismus Apostolo.

Carcer Ioannis

Breui posthæc Ioannes mittitur in carcerem ab Herode *Math. cap. 14. vers. 3. Mar. cap. 6. vers. 17. Lucæ cap. 3. vers. 19.* hoc cum audisset IESVS, è Iudæa proficiscitur in Galilæam. *Math. cap. 4. vers. 21. Marci cap. primo vers. 14. Ioannis cap. 4. vers. primo. & 3.*

Samaritana.

Putatur autem Christus hoc anno mansisse in Iudæa vsque ad Nouẽbrẽ. Nam inde transiens per Samariam, pronuntiat esse quatuor menses ad messẽ. *Ioan. 4. v. 35.* In hoc itinere docet Samaritanã, & populũ per biduũ

Ioan. cap. 4. verſ. 4. & 5. Veniens in Galilæam honorificè excipitur, ob ſigna Hieroſolymis patrata. *Ioannis cap. 4. verſ. 45.* rediens in Canam Galilææ ſanat filium Reguli febricitantem Capharnaum, vbi & habitationem delegit, *Math. ei cap. 4.* verſ. 13. Poſtea obiuit totam Galilæam, prædicans inquit Euangeliſta & ſanans omnem langorem. *Math. cap. 4. verſ. 17. & 23. Marci cap. primo, verſ. 15*

E

Vocatio Apoſt.

Ac primùm (fortè exeunte Decembri menſe) ad mare docet turbam, edit miraculum captorum piſcium. vocatque Symonem, Andream, Iacobum, & Ioannem, qui piſcabantur, vt eſſent piſcatores hominum. *Math. 4. verſ. 18. Marci cap. primo, verſ. 16. Lucæ cap. primo, verſ. 1.* Sabbato ingreſſus Synogogam Capharnaum, eiicit ſpiritum immundum. *Marci cap. 21. Lucæ cap 4. verſ. 33.* Egreſſus ſynagogam, venit in domum Petri, cuius ſocrum ſanat *Math. cap 8. verſ. 14. Marci cap. primo, verſ. 29. Lucæ cap. 4. verſ. 38.* Veſperi ad ianuam ſanat infirmos, & dæmoniacos. *Mathæi cap. 8. verſ. 16 Marci cap. primo verſ. 32. Luc. cap. 4. verſ. 4.* Poſtridie manè petit deſertum ad orandum: Vnde profectus, incipit peragrare Galilæam prædicans & ſanans, *ex Marco cap. 1. verſ. 35. Luc. cap. 4. verſ. 42.* oppreſſus à multitudine parat traiicere, *Math. 8. verſ. 18.* qui ſe Chriſto comitem offerebat reiicitur, *ibidem v. 19.* excitatus tempeſtatem ſedat, *verſ. 24. Marci cap. 4. verſ. 27. Lucæ c. 8. v. 23.* Venit nauigio in regionem Geraſſenorum ex oppoſito Galilææ; obuios ſanat duos dæmoniacos. dæmones ingrediuntur porcos. *Math. c. 8. verſ. 28. & 32. Marci cap. 5. verſ. 1. Lucæ cap. 8. v. 26.* rediens nauigio in Galilæam, venit Capharnaum, & curat Paralyticum demiſſum per tectũ.

Matthæus.

G

Math. cap. 9. verſ. 1. & 2. Marci cap. 2. verſ. 1. Luc. cap. 5. verſ. 18. Indè exiens ad mare, Mathæum è Telonio vocat. *c. 9 v. 9. Marci cap. 2. v. 14. Luc. cap. 15. v. 27.* Vocatus à Iairo principe Synagogæ ſanat in itinere Hæmorrhoiſſam, *Math. 9. v. 20.* & in domo Iairi filiam eius reſuſcitat. *Math. 9. v. 25. Marci c. 5. v. 22. Luc. c. 8. v. 41.* hinc egreſſus curat duos cæcos & dæmoniacum mutum. *Math. c. 9.* verſ. 27. & 32. Fama Chriſti hoc anno diuulgata eſt per Syriam. *ex Math. c. 6. verſ. 25.* hinc illa ad Chriſtum Epiſtola Abagari Regis Edeſſæ ciuitatis in Syria, *de qua Euſeb. lib. 1. cap. 13.* quam tamen putat Baronius non hoc anno ſcriptam. Hæc à Chriſto acta vſque ad ſecundum Paſcha.

32 | 16 Tiber. | Vinucius Quartinus & Longinus.

Nunc floret Philo natione Iudæus, Alexandriæ natus, & alter Plato habitus ſuo tempore. Velleius Paterculus produxit hiſtoriam vſque ad hunc Tiberii annum ſub quo vixit Quæſtor, & ad hunc conſulatum Vinucii quem notat ſub initium prioris libelli, incidiſſe in annũ vrbis conditæ 782. quod non abeſt à noſtra annorum ratione. occiſus putatur Velleius cum Seiano publicus Seiani fautor & laudator, de *quo ad annum 33.* Iulius Africanus *apud Euſebium lib. 8. cap. 2. demonſtrat. Euang.* componit hunc Tiberii annum 16 cum anno 2 Olym. 202. eundemque Olympiadis annum nos in apparatu cap. 12 compoſuimus cum Chriſti anno 32 & vrbis 782. vide infra annum Chriſti 223. Scribit Plutarchus *lib. de exilio*, Tiberium hos reliquos ſeptem Imperii ſui annos ſubſequentes, ignauiter conſumpſiſſe in illo ſuo Capreẽſi ſeceſſu. καὶ ὃ τῆς οἰκουμένης ἦν ἐμοὶ νικὸν ἱερὸν, ὥσπερ εἰς καρδίαν συνηγμένον, ὑδαμῶ τοσοῦτον χρόνον μετέστη & illud (inquit) Imperiale totius orbis Sacellum, quaſi in cor aliquod coarctatum, tandiu alio nuſquàm migrauit.

RES HVIVS ANNI A CHRISTO gestæ, seruato rerum gestarum ordine.

Paſcha. 2

INCHOAMVS res huius ſecundi anni à Chriſto geſtas à ſecundo paſchate, *de quo* Ioannis 5. *verſ.* 12. quando veniens è Galilæa Hieroſolymam, ſanauit Paralyticum ad probaticam piſcinam. *Vide Irenæum lib.2.cap.*20. Hoc feſtum, de quo citatus Ioannes, eſſe paſcha; latè probat *Baronius* contra putantes eſſe Pentecoſten. Chriſtus Phariſæos, inteſtos diſcipulis ſpicas ſabbato vellentibus refellit. *Mathæi cap.* 12. *verſ.* 2. *Marci* 2. *verſ.* 23. *Lucæ ſexto. verſ.* 1. hoc ſabbatum cur à Luca vocetur δευτεροπρωτον latè expendit *Scaliger lib.*6. *de emendatione, cap. de intervallo à Baptiſmo ad quartum Paſcha*; quod tunc inquit eſſet ἑβδομας δευτεροπρωτος à Paſchate, non autem δευτεροδευτερος, vel δευτερόπρωτος. Eoſdem Phariſeos iterum refellit Chriſtus poſt ſanatam in Sabbato manum aridam. *Mathæi* 21. *verſ.* 9. *Marci* 3. *verſ.* 1. *Luc* 6. *verſ.* 6. Declinans ab Herodianis (hi Herodem Meſſiam dicebant) ad mare docet turbam è nauicula, & multos ſanat.

Δευτερόπρωτον.

Apoſtoli electi.

Math. 12. *verſ.* 15. *Marci* 3. *verſ.* 7. Relictis turbis aſcendit in montem, pernoctat in oratione, & manè accerſitis diſcipulis eligit duodecim Apoſtolos. *Marci* 3. *verſ.* 13. *Lucæ* 6. *verſ.* 12. Deſcẽdens de monte habet ad eos, & ad turbam ſermonem illum celebrem, *Math.* 5. *verſ.* 1. *Lucæ* 6. *verſ.* 17. & accedens ad agrum oppidi Capharnaum, mundat leproſum. *Math.* 8. *verſ.* 1. *Marci* 1. *verſ.* 40. *Luc* 5. *verſ.* 12. Ingreſſus oppidum curat à Paralyſi Centurionis ſeruum. *Math* 8. *verſ.* 5. *Lucæ* 7 *verſ.* 1. deindè ad oppidum Naim, viduæ filium reſuſcitat. *Lucæ* 7. *verſ.* 11. his auditis Ioannes mittit è carcere diſcipulos ſuos ad IESVM, vt ab illo inſtituerentur. *Math.* 11. *verſ.* 2. *Lucæ* 18. qui poſt eorum regreſſum Ioannem laudat; alios illius ætatis taxat, ob reiectam pœnitentiam. *Matth. cap.* 11. *Lucæ cap.* 7. *verſ.* 24. Prandens apud Simonem Phariſæum, peccatricis peccata remittit. *Lucæ cap.* 7. *verſ.* 37. receptior opinio eſt hanc eſſe Magdalenam. *lege Baronium.* IESVS Capharnaum curat dæmoniacum cæcum & mutum, *Mathæi cap.* 12. *verſ.* 22. *Lucæ c.* 11. *verſ.* 14. horum miraculorum calumniatores refellit. *Matthæi cap.* 12. *verſ.* 24. *Marci cap.* 3. *verſ.* 22. *Lucæ cap.* 11. *verſ.* 15. Interim adſunt eius cognati è Nazareth, vt eum cõprehendant, & cuſtodiant tanquã furioſũ. *Marc. cap.* 3. *verſ.* 21. & 31. Reſpondet, *Ecce* inquit, *mater mea, & fratres mei*, (illis ſcilicet præferens audientes Verbum Dei, & cuſtodientes illud.) *Math.* 13. *verſ.* 46. *Marci* 3. *verſ.* 31. *Lucæ cap.* 8. *verſ.* 19. Egreſſus ad mare docet turbam, parabolis allatis de Semine, Zizanijs, Synapi, Fermento, Theſauro, Margarita, & Sagena. *Math.* 13. *verſ.* 1. *Marci* 4. *verſ.* 1. *Lucæ.* 8. *verſ.* 4. Inde veniens in patriam Nazareth, concionatur in Synagoga: ſed ciuitate eiicitur. *Matthæi cap.* 13. *verſ.* 54. *Marci cap.* 6. *verſ.* 1. *Lucæ cap.* 4. *verſ.* 6. peragrat vicinos vicos docendo. *Marci c.* 6. *v.* 6. Pergit Galilææ loca peragrare cum 12 Apoſtolis, & mulieribus (quas ſanauerat) miniſtrantibus vitæ neceſſaria. *Luc. c.* 8. *v.* 1.

Peccatrix.

Apoſtolorum miſſio.

Apoſtolos duodecim, mittit binos ad prædicandum. *Math. c.* 10, *Marci cap.* 6. *verſ.* 7. *Lucæ c.* 9. *v.* 1. miſſi prædicant, dæmonia eiiciunt, vngunt oleo, & ſanant. *Marci* 6. *v.* 12. *Lucæ* 9. *v.* 6. interim pergit IESVS Galilææam peragrare. *Mathæi* 11. *v.* 1. his auditis, Herodes ſuſpicatur Ioannem reſuſcitatum. *Mathæi c.* 14. *verſ.* 1. *Marci cap.* 6. *v.* 14. *Luc. c.* 9. *verſ.* 7. Ioannes enim occiſus videtur circa hoc tempus *Math. c.* 14. *v.* 6. *Marci cap.* 6. *verſ.* 21. niſi velis in tempus vaſtatæ Galilææ hoc reiicere, *de quo anno* 31. *litera A*: aut certè expeditionem Aretæ tantùm nunc contigiſſe. Ioannem Baptiſtam, vitæ Monaſticæ principem vocant, *Hierony. epiſt.* 22. *ad Euſtochium. & Chryſ. Hom.* 1. *in Marcum. & Hom. de Ioanne Baptiſta.* IESVS cum reuerſis Apoſtolis ſecedit trans mare Galilææ in deſertum Bethſaide, & paſcit quinque millia virorum quinque panibus, & duobus piſcibus. *Math.* 14. *v.* 13. *Marci* 6. *v.* 30. *Lucæ.* 9. *v.* 10. *Ioan.* 6. *v.* 1. Iubet diſcipulos inde transfretare, ipſe maturus fugit in montem. *Math.* 14. *v.* 2, *Marci* 6. *v.* 45. *Ioann.* 6. *v.* 15. Videnſè monte

Ioannis mors.

discipulos nocte laborantes ob tempestatem venit quarta vigilia ad eos, ambulans super mare: & idem miraculi genus Petro concedit, sedatque tempestatem. *Math.* 14. *vers.* 25. *Marc.* 6. *vers.* 48. *Ioan.* 6. *vers.* 18. descendens è naui in terram Genezareth, ægros sanat fimbriæ tactu. *Math.* 14. *vers.* 34. *Marci* 6. *vers.* 53. indé ingressus Synagogam Capharnaum, inuenit quos refecerat in deserto, docetque prolixè se esse panem vitæ, & carnem suam esse cibum. *Ioan.* 6. *vers.* 14. *& deinceps.* E

33. | 17. Tiberij. Tiberius quintum, & Sejanus.

Rectè contra Eusebium, in hunc annum incidisse probat Baronius Seiani casum, Tiberio quintùm Consule. quo memorabili exemplo declaratur humanarum rerum inconstantia. *ex Dione lib.* 58. *& Tacit. lib* 5. in eundem annum consentit *Scal. ad Eusebium.* Addit *Dio* fuisse Tiberij consuetudinẽ, vt quos habuit in Consulatu socios, eosdem posteâ mulctaret morte. nec aliud habent hi anni memorabile inter Romanos, præter continuatam in viros principes Tiberij crudelitatem.

RES HVIVS ANNI A CHRISTO gestæ, seruato rerum gestarum ordine. B

Pasch. 3.

REctè hoc anno ponitur tertiũ Pascha: ad quod Festũ non ascendit Christus Hierosolymam, quia quærebant Iudæi eum interficere. *Ioan* 7. 1. cùm ergo in Galilæa ageret, Scribæ, qui Hierosolyma ad eum venerant, disputant cum eo de seniorum traditionibus *Math.* 15. *vers.* 1. *Marc.* 7. *v.* 1. Venit è Galilæa in partes Tyri & Sydonis, vbi filiam Cananææ liberat à dæmonio. *Mat.* 15. *vers.* 21. Reuersus ad mare Galilææ, sanat debiles, & quendam mutum ac surdum. *Math.* 15. *vers.* 29. *Marci* 7. *vers.* 32. tunc etiam saturat 4000 virorum 7 panibus & paucis piscículis. Supersunt septem sportæ. *Math.* 15. *vers.* 32. *Marci* 8. *v.* 1. Mox traiicit mare, veniẽs in partes Magedan & Dalmanatha. *Math.* 15. 39. *Marc.* 8. 10. ibi rogatus à Pharisæis signum de cœlo reiicit eos, & rursus transfretat, monens discipulos cauere à fermento Pharisæorum. *Math.* 6. *v.* 1. & . *Marci* 8. *v.* 11-13-15. & veniens Bethsaidam, visum cæco restituit extra vicum educto. *Marci* 8. 22. C

Promissio Petro.

Illinc pergens ad partes Cæsareæ Philippi, tentata fide Petri, promittit super eum, vt Petram, ædificaturum se Ecclesiam. *Math.* 16. *v.* 13. *Marc.* 8. 27. *Lucæ* 9. *18.* nec est humile hoc fundamentum. manet enim Christus basis. 1. *Corinth.* 3. statim mortem & passionem suam prædicit Hierosolymis subeundam. abhorrentem Petrum redarguit, docens cuique ferendam esse crucem, qui vult esse saluus. *Math.* 16. *ver.* 12. *Marc.* 8. 31. *Lucæ* 9. 22. die 8 à Petri confessione transfigurat se in monte, discipulis dans specimen gloriæ à cruce expectandæ. *Mat.* 17. 1. *Luc.* 9. 28. postridie post descensum é monte ad turbas, curat lunaticum, eiecto dæmonio, quod discipuli non potuerãt eiicere. *Math.* 17. 14. *Marci* 9. 13. *Lucæ* 9 37.

Transfiguratio.

Didrachmum.

Inde iter faciens per Galilæam, iterum passionem & resurrectionem prædicit. *Math.* 17. 22. *Marci* 9. 29. *Lucæ* 9. 22. ingressus Capharnaum, iubet solui exactoribus didrachmum, pro se vnum, pro Petro alterum: (tantus enim erat inuenti stateris seu sicli valor) ne vlli esset scandalo. *Math.* 17. *vers.* 24. & 27 ibidem, & domi reprimit discipulorum ambitionem, qui in itinere contendebant de primatu *Math.* 18. 1. *Marci.* 9. 23. *Lucæ* 9. 46. docet cauẽda scandala, corripiendum peccantem fratrem, condonanda in nos peccata. *Math.* 18. 6. *Marc.* 9. 41. *Luc.* 17. 1. D

Instante Festo Scenopegiorum, seu Tabernaculorum, cognatis ambitiosé vrgẽtibus, vt iret in Iudæam ad diem Festum, non obtemperat. Post tamen eorum discessum, eò iuit quasi in occulto. *Ioann.* 7. 2. (de hoc Festo, in memoriam deserti, & sublatæ seruitutis instituto ad diem 15 mensis septimi, *vide Leuit. cap.* 23. *vers.* 34. *Deut.* 16. *Exodi* 23.) in itinere noluit vlcisci negatum à Samaritanis hospitium, quod tamen volebant discipuli, quin po-

tius Samaritanum le prosum obuiã sibi curauit, & laudauit. *Luc.* 9. 51. *& c.* 17. *vers.* 11. Ex Samaria venit in fines Iudææ. *Math.* 19. 1. *Marc.* 10. 1. Vnde veniens Hierusalem ad dies festos, docet in templo mediante festo (hoc est, cùm medium festi esset) *Ioan.* 7. 14. Vespera nouissimi diei festi exiuit in montem Oliueti *Ioan.* 8. 1. Postridie reuersus in templum, dimittit liberam adulteram. *Ibidem vers.* 2. tunc quis esset ostendit, & cum vellent Iudæi eum lapidare, exiuit de templo. *Ioan.* 8. *à. vers.* 12. *ad finem capitis.* & præteriens sanat á natiuitate cæcum luto, idque die Sabbati. *Ioan.* 9. *vers.* 1. Postea differens de mercenario, se bonum ostendit Pastorem *Ioan.* 10. 1.

Relinquens Hierusalem, peragrat ciuitates & vicos Iudææ. præmissis 72 discipulis, & binis. *Luc.* 10 1. reuersos septuaginta duos discipulos, docet submisse de se sentire, actis Deo Patri gratijs. *Luc.* 10, *vers.* 17. *Math.* 11. 25. Scribam tentatorem superbum, docet ex Parabola Samaritani, quis sit proximus, quem diligere debeat. *Luc.* 10. *v.* 25. hospitio exceptus in Bethania præfert orium Mariæ sanctum, Marthæ ministerio solicito. *Luc.* 10. 38. surgens ab oratione, rogatus docet discipulos orandi formulam: P A TER NOSRER &c. (qualem in sermone in monte docuit discipulos, & turbam anno prædicationis secundo) *Luc.* 11. docet in oratione perseuerandum. *Luc.* 11. 5. *& c.* 1. 18. Vocatus ad prandium aliquando à quodam Pharisæo, inuehitur libere in vitia Pharisæorum, *Luc.* 11. 37. Sumens occasionem ab eo qui volebat cum fratre hæreditatem diuidere, dehortatur ab auaritia, & temporalium cura. *Luc.* 12. *v.* 13. accepto nuntio de occisis à Pilato Galilæis, inuitat homines ad pœnitentiam. *Luc.* 13. 1. Erigit Sabbato mulierem contractam ab annis iam octodecim, & Archisynagogum reprimit obmurmurantem *Luc.* 13. 10.

Maria. Mag. otium, & contemplatio.

E

Perambulans Iudææ loca, pergensque Hierosolymam, & rogatus, an pauci sint saluandi monet per angustam portam esse ingrediendum. *Luc.* 13. 22. eodem die monitus, vt caueret ab Herode, respondit sibi esse moriendum Hierosolymis. *Luc. cap.* 13. 31. inuitatus ad prandium à Principe Pharisæorum die Sabbati, contactu curat hydropicum, ostendens id licere. *Luc.* 14. *vers.* 12. docet in itinere turbas, qualis debeat ipsius esse discipulus. *Luc.* 14. *v.* 25. *&* 26. hortatur ad eleemosynam, exemplo Villici iniqui, & Epulonis diuitis. *Luc.* 16. Murmurantes Pharisæos & Scribas, quòd reciperet peccatores, refellit similitudine de oue, drachma, & filio perditis. *Luc.* 15. Reuersus Hierosolymam hyeme ad Encænia, disputat cum Iudæis in porticu Salomonis. *Ioan. cap.* 10. *v.* 22. Sed dum non proficit, subducens se, abit trans Iordanem in fines Iudææ, vbi Ioannes solebat baptizare. *Ioan. c.* 10. 40. vbi docet & sanat. *Ioannis c.* 10. *v.* 41. *Math. c.* 19. *v.* 2. *Marc. c.* 10. *v.* 1. disputat ibidem cum Scribis de diuortio, præsertim post celebratum matrimonium. *Math.* 19 3. *Marci* 10. *v.* 2. paruulos non vult à se repelli, sed eos benedicit. *Math.* 19. *vers.* 13. *Marc* 10. *v.* 13. *Luc.* 18. *v.* 16. adolescens dives paupertatis mentione absterretur à sequendo Christum. *Math. c.* 19. *vers.* 16. *Marc.* 10. *v.* 17. *Luc.* 18. *v.* 18. hac occasione explicat impedimentum salutis ex diuitiis. *Mat.* 19. *v.* 23. *Marci* 10. *v.* 23. *Luc. c.* 18. *v.* 24. minimos apud mundum maximi fieri apud Deum, docet ex parabola conductorum ad vineam, omnibus diei horis. *Math. c.* 20.

F

Diuortium.

In finibus Iudææ accipit nuntium de Lazari infirmitate. *Ioan. c.* 11. *v.* 1. veniens Bethaniam reuocat Lazarum ad vitam, *c.* 11. *v.* 17. Multis inde conuersis, Pontifices concludunt de Iesu interficiendo. *Ioan.* 11. *v.* 46. redit ergo inde in fines Iudææ iuxta desertum. *Ioannis c.* 11. *v.* 54. post aliquot dies instante Pascha veniens Hierosolymam, iterum suos monet de Passione. *Math. c.* 20. *v.* 17. *Marci c.* 10. *v.* 17. *cap.* 3. *Luc.* 18. *v.* 31. & tamen filii Zebedæi (sibi persuadentes, quòd ad regnandum iret Hierosolymam) primas in regno petunt. *Math. cap.* 20. *vers.* 21. *Marci* 10. *vers.* 35. In itinere, in ciuitate Iericho excipitur hospitio à Zachæo. *Luc.* 19. *v.* 1. ille hinc digrediens duos cæcos curat in itinere. *Math.* 20 *v.* 29. *Marci* 10. *v.* 46. *Luc.* 18. *v.* 35.

sex dies ante Pascha

Tandem appulit Bethaniam ante sex dies Paschæ: id est, die Parasceues, seu Veneris, ante Pascha. *Ioan.* 12. *vers.* 1. Ibidem postridie, id est, die Sabbati, cœnat in domo Simonis Leprosi, præsẽtibus Lazaro, & sororibus:

quando Maria vnguentum effudit in caput & pedes. *Math. 25. verſ. 6. Marci 14. verſ. 3. Ioannis cap. 12. verſ. 2.* Indignans Iudas, caſtigatur cum aliis. *Mathæi 26. verſ. 8. Marc. 14. verſ. 4. Ioannis cap. 12. verſ. 4.* Poſtridie, id eſt, die noſtro Dominico, venit Bethphage ad montem Oliueti, & illinc Hieroſolymam, vbi excipitur ſtrata ramis arborum via. *Mathæi. cap. 21. verſ. 1. Marci 11. verſ. 1. Luc 19. verſ. 29. Ioan. 12. verſ. 12.* Proximus Hieroſolymis fleuit, prædicens excidium. *Luc. 19. verſ. 41.* purgat templum negotiantium ſedibus, & multos ſanat. *Math. 21. verſ. 12. Marc. 11. verſ. 15. Luc. 19. verſ. 45.* indignantibus Iudæorum Principibus, glorificatur voce populi. *Math. 21. verſ. 15. Luc. 19. verſ. 39. Ioann. 12. verſ. 13.* Veſperi it in Bethaniam. Poſtridie, hoc eſt, die Lunæ, manè rediens maledicit ficui infructuoſæ, docétque in templo. iterum veſperi redit Bethaniam. *Math. cap. 21. v. 17. Marci 11. v. 11.*

Die Martis, manè rediens in vrbem, ex occaſione ficus arefactæ, quam aſpiciebant diſcipuli, multa docet de fide & oratione. *Math. cap. 21. verſ. 20. Mar. 11. verſ. 20.* mox in templo, Principes Sacerdotum interrogantes, qua poteſtate hæc faceret, refellit, & excidendos prædicit. *Matthæi 21. verſ. 23. Marci 11 verſ. 27. Lu. 20. verſ. 1.* Illi timentes populum, continent ſe: tamẽ eum aggrediuntur quæſtionibus captioſis, de Cenſu, Reſurrectione, & maximo Mandato. *Mathæi cap. 22. verſ. 15. Marci cap. 12. verſ. 13. Lucæ cap. 20. verſ. 20.* illis ſolutis, proponitur quæſtio de duplici natura Chriſti, & ſic illis os obturatur. *Mathæi cap. 22. verſ. 41. Marc. 12. verſ. 35. Luc. cap. 20. verſ. 41.* inuehitur in eorum hypocriſin, & vitia. *Math. cap. 23. verſ. 1. Marci cap. 12. verſ. 38. Luc. cap. 20. verſ. 42.* ſedens deindè iuxta Gazophylacium, præfert munus pauperculæ Viduę. *Mathæi ca. 12. verſ. 41. Luc. cap. 21. verſ. 1.* Egreſſus templo prædicit ruinam. *Mathæi cap. 24. verſ. 1. Marci cap. 13 verſ. 1. Luc. cap. 21. verſ. 5.* Ille hinc digreſſus, ſedens in monte Oliueti ex aduerſo templi, & interrogatus de aduentu ſuo, dat varia ſigna conſummationis, & templi, & ſæculi. *Mathæi cap. 24. verſ. 3. Marci. cap. 15. v. 3. Luc. cap. 21. verſ. 7.* pronuntiat tamen diem aduentus incertum eſſe: propterea vigilandum. idque explicat exemplo decem virginum, & ſerui pigri. *Mathæi cap. 24. verſ. 36. Marci cap. 13. verſ. 32. Luc. cap. 21. verſ. 34.* tandem deſcribit extremi Iudicii formam. *Mathæi cap. 25. verſ. 31.* I

Ita differens vſque ad mediam noctem: id eſt, ad initium diei Mercurii; ſubdit ſe crucifigendum poſt biduũ, ſcilicet ipſo die Paſchæ. *Mathæi cap. 26. verſ. 1.* & die Mercurii manè, Iudas in concilio Sacerdotum paciſcitur de proditione Domini. *Mathæi 26. verſ. 14. Mar. cap. 14. verſ. 1. & 10. Luc. c. 22. v. 1.* die Iouis ante meridiem Chriſtus mittit duos diſcipulos ad parandum Paſcha, in domo illis ignota. *Math. 26. verſ. 17. Mar. 14. verſ. 12. Luc. 22; verſ. 7.*

Conſules huius anni ponuntur varii: nam pro Vitellio, quem ponit Onuphrius, Scribonianum locant *Tacitus & Dio.* Alii Aruntium, *ex Suetonio.* de Tiberio ſæuiente nunc in ordinem Senatorum, *lege Tacitum lib. 5.*

Ahenobarbus & Vitellius. A

34 | 18 *Tiberij.*

DE REBVS CHRISTI A quartò Paſchate ad Pentecoſten.

Paſcha. 4.

VÆ per hos quinquaginta dies à Chriſto geſta, *narrãtur ab Euangeliſtis, & initio lib. Act.* ſunt feré hæc, quæ ſequũtur. Iesvs inſtante hoc quarto Paſchate, Hieroſolymis, ſub noctem, die Iouis, comedit cum diſcipulis Paſchalẽ agnum. *Math. 26. verſ. 20. Mar. 14. verſ. 17. Luc. 22. verſ. 14. Ioan. 13. verſ. 2.* Poſt eſum agni & cœnam vulgarem, lauit pedes Apoſtolorũ. *Ioan. 13. v. 4.* Mox ſuccedit ſecũda cœna, in qua inſtituit Euchariſtiã: & Apoſtolos (quibus præcepit hoc ſacramẽtũ in ſui memoriã) fecit ſacerdotes, vt Apoſtoli, Patres, & Traditio teſtãtur. Itaq; Chriſtus illis tribuit corp⁹ & sãguinẽ ſub ſpecieb⁹ panis & vini, iubẽs, *inquit Lucas,* id perpe- B

Cœna & Euchariſtia.

Apoſtoli ſacerdotes.

34 | 18 Tiberii.

tuò fieri. *Math.* 26. *verſ.* 26. *Marc.* 14. *verſ.* 22. *Luc.* 22. *verſ.* 19. Poſt aperit ſe prodendum ea nocte ab vno eorum, *ex citatis Euangeliſtis, & Ioa.* 13. *verſ.* 21. Iudas poſt bucellam egreditur ad proditionem. *Ioan.* 13. *verſ.* 26. ſequitur tentatio diſcipulorum de primatu. *Luc.* 22. *verſ.* 24. Commendat illis IESVS humilitatem & dilectionem; promittens honorem vitæ æternæ. *Luc.* 22. *verſ.* 29. *Ioann.* 13. *verſ.* 14. Inculcat mortem, & Petro prophetat negationem trinam. *Luc.* 22. *verſ.* 31. *Ioan.* 13. *verſ.* 36. Mox habet ſermonem conſolatorium prolixè, poſtea pergit in montem Olueti.

DE PASSIONE CHRISTI.

SCribunt citati Euangeliſtæ, quæ de Chriſti comprehenſione & paſſione, ſubſecuta ſunt. de Anna, qui princeps erat Concilii Synedrin, & cuius erat de Propheta iudicare. item de Caipha Pontifice, Pilato, Herode, Iudæorum que conſiliis. An tunc Anna Pontifex eſſet cum Caipha, ſeu vicibus alternis, vt colligunt aliqui *Ex Ioan.* 18. *verſ.* 19. quæſtio eſt ſatis dubia. *Vide Nicep. in Chron.* cæterùm quæ tempore Paſſionis geſta ſunt ſic ſe habent. Poſt hymnum dictum, exierunt in Olueti montem. *Mathæi* 26. *& Marci* 14. *Lucæ capite* 22. *Ioannis* 18. Chriſtus in horto mœſtus. *Math.* 26. *Marci capite* 14. orat in horto. *Mathæi* 26. *Marci* 14. *Lucæ* 22. redit ad dormientes diſcipulos. *Mathæi* 26. *Marci* 14. redit ad eoſdem poſt tertiam orationem. *Ibidem*, & *Lucæ* 22. *Ioannis* 18. proſternuntur à Chriſto hoſtes. *Ioannis* 18. Chriſti comprehenſio, & Malchi percuſsio. *Mathæi* 29. *Marci* 14. *Lucæ* 22. *Ioannis* 18. res geſtæ apud Annam, *Ioannis* 18. reſpònſio Chriſti & alapa. *Ibidem*. geſta apud Caipham, *Mathæi* 26. *Marci* 14. *Lucæ* 22. Petri negationes, *Mathæi* 26. *Marci* 14. *Lucæ* 22. *Ioannis* 18. Concilium Iudæorum, *Mathæi* 26. *Marci* 15. *Lucæ* 22. ager figuli emptus, *Mathæi* 27. accuſatur apud Pilatum Chriſtus, & mittitur ad Herodem, *Mathæi* 27. *Marci* 15. *Lucæ* 22. *Ioannis* 18. res geſtæ in domo Herodis, *Lucæ* 23. nuntius ab vxore Pilati, & Barrabas liberatus, *Mathæi* 27. *Marci* 15. *Lucæ* 23. *Ioannis* 18. Chriſti flagella, *Mathæi* 27. *Marci* 15. *Ioannis* 19. Dominus ſpinis coronatus oſtenditur populo, *ibidem*. Pilatus iterùm populo Chriſtum oſtendit, *Ioan.* 19. Iudæis tradit crucifigendum, *Math.* 27. *Marci* 15. *Lucæ* 23. *Ioannis* 19. ducitur in montem Caluariæ, veſtium diuiſio, & crucis titulus, *Ibidem*. verba Chriſti in cruce prolata, *ibidem*. eclipſis ſolis, *Math.* 27. *Marci* 15. *Luc.* 23. alia prodigia in morte Domini *Mat.* 27. *Marci* 15. *Luc.* 23. latus apertum, *Ioan.* 19. ſepultura. *Mat.* 27. *Marci* 15. *Lucæ* 23. *Ioannis* 19. cuſtodia ſepulchri, *Math.* 27. Sepulto Domino veſperi ante initium Sabbati, ſeu altera die, quæ eſt poſt Paraſceuem, Iudæorum Principes ſepulchro adhibuerunt militum cuſtodiam, *citato ca.* 27. *verſ.* 12. veſperi finito Sabbato mulieres parant aromata. Summo diluculo diei ſequentis (quem Iudæi primam Sabbathi, nos Dominicum diem vocamus) eunt ad ſepulchrum, vt corpus vngant. *Mat. capite* 28. *verſ.* 1. *Marci cap.* 16. *verſ.* 1. *Lucæ ca.* 24. *verſ.* 1. *Ioannis cap.* 20. *verſ.* 1. in iis erat Magdalena. diſcunt reſurrexiſſe Chriſtum, *Math.* 28. *verſ.* 5. cuſtodes ſepulchri pecunia corrupti. *Matth.* 27.

Apparitiones.

Apparitiones Chriſti variæ ſubſecutæ ſunt. Prima Diuæ Magdalenæ facta, *Marci c.* 19. *verſ* 9 *Ioa. c.* 20. *verſ.* 11. Secunda aliis mulieribus ſociis, *Mathæi cap.* 28. *verſ.* 9. Tertia Petro, *Lucæ* 24. *verſ.* 34. Quarta euntibus Emauntem, *Lucæ* 24. *verſ.* 13. *Marci* 16. *verſ.* 12. Quinta diſcipulis, abſente Thoma, quando data poteſtas eſt remittendi peccata. *Ioan. c.* 20. *verſ.* 22. hanc poteſtatem promiſerat Chriſtus, *Mathæi c.* 18. *verſ.* 18. Sexta facta eſt iiſdem diſcipulis, iam præſente Thoma. *Ioan. c.* 20. *verſ.* 24. Septima piſcantibus ad mare Tiberiadis diſcipulis. *Ioan. c.* 21. *verſ.* 1. iuerant enim in Galilæam, vti iuſsit Chriſtus, *Mathæi* 28. *verſ.* 10. Datus in ea apparitione eſt primatus Petro *Ioa.* 21. *verſ.* 16. *&* 17. extat *apud Mathæum cap.* 28. *verſ.* 16. apparitio in mõ-

Remiſsio peccatorum.

Primatus.

C

D

34 | 18 Tiberii

te Galilææ (Thabor montem aliqui interpretantur) facta quidem vndecim discipulis, vt habet Euangelista. Sed (quod probabile est) multis insuper aliis: fuitque celebris hæc apparitio, in qua & forma Baptismi tradita, & Trinitatis mysterium perspicuè enuntiatum. hæc meritò à plerisque putatur illa apparitio, de qua 1 *Cor.* 15. cùm dicitur apparuisse Christus plusquàm quingentis fratribus. *lege Iustinianum nostrum in eum locum: & Barradium, to. 4. lib. 9. cap. 6. sub initium.* Cæterùm ex *Marco* certum est, eam esse vltimam apparitionem, & quæ describitur *Marci* 16. *vers.* 14. *vsque ad finem capitis. Lucæ* 24. *vers.* 50. *Actorum* 1. *vers.* 3. quando die quadragesimo illis spectantibus ascendit in cœlum, duasque singulares dotes reliquit Ecclesiæ, donum nempe miraculorum, *Marci* 16. *vers.* 19. & Scripturarum intelligentiam *Lucæ* 24. *vers.* 45.

Dotes Ecclesiæ.

Sed hic iam ante Pentecosten & post Ascensionem locanda est Mathiæ in Iudę proditoris locum subrogatio ad Apostolatum, Petro authore, per sortes, *Actorum* 2. *vers.* 15. quando adhuc erant in Cœnaculo Apostoli. Sors erat fortassis datis in vrnam tesseris. illud saltem constat, non fuisse hanc sortem vetitam seu diuinatoriam, aut consultoriam, qua quis ex fortuna euentum expectat: sed qua, cùm vrget necessitas rebus incertis, præmissaque oratione, expectatur reuerenter à Deo oraculum, ipso Deo ad hoc inspirante. *lege August. Epist. 99. c. 20. & Epist.* 180.

DE PENTECOSTE.

TRia erant Iudæorum Festa, quibus tenebantur se Domino sistere: *ex Leuit. Deuter. & Exod.* & à templo condito ascendebant Hierosolymam. sunt autem hæc Festa, Phase, Pentecoste, & inchoante hyeme, τὰ σκηνοπήγια seu Tabernaculorum Festum, quod fiebat in memoriam deserti seu sublatæ seruitutis. Et quidem in illa veteri lege numerandi erant dies Pentecostes (*vt habetur Leuit.* 23. *& Exod.* 16.) ab altero die Paschæ, quo offerebatur manipulus, data metendi facultate. *lege Iosephum Antiq. lib.* 3. *c.* 10. Cæterùm, *vt notaui cap.* 4, anno illo passionis, proximus Paschati dies erat Sabbatum, prohibitum autem erat speciali lege *Exod.* 34. metere die Sabbati, ac proindè tunc in diem nostrum Dominicum incidit metendi exordium, de quo die Dominico agunt *Aug. Serm.* 154 *de Tempore, & Leo Epist* 8. *c.* 1. *ad Dioscorum.* Mosaica ergo lege Pentecostes seu quinquaginta dierum initium, est Feria secunda Paschatis, seu δευτέρα τῶν ἀζύμων, à qua numeratur πεντηκοστή. Ab illo itaque die secundo per Sabbatum non impedito, seù à 16 Nisan, incipiebat Lex septem septimanas numerare vsque ad Pentecosten. alio nomine hebdomadarum Festum vocabant Græci πεντηκοστήν. Sed iam, & mutatum Sabbatum est in diem Dominicum, & Christiani omnes, Latini, ac Græci, interuallo, à Dominica Resurrectionis ad diem Pentecostes, has numerant hebdomadas, celebrantque sic aduentum Spiritus sancti. Cæterùm licet multorum sit illa. & sanè probabilior sententia, principium Pentecostes tempore Passionis, ob occurrens vt dixi Sabbatum, fuisse eum diem, qui nobis est Dominicus: tamen sunt etiam, qui 7 illas plenas hebdomadas eo anno incœptas interpretantur planè ordinario modo, & iuxta Legem: nempe quæ iuberet incipere à secundo die Azymorum, sed excluſiuè, vt illi exponunt. Etenim sic complebuntur 49 dies in Sabbato: & sequens dies erit Dominicus: quoniam Passionis tempore secundus dies Azymorum fuit Sabbatum. Sed de huius Festi anno, & die consignandis, hæc pro instituto sufficiunt: quando per dispertitas linguas seu sectili forma apparentes (in Græco est διαμεριζόμεναι γλῶτται) Spiritus sanctus apparens, afflauit discipulos, & cœperunt illi variis linguis loqui. an autem sic essent variæ, vt loqui possent

E

34 | 18 Tiberii.

ipsi distinctis linguis: aut certè vnius linguæ voces formando, à diuersarum linguarum hominibus intelligerentur, quæstio est adhuc sub iudice. Licet plures propendeant in plurium linguarum cognitionem Apostolis datam.

Petri Principatus.

IN hunc annum Christi incidit Petri Principatus, cui annos 36 inchoatos saltem rectè dedere historici, Horum annorum hæc ratio est. Quinque numerantur à passione ad sedem Antiochenam, quam constituit Petrus anno Christi 39. Indè verò putari solent 7 anni vsque ad Christi annum 45, qui est Claudii tertius, & Apostolicæ Romanæ sedis initium. Incidit demùm Petri Martyrium in annum Neronis vltimum (vti in apparatu c. 17 satis est demõstratum) quando excurrebat annus 36 Principatus Petri: à mensibus iam tribus exactis, & diebus fortè aliquot; si numerus ineatur à passione.

DE REBVS RELIQVIS HOC anno gestis per Apostolos.

OMpletis, *vt ait Lucas*, diebus Pentecostes, & accepto Spiritu sancto, *Act. 2.* Petrus I concione, ebrietatis calumniam purgans, differit de Christo; & tria hominum millia ad Christiana sacra conuertit, qui Baptizantur in nomine Christi, *Act. 5. 14.* interim perseuerant discipuli in doctrina Apostolorum, & fractione panis, seu Eucharistia, vt habet Syrus, *Act. 2. vers. 42.* atque ita fractionem panis interpretatur Eucharistiam *D. Paul. 1. ad Cor. 10. vers. 16.* consentientibus antiquis Patribus. habebant credentes omnia communia. *Act. 2. vers. 44.* Vnde eruunt Monasticæ vitæ fundamenta. *Basilius Reg. 19. ex fus. August. Epist. 109, & Hieron. Epist. 8.* De sanato claudo à D. Petro, ad horam orationis nonam, stupentibus Iudæis; & de eiusdem Petri secunda concione, *habes Actorum cap. 3. vers. 1. & 12.* augentur credentes ad 5000. Petrus & Ioan. in carcerem coniiciuntur, sed liberantur. *Act. 4. vers. 3. & 21.* dum fideles omnia in commune conferunt *(Actorum c. 4. vers. 32.)* Ananias & Saphyra puniuntur, *cap. 5. vers. 9.* Petri vmbra sanat infirmos. *Act. c. 5. vers. 15.* Apostoli incarcerantur. *versiculo 17.* liberantur miraculosè, *vers. 19.* Eorum mortem prohibet Gamaliel, *vers. 34.* differens de Theoda, & Iuda, *de quo supra ad annum Christi primum.* Exoritur Græcorum credentium contra Hebræos contentio & murmur, de ministerio, *vt narrat Lucas Act. c. 6.* Nempe post persecutionem succedunt hæreses & schismata, vt vel sic etiam crescat Ecclesia. Erat hoc ministerium circa mensarum seruitutem, vel, *vt ait Chrysost.* circa Eleemosynarum distributionem, atque hinc Diaconorum collegiũ, & electio, *vers. 3.* nec tamẽ in hoc solo cõstitit Diaconatus, sed est sacer Ordo, *vt præter alios, testis est Ignatius Epist. 5. & ex eodem Luca constat vers. 6.* scilicet per manuum impositionem Diaconis adhibitam, quâ sine dubio datur gratia, *ex prima ad Timot. vers. 14. & Act. cap. 8. vers. 17.* Post hæc, Stephanus certat, *Act. c. 6.* & concionatur prolixè, *ca. 7.* hæc Stephani concio habita in Concilio, & pererudita, habet aliqua obscuriora de Abrahæ profectione, & ratione temporis, *quæ explicata satis dedimus Tom. 1. cap. 5. nu. 8. & capite 6 initio.* tandem Stephanus fit Protomartyr, *Act. 7.* curatur eius funus. *ca. 8. vers. 2.* Saulus custos vestium, ab Ecumenio, patruelis S. Stephani perhibetur. Lapidatus est extra portam Aquilonarem. Passus est septimo mense ab Ascensione Christi, 26 Decemb. *Ex August. Fulgentio, & Nysseno de inuentione Stephani, & Rom. Martyrol.* Hoc etiam anno 34 Christi Iacobus minor à Petro ordinatur Episcopus Hierosolymorum, *ita*

Eucharistiæ.

Communia bona, & religiosi instituti fundamenta.

Schismata.

Diaconatus.

Stephanus.

Iacobi Episcopatus.

Anni Christi 34 | Anni Imp 18 Tiberii

Chryſoſt. Homil. 87. in Ioan. idque die 27 Decembris, *ex Beda in Martyrol.* hãc eandem ordinationem *ex Clemente docet Euſebius lib. 2. Hiſt. cap. 1. lege Epiſt. Anacleti ad Epiſcopos Italiæ Tom 1 Conciliorum*, vbi de ordinatione Epiſcopi à tribus Epiſcopis facienda, exemplo hoc Petri differitur. Cæterùm omiſſum fuit hoc à Luca, vt multa alia, *teſte Hierony. in cap. 2. Epiſt. ad Galatas.*

DE FESTIS DIEBVS NVNC per Apoſtolos inſtitutis.

MEntiuntur Centuriatores, *Cent. 2. c. 6. Col. 119.* aſſerentes nullam feſtorum dierum tempore Apoſtolorum, & vix etiam primis Eccleſiæ ſæculis extare mentionem. Nam de inſtituto Paſchatis die feſto ab Apoſtolis, fidem faciunt *Clem. lib. 8. Conſtit. Apoſt. cap. 33. & Can. Apoſt. 68. & Auguſt. Epiſt. 118. ad Ianuar.* imò de Octaua Paſchatis *Clem. lib. 5. conſtit. Apoſt. c. 18.* quo etiam loco, *& lib. 8. c. 33*, dat feſtum aſcenſionis, vna cum Auguſtino Epiſt. iam citata. Ex apoſtolicis porrò conſtitutionibus prodiiſſe ſolemnitatem Pentecoſtes habemus *ex Auguſtino eadem Epiſt. Clemente lib. 5. conſtit. Apoſt. c. 18. vide Tertul. lib. de Coro. mil. c. 3. & Iuſtinum lib. qq. à gentibus poſitarum. q. 115.* poſteriora tempora plena ſunt teſtibus huius veritatis.

35 | 19. Tiberii

In hunc annum poſt Reſurrectionem, incidit Epiſtola à Pilato miſſa ad Tiberium de Chriſti miraculis, rebuſque ab eo geſtis. quam rem teſtantur *Tertul. in Apol. cap. 5 & 21. Oroſius lib. 7. cap. 4. Greg. Turonenſis lib. 1. Hiſt. cap. 24 & alii.* an tamen illa ipſa ſit Epiſtola non mutata, quam refert *Egeſippus in ſua Anacephaleoſi de morte Chriſti*, meritò dubitauit grauis ſcriptor *Cardinalis Baronius.* tunc Chriſtianum nomen diſplicuiſſe Senatui, & placuiſſe Tiberio, narrat *idem Tertull.* addens comminatum Cæſarem periculum, accuſatoribus Chriſtianorum. Certè hoc eodem anno ita graſſatum Tiberium in Senatorium ordinem, vt vix ſuppeterent Senatores, teſtantur *Tacitus lib. 5. & Dio lib. 58.* Lapidato Stephano, oritur perſecutio Eccleſiæ. *Act. 8. verſ. 1.*

Galba, & Cornelius Sylla. A

Miſſio Petri.

Diſperſi ſunt diſcipuli (præter Apoſtolos) per regiones Iudææ & Samariæ. *Act. 8. verſ. 1.* & per Phœniciam, Cyprum, & Antiochiam. *Act. cap. 11. verſ. 19.* creſcente nimirum per huiuſmodi perſecutiones Eccleſia. Philippus Diaconus concionatur in Samaria, magnis editis miraculis. Vbi inter alios baptizatur Simon Magus. *Act. c. 8. verſ. 5. 7. 9. & 13.* ideò mittuntur eò Petrus & Ioan. hoc eſt, rogati ſunt, velut primarii, *ibidem verſ. 14.* nec tamen ideo Petrus cæteris minor eſt: ſicut nec Filius eſt minor Patre, quia miſſus, vt putauit Arrius, ſed venit ex communi & concordi voluntate, cum connotatione originis, *vt loquuntur Scolaſtici.* In hac ad Samaritanos miſſione, dabatur Spiritus Sanctus per manuum impoſitionem. *Actorum c. 8. verſ 17.* quo loco Confirmationis Sacramentum agnoſcunt Catholici interpretes, poſt *Cyprianum Epiſtola 73 ad Iubaianum*, *Hieronymus libro contra Luciferian. & tandem Concilia Florentinum & Tridentinum.*

Confirmationis Sacramentum.

Naſcitur Prima Hæreſis Simoniacorum de emptione Spiritualium. *Act. c. 8. verſ. 18. & 20.* à Simone Mago nomen accipiens: quòd primus in lege Euangelica id attentauerit. alioquin ante eum Gieſi etiam venditor fuit. hic verò & emptor & venditor eſſe voluit. damnatur hæreſis hæc à Petro, vt à capite. *Actorum 8. verſ. 20.* Hæreſis in hoc videtur fuiſſe, quòd exiſtimaret Simon gratiam diuinam prætio æſtimabilem.

Hereſis prima.

B

Philippus Diaconus.

Redeunte Petro Hieroſolymam, remanſit Philippus Diaconus, qui Angeli monitu Eunuchum inſtruxit, & baptizauit: *Act. c. 8. verſ. 26.* hunc fuiſſe Proſelytum ferè receptum eſt. Ille ſuis Euangelium poſtea egregiè annuntiauit. *Irenæus lib. 3. c. 12. Dorotheus in Synopſi* Martyrem facit. Cæterùm é

rum è Samaria versus Gazam, quò dirigebatur Philippus, iter rectà est ad meridianum. Erat Gaza (cum Azoto) vna è cẽlebrioribus Palæstinorum vrbibus, in via è Iudæa in Ægyptum, & Æthiopiam Eunuchi Patriam, & Candacis regnum, quam tempore Tiberii regnasse *scribit Strab. l.17.* Philippus hic non Apostolus, sed Diaconus erat. qua in re à multis erratum est, qui & hos duos confundunt, & quatuor Philippi Diaconi filias Apostolo adscribunt. *lege Lorinum nostrum Act. 9. vers. 40.* Hoc eodem anno facta dispersione, putantur Magdalena & socii iuisse Massiliam, & Ananias Damascum. *Consule Baronium* hunc Ananiam, qui Paulum postea baptizabit, *Oecum. in Act. & Dorotheus in synopsi*, scribunt fuisse vnum è 70 discipulis: imò & Damasci Episcopum *addit Dorotheus: vide Martyrol. Rom. 26. Ian.*

Magdalena, & Ananias.

DE PRIMIS ECCLESIÆ CONCILIIS.

QVamuis non desint qui primum Ecclesiæ Christianæ cõcilium dent. illud quod habuerunt Apostoli anno Christi 51, vti ibidẽ recenseo: priores tamen Apostolorũ cõuentus, aliqui concilia dixerunt. Ex his, primum putatur illud de quo *Actor. c. 1.* vbi præsentibus Apostolis & 120 discipulis, statim post Ascensionem Hierosolymis decernitur de Mathia eligendo Apostolo. Alterum refertur *ex Act. c. 6.* Hierosolymis similiter habitum (inter Christi ascensum in cœlos & Pauli conuersionem) de electione septem Diaconorum, in quibus erat Stephanus. vtriusque concilii meminit *Baronius anno 34. nu. 237. & 283.* Sed in his conciliis de personis tantum actum videtur; non vero de rebus fidei definiendis. *vide similia ad an. 548.* Tertiùm dicitur illud habitum (vt recensui anno Christi 51) Hierosolymis, ad decernendum essetne Christianis necessaria circumcisio, & legalium obseruatio conuersis ad fidem gentilibus. De qua re D. Lucas *Act. c. 15. & Gal. 2.* Hæc aduersus Cerinthum est agitata quæstio, qui Petro restitit, & circumcisionem cum Baptismo, ac Iudaismum cum lege Christiana miscebat. *ex Epiph. Her. 28.* Quartum denique refertur ex *Act. c. 21*, habitum anno Christi 58. de quæstione an saltem ad tempus expediret permittere vsum legalium, vt sic cum honore sepeliretur synagoga. *de qua re Baron. an. 58. nu. 118.*

Cæterùm si omnes Apostolorum conuentus ad definiendum aliquid habiti, debent vocari concilia; sanè plura quàm quatuor reperientur. Nam anno 44 Christi, conuenerunt antequam discederent in prouincias ad Symbolum edendum, vti ad eum annum obseruo. An vero etiã tunc editi sint canones Apostolorum, vt putauit Genebrardus; an potius in concilio illo tertio, *ex Act. c. 15*, variæ sunt sententiæ. hoc posterius scripsit Onuphr. initio Catalogi ad Platinam. *vide Turrianum lib. 1. pro Canon. Apost. c. 25. in fine.* De constitutionibus porrò Apostolorum tunc editis, quas octo libris complexus est Clemens Romanus, *vide Genebrar. in Petro.* Profert denique citatus Turrianus canones concilii Antiocheni habiti ab Apostolis, quod Innocentius 1. *Epist. 18. ad Alexandrum*, vocat celeberrimum.

36. 20 Tiberii.

His Consulibus apparuit in Ægypto phœnix auis, *vt Scribit Tacitus l. 6. Annal.* licet *Solin. c. 36.* referat ad Plautii & Papirii Consulatum, quo eodem Consulatu exhibitam Romæ in comitiis (alii in theatro) notat *ex Cornelio Valeriano Genebrardus*, hanc auẽ describẽs. Hoc anno Tiberii 20, *vt testatur Iosephus l. 18 Antiquitatum*, obiit Philipp. Iturææ & Trachonitidis Tetrarcha, sine liberis, aut certè filiam tantùm habuit. ex quo eius Tetrachia adiuncta est Syriæ, *apud Lucam Actorum 9.* sequitur historia de conuersione Pauli vel Sauli. de quo in primis nomine, magna est Scriptorũ dissẽsio, an in Baptismo mutato nomine dictus sit Paulus,

Paulus Fabius & Vitellius.

Pauli & baptismus & nomen.

quod significat Ambrosius Sermone 31 *editionis Rō.* an verò ante Baptismum, vtrumque illi nomen esset: Sed Saulus voce Patria & apud Hebræos, Paulus apud Romanos, & Græcos, aliqua fortè vocis corrupta prolatione, *vt probabiliter suspicatur Toletus c.* 1. *Epist. ad Rom.* colligens non duo, sed vnum idemque esse nomen. Cæterùm Saulus pergens Damascum, (vrbs hæc caput est illius Syriæ, in latere montis Libani sita) diuinitus conuertitur, & ab Anania baptizatur. *Act. cap.* 9. *vers.* 2 & 18. Die 25 Ianuar. *ex Martyrol. Rom. Baronius ad hunc annum* putat fuisse tunc annorum 35. & illud *vt a vir. Act.* 7 *vers.* 58. audacem exponit. Sed de Pauli ætate *Lorinus* prolixè *ad caput illud septimum.*

37 | 21 Tiberii. — Nascitur hoc anno Persius Flaccus, insignis Poeta Satyricus, *ex Eusebio.* Artabanus Parthorum Rex inuasit Armeniam, imò & Cappadociam. Sed dum Artabanus Armeniam tuetur contra Mitridatem, & infeliciter pugnat, Tiridates missus à Tiberio, Artabani regnum occupat. *Tacitus lib.* 5. *Dio. l.* 58. Vitellius superioris anni Consul, & nunc Syriæ Proconsul, honorificè exceptus à Iudæis, illis fauet impensè hoc anno. Et permisit stolam Pontificiam seruari in templo, quæ ab aliquot annis in Antonia turri seruabatur, quam olim Hircanus primus extruxerat iuxta templum. *Iosephus l.* 19 *Antiq. c.* 6. Idem Vitellius iam tandem Caipham Pontificatu amouit. *Ioseph. ibidem.* breui Caipham mortē sibi intulisse, notat *Clemens Romanus constit. Apost. lib.* 8. *ca.* 1. Paulus post conuersionem, proficiscitur hoc anno in Arabiam, & iterùm reuertitur Damascum, nec nisi post triennium à conuersione venit Hierosolymam: *vt ipse ait ad Galatas cap.* 1. *vers.* 17. Malè ergo aliqui scribunt statim post conuersionem iuisse Hierosolymam: sicut nec hoc anno contigerunt illæ Iudæorum insidiæ, *de quibus Actorum cap.* 9. *vers.* 23. Profectionem in Arabiam omisit Lucas, vt rem minoris momenti. — *Cestius Gallus, & Seruilius Rufus.*

38 | 22 Tiberii. — Nascitur hoc anno Domitius Nero, successor Claudii. *Sueton.* viuebat nunc Appion Grammaticus Alexandrinus, Iudæis infensissimus, in quem scripsit Iosephus; & quem Tiberius cymbalum mundi vocitabat, homo erat, *inquit Plinius,* sui æstimator supra omnem modestiam. Cappadoces aliqui rebellant, sed mox eos cohibuit Vitellius. *Tacitus.* Artabanus regnum Parthorum recuperat, pulso Tiridate. Agrippa filius Aristobuli, nepos Herodis senioris, Romæ vinculis mancipatur, quod Caio Imperium esset precatus, & mortem Tiberio. *Ioseph. lib.* 18 *Antiq. c.* 8. Agrippa enim hæserat Romæ in officiis, prius quidem Drusi dum viuebat, & nunc Caii. *Ex Ioseph. citato.* Pilatus accusatur apud Vitellium, Syriæ Proconsulem, crudelitatis & patratæ cædis in Samaritanos. Quare illi amoto, missoque Romam, substituitur Marcellus. Sed antequam Romam veniret, Tiberius obiuit. *Ioseph. lib.* 18. *cap.* 5. — *Plautius, & Papinius seu Papirius.*

39 | 1 Caii. — Obiit Tiberius, ætatis anno 78, die 16 Martii, Regni anno 22. M. 7. minus 4 diebus. Succedit, fauore præsertim militum, Caius, ex patre Germanico, neglecto Tiberii testamento, qui alium designauerat. *Tacit. Dio, & Suetoni. c.* 73. Eodem anno Caius Consul renuntiatur. Sed quia suffectus, ideo hic primus eius Cōsulatus nō ponitur in Fastis. Caius Agrippam soluit è vinculis, & regem constituit, data illi Tetrarchia Philippi (de quo ad annū 36) & altera Lysaniæ. *Ioseph. Antiq. lib.* 18. *cap.* 7 & 8. Paulus hoc 3 à conuersione sua anno venit Damasco Hierosolymā. *ad Galatas c.* 1. *vers.* 18. idque ad Petrū, velut ad maiorem & seniorem, *inquit Chrysost. ibidem.* Damasco euasit per fenestram. 2. *Corinth. capite* 12 *in fine*, ob insidias in eum, quas narrat *Lucas Act. cap.* 9. *vers.* 23. accidisse post dies multos: hoc est triennio à conuersione. Sed en Hierosolymis secundam in Paulum machinationem mortis, *Actorum* 9. *vers.* 29. quare post quindecim exactos ibi dies, à fratribus Cæsaream Philippi deducitur, & Tarsum dimittitur. *Act.* 9. *vers.* 30. Petrus, reddita pace Ecclesiæ, visitat passim Ecclesias. *Act.* 9. *vers.* 31. & Antiochenam Ecclesiam fundat, quam tenuit cathedram ad annum vsque septimum. *Eusebi. in Chronico.* quod (vt pleraque alia ex *Hieronymo supra anno* 34) omisit *Lucas.* Erat Antiochia — *Proculus, & Pontius Nigrinus, Ordinarii.*

triumphauit. *Tacit. lib. 12. Zonaras, Dio lib. 60. & Polyd. Verg. initio lib. 12.* Druidæ in Gallia *(de quorum doctrina & Iustitia Cæsar, Mela, & Strabo lib. 4.)* olim humanas hostias litabant. Sed hic ritus ab Imperatoribus Augusto, Tiberio, & nunc etiam à Claudio sensim sublatus est. Iacobus Apostolus filius Zebedæi, Ioan. frater, inter Apostolos protomartyr, occiditur circa tempus Paschale ab Agrippa Herode Rege, *act. 12. vers.* 1. quòd ille prædicauerit in Hispania traditio est. Translatio corporis in Hispaniam multorum scriptis est confirmata, *lege Marianam, Vasæum, Moralem, & alios.* idem habent literæ Leonis 3, & Calisti 2. accessit in confirmationem celebritas peregrinationis ab anno Christi præsertim 1120. Petrus coniectus ab eodem Agrippa in carcerem, miraculo liberatur, *Act.* 12. Apostoli ob Agrippæ persecutionem mox dispergendi in Prouincias, nunc putantut Symbolum composuisse, velut vnitatis & fidei Tesseram. *Leo Epist. 15. & Ruff. in Præfatione Expositionis Symboli.* Petrus interim visitat Ecclesias. *de cuius peregrinatione lege Metaphrastem die 29 Iul. tom. 3 Surii.* Cæterùm idem Petrus hoc anno Romam venit. Est ea communis omnium sententia, *post Euseb. in Chro. & Hieron. de Scriptoribus Ecclesiasticis.* qui notant etiam hunc ipsum annum. nec rei huius veritatem negare potuit *Scaliger ad annum Euseb.* 2058. Fames ingens hoc vel sequenti anno Orbem vexat: prædicta ab Agabo Propheta anno præcedente. *Act. 11. vers. 28.* quem *Dorotheus in Synopsi* putat vnum è septuaginta discipulis. *Dio lib. 60*, famem hanc refert ad annum Vrbis 795. circa 3 nempe Claudii Consulatum. *Euseb. in Chronologia, & Orosius lib. 7. cap. 6.* indicant 4 annum Claudii. Alii 2. nos hic ad inchoantem Claudii annum tertium, sedem ei damus probabilem. De hac fame plura *Iosephus li. 20. & Scal. ad annum Euseb.* 2060. hoc tempore collecta Antiochiæ facta est pro Christianis Palestinæ. *Act. 11. 29.* fuitque hæc prima collecta, vnde consuetudo postea Romæ indicendi Collectas. *Leo. Serm. 2. & alibi.* De his solicitus est Paulus, *primæ Corinth. 16.* Regrediuntur Hierosolymis Antiochiam Paulus & Barnabas, cum Ioanne, qui cognominatus est Marcus, *Act. 12. vers. 25.* de hoc Marco *vide infra anno 45. & 46.* hoc eodem anno contigit raptus Pauli, de quo ipse *secundæ ad Corinth. 12.* quam scripsit anno Christi 58. ait enim raptum fe ante quatuordecim annos.

B

C

Apostolorum Prouincia & Martyrium.

SOrtiti prouincias sunt suas, præter eos quos iam recensui, Apostoli etiam reliqui. & quamuis quo potissimum anno plerique eorum fuerint Martyrio coronati incertũ sit; sicut etiam inter res præclarè ab illis gestas, notat Baronius *in Martyrol. & ad an.* 44, aliqua referri Apocripha: tamen quæ certiora sunt, aut etiam omninò certa, collegit post alios noster Rabadinera, in libro piè & eruditè edito de vitis Sanctorum. Hic pauca quæ pro instituti ratione subiicio sufficient.

Thomas Apostolus post varias peragratas prouincias, *quas in martyrologio 21 Decemb. idem recenset Baronius*: cùm in Indias peruenisset, lanceis confixus Calaminæ martyrium consummauit.

Philippus peragrata Scythia, tandem Hierapoli in Phrygia cruci suffixus obruitur lapidibus. *Martyrol. 1 Maii, & citati authores.* In Galliis quoque fuisse aliqui scripserunt.

Bartholomæus post publicatum Indis Euangelium, reuersus in maiorem Armeniam, viuus à barbaris decoriatus capite plectitur. *Martyrol.*

24 Aug. *Baron. ibid. & Hieron. Catal. in Bartolomæo.* De eius corpore vide infra anno 1000.

De Andrea Apostolo vide an. Christi 69. De Barnaba vide *an.* 41. 51. & 485. *Martyrol. Rom.* 11 *Iunii & authores alios citatos.*

Iudas Apostolus, dictus etiam Thadæus frater Iacobi minoris scripsit Epistolam, de qua ad an. 68. post enunciatum in Macedonia Euangelium venit in Persidem. ibi Simoni Apostolo occurrit; & ambo post mira edita, & disseminatam Christi fidem, martyrii gloriam adepti sunt. *Martyrol.* 28 *Octob. Baron. ibid.*

Mathias Apostolus vt Martyrologia referunt, martyrio etiam coronatus est *Baron.* 24 *Feb. Rabadin. & idem Baron. an.* 44. *nu.* 41.

Mathæus scripsit Euangelium primus, anno Christi 41, vt ibi noto. *Iren. lib* 3. c. 1. *Athana. in Synopsi. & Euseb. hist. lib.* 6. c. 19. Hic Hirtaci regis iussu, dum missam celebraret, occubuit pro fide. *Martyrol.* 21. *Sep. Baron. Rabadin.*

De reliquis Apostolis Iacobo Minore, Ioanne Euangelista, Petro & Paulo, prolixiorem damus narrationem. quam vide suis locis, & annis quos dat index.

APOSTOLICÆ SEDIS
Romanæ initium.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Consules
45.	1 Petri.	3 Claudii	Claud. 3. & Vitellius 2.

PEtrus Romanam instituit Ecclesiam, & Sedē Pontificiam ibidem erigit decimo octauo Ianuarii. *Euseb in Chro. Hieron. in Catal. & præter Romanum Martyrol. Patrum de hac re conciones fidem ampliss imam faciunt.* Cathedra lignea adhuc Romæ est in honore, nobilitata miraculis. Sic ergo Sedem ibi firmat, Christi, non quidem successor (non enim habet successorem, cum æternum maneat eius Sacerdotium) sed vicarius Petrus. atque ita, nemine dempto, sensit tota antiquitas. Meritò porrò Romæ, vnde Ecclesia, vel sic, appareret magis Catholica seu vniuersalis: nempe indè aliquando imperans, vbi esset Vrbs illa Orbi communis, & Orbis Epitome, *vt loquitur Dio*: ac vt ibi sedem præcipuam haberet Euangelium (secundum hoc, generale, & vltimum remedium contra Idololatriam & peccata) vbi Idololatriæ & Sathanæ sedes primaria, dominatum obtinebat. Petrus nunc quoque Euodium, Antiochenum Episcopum plenè fecit. *Euseb. in chro. & Nicephor.* Scribit præterea hoc anno primam suam Epistolam. Nam mentionem facit Marci adhuc secum commorantis, *de quo anno sequenti.* & scripta putatur Romæ, *vt indicat caput* 5. Vbi per Babylonem omnes Romam intelligunt. Idem Marcus, vnus certè ex septuaginta duobus discipulis, Petri socius & interpres, scribit Euangelium Romæ, quod Petrus probans, tradit Ecclesiis, *Euseb. lib* 2. *hist. c.* 14. Ex *Papia* Græcè scriptum, putat *Hieron.* Epist. 123 alii Latinè. Romæ scriptum, *ait Athanasius in Synopsi*: & secundùm quòd acceperat Marcus à Petro, *ait Euseb. lib.* 3. *cap. vlt.* Nunc tantùm obiisse aliqui putant Titum Liuium Historicum. florebant eodem tempore Domitius Afer, & Messala Oratores, Lucanus, Palæmon Grammaticus, & Seneca Poeta Tragicus & Philosophus, institutor Neronis.

A

B

Orientis metropolis,& metiebantur adhuc Ecclesiarum sedes iuxta ptę-rogatiuas prouinciarum. Syria autem erat Orientis prima præfectura. Vnde sedes Alexandrina postea instituta cœpit præferri:quia erat in præ-fectura Augustali.*Vide Hieron.Epist.*61. Solet aliquando Euodius vocari primus Antiochenus Episcopus: sed hoc intellige post Petrum. Inepta est Vignerii coniectura ad annum Christi 39, fundatam hanc sedem à Barnaba & Paulo,quód eó primi venissent.Rei huius veritatem testan-tur qui sequuntur , *Eusebii in Chronico.* Accedunt *Damas.in Pontificali. Greg.l.6.Epist.*17.*& alii.* Errauit sanè *Onuphrius*,qui non nisi post Roma-nam sedem putauit fundatam Antiochenam.

40 2 Caii. Hos Consules Baronius ex Dione transponit in sequentem annum. tamen ad hunc Caii annum secundum eos referunt per multi.*lege Fron-tinum l.2.& quæ dixi Tom.*1.*in præfat. ad Fastos Coss.* Soemus , Arabum rex constituitur à Caio;& Cotys Darii filius, Rex minoris Armeniæ, ac demùm Polemon Rex *Ponti*, *Dio l.*59. Germaniæ populi post audi-tam Tiberii mortem inuadunt Pannoniam,Mœsiam,& Galliam.Petro-nius,in Iudæa succedit Marcello sub Vitellio. Iosep.lib.18.ant. c.11 ait Syriæ quoq; prefecturadonatúloco Virellii,dequo an.42.Hoceodẽ anno Agrippa rex Roma discedens mirè illuditur in Ægypto. vbi crescente tumultu, Iudæi clade ingenti afficiuntur,Flacco Præside Alexandrino. quẽ postea Caius alia ex causa castigauit.*Philo in Flaccum.* Herodes An-tipas Tetrarcha(qui Christum contempsit,& Ioannem Baptistam occi-dit) & Herodias vxor,spe maiorũ eunt ad Caiũ. Sed accusati per literas Agrippæ de proditione Imperii,detractâ illis Tetrarchiâ,relegãtur Lug-dunũ Galliæ exilio perpetuo.*Iosephus l.*18 *Antiq.c.*8. Eius Tetrarchiã re-gno Agrippæ adiecit Caius,non tamen, vt aliqui purârunt, Iudæã quæ iãdiu antea erat sub Syria, *vt supra ad annum* 16. Petrus iam ferè biennio visitans Ecclesias,venit Lyddã in littore maris Palæstinæ sitam.Vbi Æ-neã sanat à Paralysi.Græcus textus Αἰνέαν habet.Αἰνείας Virgilianus est. Postea Petrus vicinam Ioppen peruenit,vbi Tabitham excitat à morte, & multi credunt Euangelio.*Act.c.*9.Sestius tempore belli Iudaici, Lyd-dam hanc incendit.& restaurata dicta est Diospolis,*ex Hieron. de locis Hebraicis.*Vbi etiam testatur Saronam,*de qua citatus* Luc. esse regionem Lyddæ vicinam.Tabitham illam *Lucas* Græcè Dorcada interpretatur, Latinè Damam vel capream significat.*Mela* putat Ioppen ante diluuiũ extitisse, postea tamen à Iaphet filio Noe instauratam , accepisse hoc nomen.nunc vulgò variè nominatur, Iapha, Iaphe, Iaphet, & Iopho. à Venetis Zapho vocatur:portus est,in quem descendunt primùm,qui ad Terram Sanctam ex Europa peregrinantur.

Caius z.& Apronius. Or-dinarii.

A

B

41 3 Caii. Caius ingentem parat Classem,& quam aliqui Xerxis classi æquan-dam purârunt,vt sic ille terrori esset Barbaris,Rom. Imperium infestan-tibus.Sed totus hic apparatus in nihilum tandem recidit: & ipse insa-niens,se vt Deum adorari præcepit,exstrui templa in suum honorem,& dedicari statuas. vnamque in tẽplo Hierosolymit.collocari. *de quibus Io-seph. Antiq.lib.*18.*cap.*11. Apud *Lucam* sequitur historia de Cornelio(quem aliqui & Italum, & nobilẽ Romanũ putant) Centurione cohortis col-lectæ ex Italis militibus,apud Cæsaream Palæstinæ.Visionem Cornelio vigili & clara die factã,alterãq; Petro,& Petri excessum seu ἔκστασιν narrat D.*Lucas.Act.*10.*vers.*3 & 10.nunc ergo Petrus omnium primus, Dei monitu, aperit ostium gentilibus Cęsareæ , & Cornelium baptizat omnium primum, obstupescentibus ex Circumcisione fidelibus, ag-noscitque Petrus vocari Gentes ad fidem. *Actorum* 10.*vers.*34. Petro Hierosolymam reuerso, fideles ex Circumcisione disceptant aduersus eum,quòd Gentiles adiissent. Sed facti ratione reddita conquiescunt. *Act.cap.*11.Commotionis in Petrum authorem *Epiph. hæresi* 28, putat es-

Aquillius, & Nonius.

A

B

se Cherintum, primum post Simonem Magum Hæresiarcham. Quin etiam aliis, an adhuc opportunum esset recipere Gentes ambigentibus, res adeò grauis visa est, vt ne Petri quidem habita sit ratio. Sicut etiam ipsi Petro postea in contrariam partem deflectenti restitit Paulus. *De qua re ad Galatas cap. 2. vers. 11. & hic inferius ad ann. 51.* Cæterùm qui in dispersione erant solis Iudæis adhuc loquebantur. *cap. 11. vers. 19.* Cornelius putatur postea factus Episcopus Cæsareæ, *Martyrol. Rom. 2. Feb.* Viri ab Hierusalem dispersi, Cyprii tamen & Cyrenæi, Christum Antiochiæ prædicant. *Act. cap. 11. vers. 20.* & ob numerum ibidem conuersorum, eò ab Ecclesia Hierosolymis missus est Barnabas. *vers. 22.* quò etiam ille Paulum Tharso euocat. *vers. 25.* Hoc eodem anno Mathæus omnium primus scripsit Euangelium: & Hebraicè. *Euseb. in Chro.* testis est, & *Hieronymus* ex eo fragmenta citat purè Hebraica. scripsit scilicet antequam Apostoli sortirentur Prouincias. Pilatus Romam antea missus, iam accusatur. *Ioseph. lib. 18 Antiq. c. 5.* Viennam in Gallia relegatus, seipsum occidit, *vt ait Ado in Chro.* certè miserandam eius mortem testantur *Cassiodor. & Euseb. in Chro.*

C

42 | 4 Caii. — Sine collega est Caius, quia quem ille socium assumpsit, obiit ipso die Ianuarii, nec substitutus est alius absente Caio: qui modò in Germanos, modò in Britanniam maiorem arma intentans, confecit longum iter, penè nihil aggrediens. *Suet. Oros. lib. 7. & Dio.* Vitellius cùm coegisset Artabanum Parthorum Regem ad pacem cum Romanis, reuocatur hoc anno è Syria. Appion Alexãdrinus Iudæos Romæ accusat, Philo defendit. *Ioseph. lib. 18 Antiq. c. 15. Euseb. lib. 2. cap. 5. 6. 16.* Tunc contigit illa Philonis legatio, ad Caium Imperatorem placandum, *de quo Philone ad annum Christi 32.* Caius verò, Agrippæ literis deprecatoriis motus, donat, vt non erigatur statua. *Philo de legat. ad Caium.* Hunc Philonem fuisse Petri amicum, *scribit Hierony. cap. 11 de Scriptoribus Eccles.* — *Caius Cos. sine Collega.*

43 | 1 Claudii. — Hoc anno Calend. Februarii occiditur Caius à Cassio Tribuno. *Suetonius in Caio cap. 59.* Succedit Claudius ex Druso Nerone fratre Tiberii, & Antonia minore natus Lugduni, nepos Liuiæ Augustę annorum 50, à Prætorianis militibus subrogatus sub finem Ianuarii. *Dio & Suetonius.* hocque ipso anno Claudius, qui consilio & fauore Agrippæ adeptus est Imperium, confirmat Agrippæ regnum. cui etiam adiecit reliquam Iudæam & Samariam. *Dio lib. 60, & Iosephus lib. 19. cap. 14.* Precibus insuper Herodis Regis Chalcidis, qui erat frater Agrippę, sedata est Alexãdrina seditio, edicto proposito. *Ioseph. lib. 19 Antiq. à capite 5, & lib. 20. ca. 1.* Fideles Antiochiæ, opera Pauli & Barnabæ, aucto credentium numero, nunc primùm Christiani appellantur. *Actorum cap. 11. vers. 26.* Varias tamen de primo huius nominis Christiani anno opiniones *exhibuit Lorin. Act. cap. 11. vers. 26.* Abagarus in Syria Rex Edessenorum nunc ad Christum conuersus cum suis, à Thadæo vno ex 62 discipulis. *Euseb. lib. 1. cap. 13. Hieronymus cap. 10 in Mathæum*, vult fuisse vnum ex Apostolis hunc Thadæum. — *Caius. 4. & Saturninus.*

44 | 2 Claudii — Hi ex Dione lib. 60, sunt huius anni Consules, quicquid dicat Mercator: quem in errorem induxit notatio temporis per Eclipses. prioris Consulatus Claudii meminit *citatus Dio.* Nunc bellum in Britanniam insulam inchoatum est, quando & Orcades insulæ Rom. Imperio accesserũt. *Eusebius in Chro.* alludit Iuuenalis his verbis: ET MODO CAPTAS ORCADAS, AC MINIMA CONTENTOS LEGE BRITANNOS. *Scaliger ad annum Euseb. 2060*, hinc eos refutat, qui dixerunt Scotos ante tempora senescentis Imperii fuisse ignotos, & *infra an. 210* notamus Seuerum penetrasse insulam. *vide an. 422.* Belli huius Britannici hæc causa fuit. Britanni illi, partem Insulæ occupantes, quam nunc Angli possident, sub Rege suo Togodumno seu Gunderico pacem violarunt, cum Romanis à tempore Iulii Cæsaris seruatam; sed occiso à Romanis ante aduentum Imperatoris Togodumno, Imperator Claudius, qui ipse 16. diebus tantùm hæserat in insula, Romam rediit, & — *Claudius 2. & Licinius.* A

quam à multo tempore confœderatis & sociis Romanorum potestatem fecit, vt possent etiam Romæ Magistratum gerere, idque circa hunc annum concessisse videtur. *Tacit lib.* 11. datum id fœderi antiquo est, *loquitur Tacitus*, & imprimis Heduis. A

Iudæi pelluntur Roma. *Suet. in Claudio cap.* 23. *Act. c.* 18. *v.* 2. & *Oros. lib.* 7. *cap.* 6. Petrus vel nunc, vel anno præcedente Roma discedens, interest Concilio Hierosolymitano, *Act.* 15. *vers.* 7. quod hoc anno celebratum est. Orta enim est Antiochiæ Syriæ de Circũcisione, & legalibus controuersia, missis inde Paulo, & Barnaba pro vna dissentientiũ parte Hierosolymã. quæstio erat, an essent ad obseruanda legalia obligandi conuersi. gẽtiles. *Act.* 15. *Galat.* 2. Cherinthus excitat hanc tragœdiam. *Epiph. hæresi* 28. Petrus sententiæ prærogatiuâ, & primus dicit, & rem definit. sequũtur alij. *Hierony. Epist* 89. & *Act.* 15. Actũ hîc solum est de Ceremonialibus, vt vocant, præceptis. quod satis declarat Concilij decretum, *Vers.* 20, & 29. Sanè moralis lex non erat Iudæorũ propria, cùm contineat naturalia præcepta, quæ sunt omnibus communia: neque vlla hîc exemptio à morali lege, bonisque operibus, aut proposita est à Paulo, (*Vt ineptè somniauit Caluinus*) aut concessa à Concilio. quis enim credet Spiritum Sanctum ibi præsidentem, *ex vers.* 28, laxasse vitiis fræna? Cæterùm placuit toti Concilio quod proposuit Iacobus; Sanè, quia & Petro. in quo malè *Abulensis in cap.* 17. *Math. q.* 13. *ad* 1. prohibent ergo communi consensu Apostoli, Idololatriam Gentibus conuersis. Speciatim autẽ fornicatio prohibetur, quòd videretur alioqui licita apud Gentes. addunt suffocatum & sanguinem prohiberi, aut quia cibus dæmonum & dæmonibus dicatus vulgo putabatur, sicque erat in vsu; *ex Origene lib.* 8. *contra Celsum*: aut quia immolatitia hæc, communiter erant. Verùm iam à multis sæculis cessauit huius decreti & legis causa. B

Soluto concilio Petrus, & Paulus Antiochiam veniunt, vbi celebris illa inter eos nata dissensio, quæ diu *Augustinũ* exercuit. *Epist.* 9 & *deinceps, atque iterùm ab Epistola* 89 latè tractatur à *Baronio*. mox alia contigit Pauli, & Barnabæ dissensio, παροξυσμὸν vocat *Lucas*, idq; ob Ioãnẽ cognomẽto Marcũ. *Act.* 15. *v.* 39. Salua tamẽ sẽper charitate, *ex Chrys. hom.* 34. *in Acta*. Marcus erat Barnabæ consobrinus. *Ex Colossen.* 4. & nunc quidem nauigat Cyprum cũ Barnaba, *citato versu* 39. Posteâ verò egregiè etiam Paulum iuuit, *ad Coloss.* 4. *v.* 10 & 2. *ad Timoth.* 4. *v.* 11. & hactenus de Barnaba *Lucas*. Barnabæ Acta apocrypha, quæ circumferuntur, reiiciuutur ab omnibus. Sed nec author fuit Barnabas Epistolę ad Hebræos, vt malè putauit *Tertull. lib. de Pudicitia c.* 20. Veriora sunt quę sequuntur. Barnabas stabilitis Cypri Ecclesiis venit in Italiam, & Mediolanensem erigit Ecclesiam: *ex traditione certa illius Ecclesiæ*, licet de anno erectionis non omnino constet. C

Paulus peragrans Ecclesias cum Sila in Syria & Cilicia, præcipit custodiri seniorum decreta atque Apostolorum, & non tantum Euangelium. *Actorum* 15. *vers.* 41. & inter alia decretum cõmendat Concilii Hierosolymitani, *cap.* 16. *Act. vers.* 4. Idẽ Paulus Timoth. filium viduæ fidelis, patre Gentili, assumit & circumcidit, ad lucrandos Iudæos. *Act.* 16. *vers.* 3. Circumcidit vt Circumcisionem tollat, *inquit Chrysost. in Acta. Homil.* 24. Spiritus Sanctus vetat loqui verbum Dei in Asia. Philippis Lydia pur puraria conuertitur. Pythonissa liberatur. virgis cæduntur Paulus & Silas, miraculo liberãtur. *Act.* 16. *vers.* 23. & 26. Iter hoc Pauli ex Asia in Macedoniam *habet Lucas ibidem vers.* 11. & 12. nempe à Troade in Samothraciã, quæ insula est è regione Thraciæ. Inde Neapolim Macedoniæ vrbem, primò obuiam veniẽ- D

esta hoja no se sigue inmediatamente a la precedente, porque vbo yerro al hiempo de la enquadernacion. y assi el que vbiere leido la hoja precedente, no lea esta, hasta que aya leydo la que se sigue, y despues de aquella, lea esta.

tibus é Thracia. atque inde venit Paulus Philippos, principium Macedoniæ est. & Romanorum colonia. *vers.* 12. ibi extra vrbem die Sabbati, ipse & Silas in locũ veniunt, vbi Iudæi conuenientes orabant. qualia eos habuisse passim loca *narrat Epiph. hæres.* 80. & quę *apud Philonem* προσευχὰς non semel reperies vocari.

Atque hic iam conuersa Christum baptizatur Lydia illa *vers.* 14. mulier è ciuitate Thiatyra (quæ est prouinciæ Lydiæ seu Mœoniæ vrbs) de qua *in Apocal. c.* 1. *vers.* 18. non longè ab Ephesо. Pithonissam hanc fuisse puellam à dæmone obsessam plurium sententia est *ad vers.* 16. liberatur illa; carceri mancipatur Paulus cum socio. attonitos miraculo custodes carceris, Paulus iubet credere, vt saluentur. Et ne putet *Caluinus*, excluſa reliqua præter fidem solam, instituuntur, *versiculo* 32, quid & credere, & agere debeant. Nunc Lucam primùm Paulo adhæsisse *colligit hic Baronius*. Nunc etiam Paulus & Silas Philippis egressi & per Amphipolim atque Apolloniam vicinas vrbes in Macedonia. Thessalonicam venientes, multos ad Christiana sacra conuertunt, vexanturque. *Act. c.* 17. *v.* 1. & 3. & 2 *ad Thessalonicenses* 1. Thessalonica vrbe (quæ est inter primas Macedoniæ) Iudæis turbas nouas concitantibus, veniunt in Beræam. non longè abest à Pella Alexandri magni patria. Hic multis ad Christum cõuersis etiam nobilibus. Iudæi turbas iterum cient & Paulus Athenas cogitat. *Actorum cap.* 17. *vers.* 11. & 13.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	
52	8 Petri.	10 Claudii.	Publius Ostorius nouus hoc anno datus proprætor, res Britannicas turbatas inuenit. *Tacit. lib.* 12. vbi post Cladem Icenorum, Cangi etiam vastantur, Brigantes sedatis discordiis componũtur; Caractacus Rex, (Καταράκα]ον vocat *Dio*) clara Romanis victoria captus, Romam ducitur nono huius belli anno. *Tacitus ibid. Vide annum* 42. Nero Agrippinæ filius, adoptatur à Claudio, futurus è Cæsarum familia Imperator vltimus; *Suet. cap.* 27. *Tacitus lib.* 12. qui addit Claudio quintũm Cos. virilem togam Neroni maturatam. Seneca reuocatus ab exilio Aggrippinæ opera, datur Neroni moderator studiorum. *Tacitus ibidem.* Cumanus nunc mulctatur exilio, & Felix præficitur Iudææ, *ex Ioseph.* licet *Tacitus lib.* 12. velut adhuc sub Consulatu Othonis (anno Claudij 12.) Ventidio Cumano regente Galilæã, præfuisse Samariæ hunc Felicem.

Paulus veniens Athenas, disputat cum Iudæis ac philosophis. *Act. c.* 17, *v.* 17. & 18. seminiuerbium, σπερμόλογον vocant, ac si loquacem ac nugatorem dicas. Capitale erat apud Athenienses peregrinam religionẽ inducere. hinc Paulus perducitur in Areopagum, (*de quo vide Tomo* 1. 2443.) ipse δεισιδαιμονίαν notans, & ex inscriptione Aræ ignoto & peregrino Deo suspicionem nouæ religionis auertens profitetur se annunciare, quem illi ignotum colebãt, *v.* 24. Sanè, vt ait Paul⁹. De⁹ nõcolitur (οὐδὲ θεραπεύεται) manibus humanis aut imaginibus, more Gentilium, quasi cultus terminetur ad tales imagines (*quo sensu eas prohibuit Eliberitanum Concilium cap.* 37.) aut quasi putaretur Deus corporeus. qua de causa antiquiores Patres, Dei submouebãt imagines, vt temporum illorum error postulabat. Et, ne prolixior sim, bene se explicat D. Paulus, v. 29.

Inter alios, Apostolus ad Christianam religionem conuertit Dionysium Areopagitam, & Damarim mulierem. *Act.* 17. *v.* 15. vxorem fuisse Dionysii, *ait Augustinus serm. de semine*, & *Ambrosius ad Vercellenses*. hic annus est decimus nonus à Passione Christi, quo scribitur conuersus Dionysius. De huius Dionysii præstantia & libris *lege Baron. in notis Martyrol. 9. Oct. & to.* 1. *Annal.* Eius Episcopatum Athenienſem agnoscunt ferè omnes. De

Antistius & Suetius.

46 | 2 Petri. | 4. Claudij | Quintius Crispinus, & Statilius Taurus. A

Artabanus Parthorum Rex iterùm à suis pellitur, sed breui restituitur regno. *Ioseph. Dio, &c.* Agrippa Rex, *de quo supra anno* 43, miserè perit. *Act.* 12. *vers.* 21. *& Ioseph. antiq. lib.* 19. *cap.* 7. putat *Euseb. in Chro.* nunc successisse regno filium Agrippam iunio rem, qui septemdecim annorum erat, regnasseque annis 26 vsque ad excidium Hierosolymitanum, quando vult defeciſſe omne Iudæorum regnum. Aliis placet, non statim successisse patri iuniorem Agrippam, sed redactum regnum in formam prouinciæ, vt antea, & cum postea adepto regno regnasse vsque ad tertium Traiani annum: nec vnquam fuisse hos Agrippas Iudeæ & Hierosolymorum Reges. *Vide tamen annum* 43. Sanè iuniorem Agrippam accepisse à Vespasiano etiam incrementũ regni sui, *testatur Photius.* Et latè impugnat *Eusebium Scal. anno Eusebiano* 2060. 2091. 2070. *&* 2096. Nõ ergo tunc cessauit regnum Agrippæ, quando Titus expugnauit Hierosolymam. *Vide annum* 73, mortuo Agrippa, mittuntur à Claudio, Longinus Præses Syriæ & Crispinus Fadus præses Iudeæ. *Iosep. antiquitatum lib.* 19. *cap.* 8. *& lib.* 20. *c.* 1. Ex quo coniectura aliqua est, non statim regnasse iuniorem Agrippam. B

Varias Ecclesias per Orbem erectas, *&* à Petro institutos Episcopos enumerat hic *Baronius* ex ciuitatum traditione. Et Marcus Alexandriam à Petro missus colligit Ecclesiam. Sedemque ibi ponit. Eundem esse hunc Marcum, & illum, *de quo Actorum cap.* 12. *vers.* 13. putarunt *Oecumenius, Euthymius, Origenes, Sixtus Senensis, & quidam alii.* sed rectius hos distinguunt *Dorotheus in Synopsi. Hierony. in Catalogo, in Marco & Barnaba, & Isodorus lib. de vita & obitu Sanctorum.* Ille ergo, qui socius Petri scripsit Euangelium, Alexandrinus Episcopus est, & cum Petro Romæ adhæsisset, postea Ægyptum peragrauit. Alter Marcus, dictus Ioannes, adfuit Paulo & Barnabæ, tum Hierosolymis, tum alibi, *vt testatur liber actorum.* Paulus & Barnabas dimittuntur Antiochia Syriæ ad Gentes, post impositionem manuum. *Act. c.* 13. *v.* 1. Malè *Arator l.* 2. *Carminum in acta*, numerat Petrum, certè iam Romæ commorantem, inter hos Doctores Antiochiæ nunc agentes: eum enim Lucas non præterijsset. Segregantur autem Paulus & Barnabas post ieiunium, orationem, & Sacrificium, ad opus minesterii, & per manuum impositionem; iubente Spiritu Sancto. quamuis enim antea Paulus esset Apostolus, nondùm tamen Sacerdotii & Episcoparus ordinationem acceperat, quam Græci χειροτονίαν vocant; & quæ, *vt hic dicit Lucas*, peragitur cum sacrificio, λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ. discedunt illi Cyprum, Ioanne Marco comite *c.* 13. *v.* 4. *&* 5. hîc Elymam Magum confutant, & Sergium Paulum Proconsulem conuertunt ad fidem. Huic non antea Consuli concessa est (vt interdùm accidebat) Proconsularis dignitas, vel titulus. *Vide Sigonium* 654. *in Dolabella.*

47 | 3 Petri | 5. Claudii | Vinutius, & Statilius Coruinus. A

Paulus & Barnabas ex Cypro in Asiam regressi, veniunt Antiochiam Pisidiæ, quæ minoris Asiæ prouincia, vicina est Pamphiliæ. non ergo est in Syria hæc Antiochia. hic Paulus, non quidem se ingerens, sed inuitatus, habita concione in Synagoga, multos ad Christum conuertit. *Act. c.* 13. *v.* 14. Quæ sunt in hoc pererudito Pauli Sermone Chronologica, sunt abundè explicata *To.* 1. Iudæi ex inuidia conuersorum Gentilium, eijciunt indè Apostolos. eiecti cõuertuntur ad Gentes, *v.* 46. Et Iconiũ veniunt, vbi multa patiuntur, 2. *ad Timot.* 3. *v.* 11. Iconium vrbs est finitima Pisidiæ, vt peregrinationis cursus indicat: alioqui multæ erant huius nominis ciuitates. hi conuersi etiam multi ad signa & prodigia Apostolorum. *Act. c.* 14. *v.* 1 *&* 3. Sed tandem ex inuidia Iudæorum diuisa in factiones ciuitate, ve- B

Anni Christi.	Anni Pontific.	Anni Imp.	
			niunt Lystram & Derben. *Act. cap.* 14. *vers.* 6. Hoc tempore, Iconii conuersa est à Paulo Tecla illa Iconiensis virgo, & inter fœminas Protomartyr, à Patribus antiquis mirificè celebrata. *Epiph. hæresi* 78. eius quidem acta aliqua Apochrypha, per Presbyterum Asianum euulgata extant. Lege *Isidorum Pelusiotam lib.* 1. *Epist* 87. hæc Patrum Encomia huius Protomartyris, habes apud *Pamelium in librum* Tertull. *de Baptismo, numero* 119. *& Baron. in* Martyrol. 23 *Septemb.* & quamuis *Hierony.* alicubi hanc historiam non admittat, velut omissam à *Luca*: tamen idem *Hieronymus ad Galatas cap.* 2, fatetur pleraque alia à *Luca* omissa, quod apud omnes certum est. vt de Sede Antiochena & Romana, de Pauli profectione in Arabiam, de tot flagellis, virgis, & naufragiis, *de quibus Paulus Epist. ad Corinth.* 2. *cap.* 11. vt alia præteream.
48	4 Petri.	6 Claudii	Vespasianus in Britannico bello strenuè se gerens, *inquiunt Dio. lib.* 60. *& Suet.* Britannos multis & magnis afficit cladibus, acceptis etiam in potestatem suam viginti vrbibus, & Vecte insula accedente ad Rom. Imperium. Artabano Parthorum rege nunc mortuo, post varias ibi tragœdias inter eius liberos, tandē Vologesus regnat. Pachorus Mediæ, Tiridates minoris Armeniæ reges euadunt. *Ioseph. antiqui. lib.* 20. *& Zonaras.* Paulus Lystram veniens, claudum erigit, honorem diuinum recusat. mox ab eodem populo penè ad mortem lapidatur (en humani fauoris inconstantiam) venit Derben, cum Barnaba, qui repetētes Lystram, Iconium, & Antiochiam Pisidiæ, vbi multa passi fuerant: tandem veniunt Pergem & Ατταλειαν (vrbes sunt Pamphiliæ; *ex Hierony. Ptolem. lib.* 5. *c.* 6. *Strabo. lib.* 14. *Beda & aliis*) vnde postremò descendunt Antiochiam Syriæ, vbi diu quiescunt *Act. cap.* 14. *v.* 25. Beatā Virginem mortuam & in cœlum assumptam, certa res est, authoritate Ecclesiæ & Patrum testimonio. An verò hoc Christi anno 48, & ætatis suæ 62, vel 63: an potius anno Christi 57, & ætatis suæ 72, res omninò incerta est. quæ verò à *Dionysio* & aliis scripta circumferuntur de hac re, quantam habeant fidem, expende apud *Baronium.*	*Valerius Asiaticus* 2. *& Valerius Messalla.*
49	5 Petri.	7 Claudii	His Consulibus, Claudius Imperator iam sextos exhibet ludos sæculares, sed antę statutum tempus, *vt notant* Plin. *lib.* 70. *c.* 48. & *Onuphri. de ludis sæcularibus. Tacitus quoque lib.* 11. *notauit* id actum his consulibus, *& consentiunt alii.* Sed de anno Vrbis dissēsio est. *Dio & Tacitus notant* annum 800. rectè quidem si Palilia coniiciant in annum Iphiti 23. cum Varrone. Nobis tamē qui 25 Iphiti annum damus Palilibus, tantum est annus Vrbis 798 exiens & coincidens ex parte cum hoc Christi anno 49. Initium ludorum sęcularium; *vide tom.* 1 *ad annum Orbis* 3548. huius anni tragœdias & dissentiones apud Parthos *narrat Tacitus lib.* 11.	*Claudius* 4. *& Vitellius* 3.
50	6 Petri.	8 Claudii	Ventidius Cumanus nunc in Iudæam missus putatur sub Quadrato Syriæ præfecto. Thracia redacta est in formam prouinciæ. *Eusebius.* Romæ censa sunt ciuium septuagies ferè centena millia, iubente Claudio, qui iussit condi Lustrum. *Tacitus lib.* 11. aqua Claudia Romam inuecta. *Iulius Frontinus pagina* 3, aut certè anno sequenti. *meminit Tacit. lib.* 11. ex Simbruinis collibus. moritur Herodes Rex Chalcidis, frater Agrippæ maioris. *Ioseph. lib.* 30. *cap.* 4. quando religio Christiana multum cœpit in Vrbe propagari. *Tacit. lib.* 12. Iam verò, nec ante, cœpisse regnū Iunioris Agrippæ *concludit Scal. ad annum Euseb.* 2060. accepta scilicet à Claudio Chalcidis Syriacæ regno. quod postea anno Claudii 13 auctum est. *Vide supra annum* 46.	*Vitellius, & Vipsanius.*
51	7 Petri.	9 Claudii	Notat *Solinus cap.* 2. in hunc Consulatum incidisse initium Olympiadis 207. quod non discordat à nostro calculo, si benè expendantur quę dixi *tomo* 1 *ad finem cap.* 18. Claudius Gallis, tan-	*Verannius, & Pompeius Gallus.*

Consules.

Parisiensi contendere non est huius instituti, de Thimotheo & Sila missis in Macedoniam, *vide Act. c. 17. vers. 15. & cap. 18. vers. 15.*

Paulus Athenis veniens Corinthum, reperit Aquilam & Priscillam eius vxorem eiusdem artis. *Act. 18. v. 2.* Venerunt ex Italia ob edictum Claudii, *de quo supr. ad ann. Claudii nonum.* Horum perhonorificè meminit Paulus, *ad Rom. cap. vltimo.* communem cum Paulo artem exercebant, σκηνοποιὸι τὴν τέχνην, Tentoria, vel Tabernacula ab his fieri solita ferè omnes exponunt. Sed an ex serico, pellibus, aliaue materia, diuinandum est. quicquid sit, opificium hoc Pauli honestum erat, ad leuandam necessitatem, & cum pietate coniunctum. ergo quærit Paulus victum opere manuum, ne vllum grauaret. *Act. cap. 18 & 1 Thessalonicensium 2.* post reditum Timoth. ac Silæ è Macedonia (*Act. c. 18. vers. 5.*) scribit primam Epist. ad Thessal. *colligitur ibidem ex c. 3. v. 2.* idem Paulus accepta Corinthi promissione diuina de multorum futura conuersione, hæret ibi per sesquiannum. *Act. c. 18. v. 10. & 11.*

53 | 9 Petri. | 11 Claudii. | Mithridates Bosphoranus, Ponti regnum aduersus Cotyn regem & Romanos recuperare conatur, conatu tamen irrito, & victus tandem Romam perducitur. *Tacit. li. 12.* hoc anno *coniicit Baron.* scriptam Epist. 2 ad Thess. vbi Paulus commendat Traditiones, *c. 2. v. 13.* Sicut fecit *1. ad Cor. 11. v. 1. & notat Chrys. Hom. 4. in 2. ad Thess.* de hoc iure nõ scripto passim recẽtiores in hæreticos. quod antiquitate etiam præstat. nam omnia scripto prius tradita sunt. Paulus Corinthi accusatur & ducitur ad Tribunal Gallionis procos. Achaiæ. *Act. 18. v. 12.* sed Pro consul quæstionem hanc, tãquam de nominibus & lege institutam, reiecit, Iudæos minauit (vt habet versio Latina) à tribunali & quasi expulit. ἀπήλασεν in græco; quãuis ἀπελαύνω, quod notissimum est, vim etiam aliam habeat. | Claudius 5. & Cornelius Scipio.

54 | 10. Petri. | 12 Claudii. | Dum Silures in Britannia pertinaciter Romanis resistunt, moritur, Ostorius cum tædio, & curarum fessus, *inquit Tacit. li. 12.* Succedit A. Didius. Venutius Britannorum rem bellicam tunc regebat. | Sylla, & Salustius Otho. A

Non nisi hoc anno Paulus Corintho venit nauigans in Syriam, *vt colligo ex Act. c. 18. versiculo 11. & 18.* hæsit enim per sesquiannum Corinthi. Illud, quod additur *versic. 18.* totonderat in Cenchreis caput, *Augustinus Epist. 19. & Hieronymus Epist. 11. apd Augustinum*, exponunt de Paulo. non ergo, vt aliqui putant, tot totonderant legendum, numero multitudinis de Aquila & Priscilla. Et textus Græcus habet κειράμενος. locus ille ἐν κεγχρεαῖς, nauale est Corinthiacum ad Orientẽ spectans. Cæterùm hac legali vtebatur adhuc ceremonia Paulus in gratiam Iudæorum, Nazaræorum voto se obstringens, (*vt de Circũcisione Act. 16. v. 3.*) res nota est *ex Numer. cap. 6.* vbi voti huius leges proponuntur. quibus si non in omnibus consentiat hoc Pauli votum legale, non est quod mireris, infirmata iam legaliũ obseruatione per decretũ Hierosolymitanũ.

Venit tandẽ Paulus Ephesum. *Act. 18. v. 19.* urbs est antiquitate, & amplitudine, temploque Dianæ nobilitata, inter Meandrum & Caistrũ fluuios sita, & Asiæ lumen nuncupata. *Strabo, Mela, Solinus.* Statim inde venit Cesareã, & Antiochiã, *ibid. v. 22. notat hîc Lucas.* Cæsareã Palæstinæ, & Antiochiã Syriæ, vt existimo. Veniisse enim apparet Paulũ nũc Hierosolymã, seu eò ascendisse. *ex c. 19. 21.* & sic clarior erit sensus *capitis 18. versiculi 22.* cuius verba sunt hæc *Descendens Cæsaream ascendit, & salutauit Ecclesiã, & descendit Antiochiam.* Sequitur apud *Lucam v. 24*, mentio de Apollo, qui erat Alexandrinus, eloquens & doctus, licet Ioannis tantùm baptismo tinctus. hic strenuè laborat pro Euan- | B | 1

gelio. *Act. c. 18. v. 25.* viri huius præstantia *tum hoc v. 25. & 26. tum 1. ad Corinth. 3. vers. 11.* dignoscitur. probabile est non diu mansisse sine Christi baptismo. Tantum Achaicis & Corinthijs contulit, vt eo Corinthij gloriarentur doctore. sed Paulus rem componens, *1 ad Corint. 1. vers. 13.* docet nec eum, qui plantat; nec qui rigat aliquid esse, sed Christum, qui dat incrementum. Philippus apud Hierapolim Asiæ pro Christo crucifigitur & lapidatur. *Euseb. in Chron.* de loco consentiunt alij Scriptores. pelluntur Italia Mathematici Senatusconsulto, scrutantes finem Principis. *Tacitus lib. 12.* & Scribonius exulat, tanquam Mathematicis consentiens. *Ibid.*

55 | 11 Petri. | 13 Claudij. | Venit Paulus Ephesum post peragratas Asiæ partes superiores, ibique, aut in vicinia per triennium manens, edit miracula. *Act. cap. 19. & 20.* hic Paulus Ioannis tantùm baptismo tinctos baptizat Christi baptismo, & post impositionem manuum descendit in eos Spiritus Sanctus, accipiuntque linguarum donum. *Act. 19. à vers. 1. ad 7.* Sed vnde triennium huius commorationis Pauli, *de quo Actorum 20. vers. 31. Baronius* triennium vocat inchoatum, *ex Act. cap. 19.* Scilicet per tres menses in Synagoga, *vers. 8.* & per duos annos in Schola Tyranni, *vers. 10.* verùm adde tres menses in transitu per Macedoniam & Achaiam. *Actorum cap. 20. vers. 31.* tempus item insumptum hinc indè eundo & redeundo, non aberit multum ab exeunte triennio, discessus ille Mileto prope Ephesum, *de quo cap. 20. v. 31.* | Iunius. & Q. Haterius. A

At quænam illa *Tyranni Schola?* Sanè tam varia est & Tyranni & Scholæ significatio, tam etiam incertum, an viri alicuius Principis (sic olim Tyrannus accipi consueuerat) suburbanus locus, an ludus literarius alterius cuiusquam, vel quid simile significetur: vt hoc solum certum sit, rem hanc parui momenti esse incertissimam, & more Iudæorum Eliæ relinqui posse solutionem.

Memorantur Pauli ex Sudariis miracula, non quælibet, seu non vulgaria, *inquit Lucas: cap. 19. vers. 12.* semicinctium Pauli *Lorinus in hunc locum* suspicatur esse, quod Itali CENALE, Galli DEVANTIER vocant, coniecturâ ab opificio Pauli non aliena. quod fortè ventrale dixit *Plinius lib. 18. cap. 48.* Alii aliud. sed coniecturæ tantum sunt. Interim Luc. ex Latinis his vocibus Græcas effecit. Hinc saltem Reliquiarum virtutem agnoscere potuerunt, qui eam negant. Religio deferentium hæc sudaria, non reprehensa, sed miraculis confirmata est, *Lege Augusti. li 22. de Ciuitate c. 8.* hic honos Reliquiis habitus in Ecclesia initium cœpit ex Christi fimbria, *Luc. 8. v. 43. & Marci 5. v. 29.* Hoc anno 13 Claudii auctum putatur, accedente Galilæa, Regnum Iunioris Aprippæ, *de quo ad annum 4. Claudij, ita Scal. ad annum Euseb.* 1060. alii ad annum Claudii decimum hoc referunt. | B

56 | 12 Petri. | 14. Claudii. | His Consulibus prodigia multa præcedunt Claudii necem, *Tacitus lib. 12. in fine.* tandemque ægrotantem Claudium boleto sanat Agrippina vxor, mater Neronis; cuius etiam arte excluditur Britannicus Claudio genitus ab Imperio. Moritur itaque Claudius 13 Octob. dolo Agrippinæ, & veneno extinctus, Imperij anno 13. mense 8. die 20. *Dio.* de eius testamento, *vide Suet. c. 44.* Succedit Domitius Nero, Agrippinæ filius. *Suet. & Tacit.* & tunc Iudæi reuocantur in Vrbem, (ac proinde Christianis patet aditus.) visus est Nero fauere Iudæis, & Regi Agrippæ. *Iosephus lib. 20. Antiq. cap. 5. & de bello lib. 2. cap. 12.* | Asinius, & Acilius Aviola

Fuerunt olim inter Iudæos Exorcistæ nonnulli, *vt indicatur Math. c. 12. vers. 27.* defecit tamen inter eos simul cum vero Dei cultu omnis talis potestas, manstque Christianorum propria,

vide Tertul. Apol. cap. 23. iam vero quidam ex Iudæis circulatores, profitentes simile quid lucri causa, dum tentant id agere in nomine Christi, à Dæmoniaco vulnerantur, & multi credentium vt loquitur Lucas, veniebant hoc exemplo impulsi, confitentes & annuntiantes actus suos. *Actor. cap.* 19. *vers.* 18. & 19. Τῆς ἐξομολογήσεως seu confessionis Sacramentalis institutæ Ioann. 20. vers. 23. primus vsus expressus, hinc à plerisque colligitur. Vbi etiam pœnitentes, inquit Lucas, deferunt & comburunt libros improbatæ lectionis, citato *versic.* 19. Sed habet satis aliundè Ecclesia, quo probet veritatem huius Sacramenti. Vigebat tunc Ephesi Magia, & Apollonii Tianæi recens memoria. tam multi incensi sunt libri, vt Lucas æstimans eorum pretium, dicat illud accessisse ad quinque myriadas argenti. Sed quia, cuius monetæ hic habita sit ratio, an Hebraicæ, an alterius nationis incertum est, fit vt incertum sit quanta hæc summa fuerit. magnam fuisse indubitatum est. Budæus 5 de asse, nouem millia librarum monetæ Frãcicæ reperit. Arias in Acta, sexaginta millia drachmarũ.

57 | 13 Petr. | Nero. 1

Silanus Augusti abnepos, Proconcul Asiæ, dolo Agrippinæ extinguitur: & eiusdem artibus Narcissus Claudij libertus. *Tacitus lib.* 13. Neronis initia laudata narrant ibidem, Tacitus & Suetonius. Laudatur idem princeps à Seneca præceptore *lib.* 2 *de* Clementia ad ipsum. Putarunt aliqui Fœlicem Claudij libertũ, (hic Drusillam vxorem duxerat *ex Tacit. li.* 21, qui est ab excessu Neronis 5) nunc primùm factum præsidem Samariæ & Iudeæ. Sed obstat locus Actorum *cap.* 24. *vers.* 8 & 10. certè ante hunc annum eo venisse vel in vicina loca notat *Tacit. lib.* 11, Silla & Othone consulibus. lege Iosephum *lib.* 2. de bello *cap.* 11. Paulò ante hunc annum Appollonius Tyanæus magus & insignis impostor venit in Græciam & indè Romam. ita Philostratus qui Tyanæum superstiosè coluit. lege Lucianum in Pseudomante. huius anni sunt illa Pauli documenta ad Corinthios *Epist.* 1. Scripsit enim nunc Ephesi hanc primam ad Corinth. epistolam, breui Romam cogitans, 1. *ad Coriuth. capit.* 16. *vers.* 8. inter alia dùm instituit illam Ecclesiam & schisma tollit, excommunicat incæstuosum: *primæ ad Corinth. cap.* 5. *vers.* 4. constituit etiam tribunalia & iudicia Ecclesiastica, ne Christiani adeant infideles, *ibid cap.* 6. Coniugium probat, & tamen ei præfert cælibatum *cap.* 7. vbi & se cælibem profitetur, vt omnes patres agnoscunt, excepto vno Clemente Alexandrino. Christianorum oblationibus ali debent Clerici & stipendia indè pensitari, *ibid. cap.* 9. de decimis iure naturæ debitis, lege Baronium ad hunc annum. Alia precipit Paulus, de velandis in Ecclesia fœminis; de vitandis abusibus circa communionem, ibidem. de præuia sui probatione *vers.* 28. confessionem interpretatur Origenes *homilia in Psal.* 38. noua Ephesi persecutio excitatur in Paulum *Act.* 19. *vers.* 23 & 2. *ad Corinth.* 1. *vers.* 8. huius tumultus (τάραχον vocat Lucas) & concursus populi in Theatrum; author est Demetrius Argentarius, quem malè aliqui confundunt cum Alexandro Ærario, seu æris artifice de quo, 2 ad *Timoth.* 4. *vers.* 14.

Hic Demetrius ad quæstum, faciebat Dianæ ædes, seu ædiculas argenteas venales, quæ solebant à Gentilibus appendi velut Donaria seu Anathemata. Timebat ille, conuersa ad Christum hominum multitudine, ne quæstus iacturam pateretur. Alexandrum nunc loqui prohibitum, an pro Paulo, vel contra dicturus esset incertum est, fuisse Iudæum notat, *Lucas vers.* 34. tãdem sedat turbas prudenti oratione scriba (γραμματεύς) qui sane Gentilis fuit, & princeps ciuitatis iuxta versionẽ Syri inter-

Nero Augusti. & Antistius. A B C

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules
			pretis. Sedato tumultu Ephesino, Paulus discedēs venit in Macedoniā, & Græcia, post iturus Miletū *Act.* 20. *v.* 1 & 2. Græciā hāc rectè aliqui Achaiā dicunt, illā tamen extra Peloponesū. *Baron. ad annū* 57 putat Paulū è Macedonia per Ægeū mare adnauigasse Cycladas, & prius venisse Cretam quæ nunc Candia vocatur, & relicto ibi Tito Episcopo, venisse in Græciam. non video tamen vnde hic Pauli cursus potius quàm pedestre iter colligatur. reliquit quidem Cretæ Titum Episcopū Paulus, *ad Titū c.* 1. *vers.* 5. & monet *c.* 3. *vers.* 12, vt veniat Nicopolin (quæ vrbs est in littore Actiaco, non longe à Creta) ac proinde hoc anno scriptam iè Græcia Epistolam illam non est improbabile. Sed de Pauli itinere è Græcia Miletum, anno sequenti.	
			In illa Epistola monet Episcopū vnius esse vxoris virum, fortè quia ibi cœlibē, & nullius vxoris virū non inueniebat: certè neutros excludit: sed bigamos. tamen abstinebāt post ordinationē. *Cōci. Chartaginēs. 2. c. 2.* Quos Paulus ibi vocauit Presbiteros, mox vocat Episcopos, nomē enim in prima Ecclesia erat cōmune, sed res diuersa, *ita disertè Chrysost. Homil. 1. in Epist. ad Philippen.* Scripsit hoc eodē tempore Paulus priorē Epistolā ad Timoth. è Macedonia. *Athanas. in Synopsi, & Theodoretus Præfatione in Epistolas Pauli.*	
58	14 *Petri.*	2 *Nero.*	Veranius in Britannia intra annum extinctus est. Succeſſor mittitur Suetonius Paulinus. vbi biennio res prosperas habuit, *inquit Tacitus in vita Agricolæ.* Nero Britannicum Claudij ex Messalina filium extinguit veneno, & Pallantem libertum remouet. quod tamen narrat *Tacit. lib.* 12. sub prioribus Consulibus. Putatur nunc Lucas scripsisse Euangelium, hortante in Achaia Paulo. *Hierony. in Præfatione Comment. in Math.* scripsit Græcè, idque contra falsi dogmatis scriptores. dicauit Theophilo, fortè nobili ciui Antiocheno Gentili. Paulus iam secundā ad Corinth. scripsisse existimatur; & Epistolam ad Romanos, si credimus *Origeni in præfatione illius Epist.* Interea Petrus Orbis pastor Orbem lustrabat, necdum Romam redierat.	*Volusius & Scipio.* A
			Hic annus est, quo Paulus è Græcia venit Hierosolymā, quādo Felici, sub finem anni vt videtur, reuocato, substitutus est Portius Festus. *Iosep. Eus. &* Act. 27. res se habet, vt sequitur. venit hoc anno Paulus è Græcia Miletū, quādo cōpletum est illud triennīū, *de quo supra ad annū* 55. Iter hoc describit *Lucas Act. cap.* 20. primùm enim venit Troadem, *v.* 6. hīc suscitat Eutychum, *versu* 9. hinc nauigat in Asson, non procul à Troade. *Hierony. de locis Hebraicis*, etiam Appolloniam vocat. Mox ventum est Mitylenam, *vers.* 14. Insulæ, & in ea vrbi nobili, nomen est commune. reliqua nauigatio fuit Miletum vsque, per Ægæi seu Ionij maris insulas, Chium, & Samum. *Act.* 20. *vers.* 15. Chius inter Samum, & Lesbum insula est, quæ dat inter alia Aruisium, (Maluasiam vocant.) *lege Plin. lib.* 14. *cap.* 7. è Samo, Pythagoræ patria, ventum est Miletum, Thaletis sapientis, & Anaximādri patriam, de quorum ætate, & anno, vide *to.* 1. Longè diuersa est Melite, eaque in Europa, hæc nostra insula est in Asia. huc vocans Ephesо maiores natu Ecclesiæ Paulus, præclara exhortatione eos, & solatur, & impellit, vt suæ saluti attendant, atque Ecclesiæ Dei, *toto reliquo c.* 20. Post hæc venit Paulus, (*Act.* 21. *v.* 1.) Coum. (est hæc Cycladū vna, in Ægeo mari, non procul à Lesbo.) inde Rhodum, quæ contra Cariam, & Lyciam insula est, quam Claram vocat *Horat. lib.* 1. *Carm. Ode sept.* Rhodo Pataram Lyciæ metropolim, Nicolai Episcopatu nobilitatam. nauis demum transgressa Phœnicem, & Cyprum, adpulit Tyrum, *vers.* 3. Tyro Ptolemaidam, *vers.* 7. Ciuitas maritima est prope Carmelum, in Tribu Aser. abest Tyro 32 miliaribus. Illinc profectus Pau-	B C

lus, venit Cæsaræam Palastinę, manétque septem diebus apud Philippum Euangelistam, vnum è septem Diaconis, qui *vers.* 8. dicitur Euangelista ab officio prædicationis, nec Apostolus est. De cuius quatuor filiabus, hic notatis, supra actum est, quæ dicuntur Prophetiæ donum habuisse, sed superueniens alius Propheta, Agabus nomine, prædicit Paulo vincula Hierosolymis, v. 10.

ACTA PAVLI A VINCVLIS in Iudæa, Romam vsque.

LVCAS *cap.* 21. *vers.* 15. describit Pauli aduentum Hierosolymam, ibi Iudæi persuasum habebant, Paulo legalia esse, & mortua & mortifera. Suadent ergo Paulo fratres, (inter quos erat Iacobus) vt ceremonia legis Nazaræorum vteretur in templo, ad tumultum impediendum, vitandamque Iudæorum offensionem, quorum recens erat ad Christum conuersio. Tunc enim in Ecclesia nec gentiles compellebantur ad legalia, nec Iudæi ab eis prohibebantur velut à nefariis, *ex Augustino Epist.* 19. Iunge te (inquiunt fratres) quatuor viris habentibus votum, & impende, hoc est, sumptus fac (δαπάνησον.) obtemperat Paulus, & putatur vsus tota ceremonia voti illius, *de quo Numerorum cap.* 6. *vers.* 13. imò & rasura die septimo, ex sententia *August. Epist.* 19. de his Nazaræis *lege Lorinum Act. cap.* 21. *vers.* 24. tamen dum excurrunt septē dies, (*Actorum* 21. *ver.* 27.) voti decreti à Sacerdote, vel certè ab aduētu Pauli Hierosolymā, Iudæi incipiunt sæuire in Paulū. Sed ipse eripitur à tribuno, *vers.* 32. & ducitur in castra εἰς τὴν παρεμβολήν, ea erant in turri Bari, dicta ab Herode Antonia. Subnectit *Lucas c.* 22, Orationē Pauli liberam de sua vocatione é superiore graduum parte, & quomodo virgis cæsus euaserit, obiecto iure Rom. ciuitatis. Mox, *c.* 23, reddens in Concilio pro se rationem, iubetur percuti à Principe Sacerdotum. Pharisæum se ptofessus, reddit discordes Sadducæos & Pharisæos: ac tandem, detectis insidiis, mittitur à Tribuno ad Felicis præsidis iudiciū, Cæsareā, triginta leucis distantem Hierosolymis. Pontifex iste, *v.* 2. imperans percussionem, est Ananias Nebedæi filius, datus ab Agrippa Chalcidis rege. *Sigonius lib.* 5. *de Rep. Hebræorum cap.* 1. cæterùm ignotus Paulo (*ex vers.* 5.) in illo confessu, in quo omnia essent insolita, locus (apud Tribunum) modus, & vbi probabile est Pontificem hunc nihil tunc notabilis ornamēti gessisse, quo nosceretur. Post hæc, *Actorum cap.* 24, Paulus respondet coram Præside Felice. Sed hic reuocatus, reliquit successori Festo Paulum vinctum, expleto biennio (*vers.* 27) scilicet Imperij Neronis. Nam Felix præfuit multis annis, *Act. cap.* 24. *vers.* 10. *& supra notatur anno Christi* 52. Illud suscipimus (ἀποδεχώμεθα) reticentiam habere videtur, in actione gratiarum vsitatam. De hac Drusilla, *vers.* 24, Felicis vxore, & sorore Iunioris Agrippæ, *lege Tacitum. li.* 2. pergit *Lucas c.* 25, narrare de Paulo, recusante ire Hierosolymam, & appellante Cæsarem, *vers.* 12. interim Agrippa Iunior, Drusillæ frater, libenter Paulum audit, *vers.* 22. *& toto cap.* 26. vbi Paulus, *vers.* 5. *& cap.* 23 *vers.* 6. semper se Pharisæum profitetur, quantum scilicet Christiana religio patiebatur.

Paulus ergo ad Cæsarem nauigat, *capit* 27. traditus Iulio

cohortis Augustæ Cẽturioni. Ea cohors Augusta cõstabat 5000 militum, *ex Dione*. Et primos hi ducebant ordines in bello, ab Augusto adiecti ad hoc munus. Venitur nauigando Sydonem, Cyprum, & tandem Lystram, (loca prius declarata). mutant nauim, *vers.* 6. inde adnauigãt Cretæ, iuxta Salmonẽ (fortè Cretæ promontorium est) *Paul. v.* 9. & 10 prædicit naufragium, suadens hyemare in Creta, cùm iam non esset tuta nauigatio. præterierat enim iam ieiuniũ, notare videtur Nouembrẽ exeuntẽ, aut circiter, ex hoc Autumnali Iudæorum ieiunio Tabernaculorum, vulgato satis, & iã præterito. Phœnicem, *de qua vers.* 12, opinor esse oppidum, & portum; vel Cretæ vicinum, *ex Strabonis narratione l.* 10: vel in ipsa Creta, *ex Ptolemæo lib.* 3. *cap. vltimo*. Asson autẽ, *v.* 13. fortè per simplex sigma, πολίχνιον κρήτης est, *ex Stephano*. Sed quis ille ventus Typhonicus, *v.* 14 dictus Euroaquilo? Negat enim *Aristoteles* 3. *Metheor* Typhonem fieri spirante Aquilone. Sanè Typhonicus, hîc vehementem significat ventum, & (vt solent Typhones esse) interruptum, proprium nomen est Euroaquilo; hoc est Eurus cum impetu, instar vehementioris Aquilonis; seu εὐροκλύδων Eurus fluctuans. Cæterùm data naue flatib. impellitur in insulam, quę vocatur Cauda, κλαύδην habet textus Græcus, ignota satis insula est hîc nautæ (*vers.* 16.) vix scapham apprehendere poterant, vt reponeretur in naui. post hæc, *ver.* 17. Nautæ adiutoriis vtuntur, accingentes nauem, & submisso vase sic ferebãtur. obscura sunt hæc. remedia tamen ad lentam nauigationem procurandam, ne in Syrtes Aphricæ deferatur nauis, alligatis doliis naui, & in mare ad retardandum proiectis, demisso insuper maxima ex parte velo, & summissa onusta scapha iterum in mare. Sed tandem iactum facientes, Paulus reuelatione edoctus monet (*v.* 23.) euasuros cum sola nauis iactura. post iactationem in Adria (*v.* 27. (seu in ore Adriatici maris, iuxta infames scopulos Acroceraunia, in fronte Epiri, vbi desinit mare Ionium; deferuntur in insulã Meliten, (*v.* 39.) impulerũt hic nauim re desperata in Dithalassum, locum bimarem, seu littus in mare protensum, & sic natando tabulis, aliisque præsidiis adiuti, euaseruntomnes. *Sequens caput.* 28. *& vltimum*, habent, Pauli miracula apud Melitenses post naufragium. | | G

59 | 15 Petri. | 3 Neronis. | Florebãt Statius Surculus Tolosas Rhetor insignis, & Prob. Grãmaticus. *Euseb.* Narrat *Lucas Act. vlt.* Paulum post tres menses apud Melitẽses exactos, venisse nũc in Siciliam Syracusas, & inde Romã, quo cœpit ire anno Neronis secundo. verno ergo tẽpore, post ortũ Pleiadum, solutũ est ex insula Melite; naui insigne depictũ, erat Castor & Pollux, vulgo Castores dicũtur, & Gemini, διόσκουροι. Sic ventũ est Rhegiũ. ciuitas est Calabriæ Archiepiscopalis. inde Puteolos, quæ vrbs octo millaribus distat Neapoli Cãpaniæ, sic nominata putatur à copia puteorum aquis calidis scatentiũ. occurrunt fratres Paulo ad Appij forũ, & tres Tabernas. forũ hoc Appij ab Appio Claudio ad res venales cõstructũ, & mari proximũ fuisse, receptum satis est. at quo loco fuerit, hodie ignotum. licet aliqui coniiciant, fuisse vbi nunc est Fossa noua, Cistercienſium monasterium. magis certè, vt apparet, distabat Roma, quàm tres Tabernæ; qui locus erat ad excipiendos hospites, Roma non supra quadraginta milliaria distans. An locus fuerit, qui nunc vulgo Nettuno dicitur, incertum est. biennio mansit Paulus cum custodiente se milite, annuntians Christum. *nec plura Lucas*. tandem amici, & discipuli præ timore Neronis Paulũ deseruerunt. *ita ipse, nunc scribẽs ad Timoth. Epist.* 2. *cap.* 4. *vers.* 16. quod cùm scribebat, aderat adhuc Lucas, *ibidẽ ver.* 11. vbi mentionem suæ libertatis facit, *vers.* 17. fuit enim Nero | *Nero* 2. *& Calphurnius.* A

B

per quinque annos in nos mitior. Philippenſes mittunt ad Paulum, Epaphroditum, cum ampla pecunia, *ad Philippenſes cap. 2. verſ. 25. & cap. 4. verſ. 18.* aduenit & Oneſiphorus. 2 *ad Tim. 1. v. 16.* Scribit Paulus duas Epiſtolas, nempe illam ſecundam ad Timoth. *vt habetur ibidem cap. 4.* quem vocat ad ſe, *ex verſ. 9.* alteram ad Epheſios, *ibidem cap. 6. verſ. 21.* vbi ſæpe de vinculis his mentio.

60 | 16 Petri. | 4 Neronis.

Friſii in Germania limitaneos agros inſidentes, coguntur agris cedere, quos tamen mox occupant Anſibarii, duce Boiocalo. Sed hi etiam terris exacti ſunt, & cæſi. bellum geritur inter Catros & Hermanduros, Catti occidione occiſi. *Tacitus lib. 13 in fine.* Nunc quintùm accidiſſe vt clauderetur Iani templum, probat *Onuphrius* ex vetuſta inſcriptione. Sed hoc accidiſſe debuit pauló ante quàm Corbulo Proconſul, pro Armenia obtinenda, Parthicum ſit aggreſſus bellum: quod tamen narrat *Tacitus* ſub hoc Conſulatu inchoatum. Romulia ficus nata 800, & amplius annos, aruit his Conſulibus, *inquit Tacitus ibidem.* Scribit hoc anno Paulus multas Epiſtolas poſt Timothei Romam aduentum; vnam ad Philippenſes, per Epaphroditum, *ibidem cap. 2.* aliam ad Coloſſenſ. *conſtat ex inſcriptione de Timotheo, & vinculis.* an Epiſtola quæ circumfertur ad Laodicenſes ſit Pauli, & nunc ſcripta, quæſtio antiqua eſt. *Chryſoſt. Homil. 12 in Epiſt. ad Coloſſ.* negat eſſe Pauli. Scripſit etiam priuatam Epiſtolam ad Philemonem, nobilem Coloſſenſem, reddens ei Oneſimum ſeruum, qui ſtudio Pauli Romam fugerat. hic tandem Epheſi ſucceſſit Timotheo, factus Romæ Chriſtianus. Deniq; Epiſtolam ad Hebræos hoc anno ſcriptam probabile eſt. ea agnita eſt vt Pauli in Concilio Nicæno, *ex Athanaſio in Synopſi.*

Nero 3 & Valerius Meſſala. A

61 | 17 Petri. | 5 Neronis.

In hunc Conſulatum incidit eclipſis illa, quam refert *Plin. lib. 2. cap. 70.* dum Nero matri parabat ſacrificia, quam his Conſulibus necandam curauit. *Tacit. lib. 14.* rem latè narrat *Dio*, Lugdunum in Gallia incendio penè periit. *Seneca in Epiſt.* puer octo annorum, hoc Conſulatu, *vt notat Plinius li. 7. natur. hiſtor. c. 20,* ſuptuaginta quinque millia paſſuum confecit à meridie ad veſperum. Paulus poſt biennium in vinculis conſumptum, & poſt ſecundam defenſionem coram Cæſare, liber abire permittitur. *colligitur ex Act. cap. 28 in fine, & 2. ad Timoth. 4.* nec conſtat qua ratione. Incerta deinceps ſunt Pauli acta vſque ad martyrium. incertum an iuerit in Hiſpaniam, incertum quò iuerit Lucas, qui hoc anno abſoluit ſcriptionem libri Actorum. *De his lege Euſeb. lib. 2. cap. 22. & Baronium.*

Vipſanius, & Fonteius Capito.

62 | 18 Petri. | 6 Neronis.

Inſanit Nero. apparet Cometes. inter alia Ludos ille inſtituit velut Olympicos, ſed Neronianos. Viſus eſt in ſcena cantor. *Tacit lib. 14.* Corbulo rem ſtrenuè gerit in Armenia, qui poſt deleta Artaxata, cepit Tigranocerta, reliquã Armeniam ſubigit, cui regem imponit Tigranem Archelai regis nepotem, ex Cappadocum nobilitate. quo anno Laodicæa terræ motu afflicta eſt. Puteolis veteri oppido Italiæ datum eſt ius Coloniæ. *hæc Tacit. lib. 14.* florent Baſſus Saleius, & Aulus Perſius Poetæ inſignes.

Nero 4 & Cornelius Coſſus.

63 | 19 Petri. | 7 Neronis.

Contigit his Conſulibus gemina illa clades in Britannia, *de qua Tacitus lib. 14.* Veranio mortuo Suetonius Paulinus Monã inſulam cepit. defecerant enim à Romanis Britanni. cauſam narrat *Tacitus*, ex Regis Icenorum teſtamento, & Romanorum rapina natam. victor primum Britannus fuit, memorabili Romanorum cæde. Paulinus iterùm aciem inſtruit in Britannos, quibus Boudicea fœmina dux erat. Sed vicere Romani, cæſis 80000 Britannorum. Boudicea ſeſe interemit. Suetonio ſuccedit Turpilianus Conſul. habet *hiſtoria Anglicana*, Ioſephum

Petrus & Petronius Turpilianus. A

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.	
			ab Arimathia hoc anno veniſſe in Britanniam, ibique Chriſtũ annunciaſſe, Chriſtianorum inſtitutâ Eccleſiâ. Londinum nobile emporium habetur. Iacobus frater Domini, cognomento Iuſtus, damnatus lapidibus obruitur, iudicio Anani Pontificis. Accidit hoc Iacobi martyrium anno ſedis ſuæ 29, ex occaſione Interregni, nondùm deſignato nouo Præſide poſt mortem Feſti Procuratoris. *Ioſeph. lib.* 20 *Antiq. c.* 8. *Hieron. in Iacobo. Euſeb. in Chro.* ſucceſſit Iacobo Epiſcopo Simeon filius Cleophæ. vnam tantùm ſcripſit Epiſt. *ex Euſeb. Hieron. & Niceno Concilio*; opera & charitatem commendans contra graſſantem Simonis hæreſim, tribuentis omnia fidei. *lege Auguſtinum de fide & operibus ca.* 24 ibidem agit Iacobus de ſacramento extremæ Vnctionis, *ex Auguſtino in Pſalm.* 44. *Innocent. epiſt.* 1. *cap.* 8. & ſanè oleum conſequi virtutem diuinam ex ſacerdotali benedictione, docet *Cyrill. Catecheſi myſtagogica* 5. erat & alia vnctio communis, tantũ cum benedictione. *Marci* 6. 13. de Iacobi Miſſa *Cyrillus citatus paſſim.*	B
			Author eſt Epiphanius *Hæreſ.* 29 & 78. Iacobum ſolitum geſtare in capite bracteam, ſeu folium aureum, Epiſcopalis dignitatis inſigne quod etiam de S. Ioanne dixit Euſebius *lib.* 3. *c.* 25. vt videas *(inquit Baronius)* hinc manaſſe Epiſcoporum mitras.	
64	20 Petri.	8 Neronis.	Hoc anno Albinus venit in Iudæam, datus ſucceſſor Feſto Præſidi. *Ioſeph.* ceſſit vitâ Burrhus, incertum an valetudine, an veneno, iuſſu Neronis. eius mors Senecæ potentiam infregit: quia, *inquit Tacitus lib.* 14. bonis artibus non idem virium erat, altero duce amoto. hinc aduerſarii criminationibus Senecam adoriuntur. ad hæc Tragediæ nouæ; Scyllæ & Plauti mors violenta, Octauia ad mortem acta, vxor Neronis. omnia ferè Tigellini malis artibus. *Tacit. lib.* 14. Rex Parthorum Vologeſes, dolens ob eiectum fratrem Tiridatem, certat pro recuperanda illi Armenia, aduerſus Tigranem & Romanos. dumque Corbulo Euphtati aſſidet, Pætus adueniens cum copiis, infeliciter dimicat, & Vologeſi permiſit Armeniam. *Tacit. lib.* 15. Marcus Euangeliſta primus Alexandriæ Epiſcopus obiit. *Euſeb. lib.* 2. *hiſt. cap.* 23. *Hieronymus in Marco.* ſuccedit Anianus. Florentem reliquit Eccleſiam, quam Philo ſub nomine Eſſenorum laudat, *Hieronym.* Epictetus Romæ viuit.	Marius Celſus, & Aſinius Gallus.
65	21 Petri.	9 Neronis.	Bellum Corbuloni permiſſum contra Parthos, & metuentibus ſibi Parthis venitur ad colloquium. Placuit poni arma, & vt Tiridates detractum capiti Diadema ſubmitteret ſtatuæ Neronis, illud non accepturus, niſi volente Cæſare. *Tacitus lib.* 15. Mirabile illud fuit de eo, qui hoc ſeptimo anno antè excidium Hieroſolymorum, cœpit prænuntiare hanc cladem per annos illos ſeptem continuos, nec potuit compeſci. vbi & ipſe corruit. *Ioſeph. de bello lib.* 7. *cap.* 12.	Memmius Regulus, & Virginius Rufus.
66	22 Petri.	10 Neronis.	Incendium Romæ nunc contigit; forte, an dolo Principis, incertum, *inquit Tacitus lib.* 15. qui miſeram deſcribit rerum tũc faciem in vrbe. Huius Cladis ſpectator Nero è turri Mecænatica, ἄλωσιν Ilii decantabat ſcenico habitu. *Suet. cap.* 38. Poſtea vſus his Patriæ ruinis, extruit ſibi domum: in qua miraculo, non tam erant Gemmæ & aurum; quam arua, ſtagna, ſiluę, & aperta ſpatia. cœpta eſt Vrbs reſtaurari firmior contra incendia, & pulchrior, non tamen ſalubrior. decretum ſupplicium in Chriſtianos, tanquam in incendiarios. in quo falſo crimine narrando, prodit impietatem ſuam *Tacitus* his Conſulibus. *lege Dionem, Tertul. in Apologet. & Euſebium.* moritur Perſius poeta anno 29 ætatis. *Euſeb.* Albino ſuccedit Feſtus Florus qui duro imperio impulit tandem Iudæos ad rebellionem. *Ioſeph. lib.* 20. prima	Lecanius, & Licinius Craſſus.

Conſules.

gentium persecutio in Christianos hoc anno excitatur à Nerone. *Tertul. Apol. cap.* 5. durat vsque ad necem Neronis.

67 | 23 Petri. | 11 Neronis.

Coniuratio in Neronem Pisoniana nunc aucta: in ea fuêre Lucanus Annæus, Plãtius Lateranus, & alii, quos recenset *Tacit. lib.* 15. detecta coniuratione accusatur etiam Seneca, & mors illi infertur. præclara de huius viri excessu *Tacitus*. Occisus Lucanus est, cum aliis multis. extinctus quoque iussu Neronis Aticus huius anni Consul. & Poppæa Augusta, cui mortem intulit Nero ictu calcis, *ex Tacit.* Simon Magus tempore persecutionis docet suos (quibus persuasit se Christum esse) palam quod profitebantur negare atque etiam, si opus est, Idola colere. *Origines contra Celsum lib.* 6.

Silius Nerua & Atticus. Vestinus.

68 | 24 Petri. | 12 Neronis.

Tiridates hoc anno Romam venit, vnà cum filio Vologesis regis, & à Cæsare coronatus Rex Armeniæ, regreditur in regnum. Post hæc Nero histrionem agit. plures viros Principes, quos sub hoc Consulatu *refert Tacitus libro* 15. morti addicit. insignioris constantiæ Thraseas mori cogitur. reliqua Taciti historia vsque ad Galbam desideratur. Petrus & Paulus Romam accurrunt ad succurrendum afflictæ Ecclesiæ. rem narrant *Metaphrastes* 29 *Iulii, & Lactantius lib.* 4. *cap.* 2. referens eorum tunc vaticinium de excidio Hierosolymorum. Petrus nunc scripsisse videtur Epistolam secundam, *ex cap.* 1 *eiusdem vers.* 4. eamque esse legitimam docent *Hyppolitus de Antichristo, Athanasius in Synopsi, & alii.* Eiusdem argumenti, & authoritatis est illa Iudæ, licet fortè postea scripta. quo tamen anno non satis constat. de Simonis Magi irrito volandi conatu, *Sueton. in Nerone cap* 12. *Clemens sexto Constitutionum cap.* 19. *Arnob. contra Gentes lib.* 2. hac occasione in carcerem compelluntur Apostoli. *Martyrol. Bedæ & Vsuardi.* Extincto Simone succedit Apollonius, de quo multa mentitur *Philostratus* discipulus, & rectè confutatus ab *Eusebio.* Iudæi deficiunt à Romanis, oppressionibus per Præsides & maximè per Florum prouocati: inchoaturque bellum Iudaicum. *Ioseph. lib.* 2. *de bello cap.* 13. *&* 14.

Suetonius Paulinus & Pontius. A

B

69 | 25 Petri. | 13 Neronis

Vespasianus missus ad Iudæos debellandos, Galilæam occupat. *Ioseph. lib.* 3. *de bello cap.* 13. habet hic annus defectionem à Nerone, initium facientibus Gallis, *inquit Suet. cap.* 40. Duce Iulio Vindice, mox Nero Romæ audiens Galbam in Hispania defecisse, collapsus, fractoque animo propè intermortuus iacuit. Sed eodem die ad ingenium rediit, & ad nugas. *Suet. cap.* 42. Expeditionem in Gallos parat. *Suet. cap.* 44. *Dio, & Plutarchus in Galba.* Apostoli Petrus & Paulus eodem anno, & die 29 Iunii, coronantur Martyrio Romæ: Ambro. ser. 66, qui est de natali Apostolorũ. Athana. in Apolog. pro fuga sua. Greg. mag. psal. 1. pœniten. de qua historia prolixè ad hunc annum *Baron.* tunc contigit fugientis Petri regressus in Vrbem, vnde postea sacellum, DOMINE QVO VADIS, nuncupatum. *Amb. ad Auxẽtium. Hegesippus Iunior lib.* 3. *de exci. Hierosoly. ca.* 2. Petri vxor Martyr, at quo tempore non constat. *Clemens Stro. lib.* 7. Petro succedit Linus Papa, Tuscus, Volaterranus, Pauli Diaconus. *Ignatius Epistola* 5. *& de quo* 2 *ad Timoth.* 4. Post eum Cletus, & tertiò Clemens, *ex Epistola Ignatii ad Mariam Cassobolitem.* nisi quod ibi malè Anacletus positus sit pro Cleto. Andreas Apostolus circa hunc annum fit Martyr, *ex Epist. Presbyterorum Achaiæ.* Hic Patris in Achaia martyr in crucem actus est. *Baron.* 30 *nouem. Beda.* Vsuardus. de eius reliquiis 338. cur Scotorum patronus 818.

Festeius Capito, & Iulius Rufus. A

B

Linus.

Anni christi.	Anni. Pontif.	Anni Imp		Consules.
70	1 Lini	14 Neronis.	Huius anni consul Silius, est ille Poeta, qui scripsit de bello Punico. Rocolani Sarmatæ Mæsiam irrumpunt, cæsis duabus Rom. Legionibus: sed breui repulsi illi sunt, & cæsi. *Tacit. lib.* 17. *vel primo Hist.* Nero deficientibus fere omnibus, desperans rebus suis, in fuga se interimit, 4 Idus Iunii, anno ætatis 32. *Suet. cap.* 57. vbi etiam de fama subducti Neronis & non occisi, sed reuersuri: ita vt postea ab aliis putaretur futurus Anti-Christus. *lege Augustinum lib.* 20 *Ciuitatis cap.* 19.	Silius, & Galerius.
		Galba.	Galba ex Hispaniis vocatur, & imperat menses septem. *Onuphrius, Suet. & Tacit. lib.* 1. *Hist.* Vespasianus exagitata Galilæa parat obsidionem Hierosolymorum. *Ioseph. lib.* 5 *de bello.*	
71	2 Lini	Galba.	Falsus Nero detegitur, & capitur. *Tacit. lib.* 2. *Hist.* huius anni, & Imperii tumultus latè narrat itidem *Tacitus*, & Muciani refert insignem orationē ad Vespasianum. Marcus Fabius Quintilianus Rhetor hoc eodem anno venerat Romam cum Galba. *Euseb.* Vitellius edicto expulit Mathematicos. Cremona fūditus euersa, quæ pro Vitellio stabat contra Vespasianum. Britannia interim turbatur. imò & Germania. harum inter Imperatores nouos tragœdiarum hic exitus fuit. qui sequitur. Galba septimo mense occiditur in foro à militibus. Otho imperat menses 3, dies quinque. *Suet.* Sed aduenient ex Germania Vitellio, ille sibi mortem infert, imperatque Vitellius mēses octo. *Suet. Ioseph. lib.* 5 *de bello.* Vespasianus à Syriacis legionibus coactus, & Muciani oratione illa impulsus imperat. præmissi ab eo in Italiam occupant Vrbem, Vitellium occidunt. *Suet. Tacit. Dio.* Mira de Vespasiano adhuc Alexandriæ manente, *refert Tacit. lib.* 3 *&* 4. *Hist. & Suet. cap.* 7. Sed quid mirum? aderat enim illi Apollonius, *ex Philostrato lib.* 5. prædictiones de Mesia adscriptæ Vespasiano, *ex Ioseph. lib.* 7 *de bello cap.* 12. Euodius Episcopus Antiochenus Martyrium patitur. *Rom. Martyrol. sexto Maii.* succedit Ignatius. *Euseb. in Chro. & lib.* 3. *Histor. cap.* 16. *Origenes Homil.* 6 *in Lucam. Ignatius Epist. ad Antiochenos.* Sub mortem Vitellii contigit quod recensui excidium Cremonæ, *ex Tacit. lib.* 3 *Hist.*	Galba 2. & Vinius Crispinus. A
		Otho.		B
		Vitellius.		
		Vespasianus.		
72	3 Lini	1 Vesp.	Apud Gallos, Treueri & Lingones à Romanis deficiunt, nutatque reliqua Gallia. Domitianus & Mucianus ad hoc bellum accinguntur. Sed victis Treueris à Petilio Cereali, redeūt defectores plerique ad signa Romana. *Tacit. lib.* 4. *Hist. libro quinto, qui est nobis vigesimus primus: sed vltimus eorum, qui extant.* Sequuta est pax in Gallia & Germania, *quantum ex vltimi lib. fragmento potest colligi.* scripsit Tacitus ab excessu Augusti Annalium libros 16. Item Historiarum libros 5 ab excessu Neronis, & de vita Agricolæ librum 1, aliumque de moribus Germanorum. Illi Historiarum libri fuere quidem ab excessu Neronis, vsque ad Neruæ imperiū. Sed eorum quintus integer non extat, attingens excidium Hierosolymorum: vbi multa hic author de Iudæis à vero abhorrentia protulit. Annalium verò libros recensui *To.* 1. *cap.* 20. Galbæ, Othonis, & Vitellii tempora, non eodem modo putantur apud omnes. *Lege Scaligerum ad annum Eusebianū* 2096. *in Domitiano.* nos hic iuxta citatos autores, Vespasianum locamus Imperatorem: qui iam Romam nauigans, relinquit Titum filium ad bellum Iudaicum conficiendum.	Vespasianus 2. & Titus. A
			Titus ergo circa paschale tēpus vrbē Hierosolymā, & inclusam multitudinem, præter expectationem obsidet, 14 April. & tandem captam funditus euertit. *Ioseph. lib.* 6 *de bello cap.* 8. idq; iuxta Christi prædictionem, *Luc.* 18. *vers.* 41 *& cap.* 21. *vers.* 20. Templū decimo die Augusti incensum, *ex Iosepho lib.* 7 *de bello: & Tom. huius Chronologiæ primo cap.* 12. *num.* 8. vnde constabit facilè quā-	B

diu steterit. *Vide annum Mundi* 3489. Titus reiecta coronatione, victoriam Deo adscribit. de numero captiuorum *idem Ioseph. lib. 7. cap. 28.* Iudæi Tributarii facti, & didrachmum dicatum templo, pendere iubentur Ioui Capitolino. *Ioseph. ibidem.* nec postea defierunt seruire qui in Iudæa erant. ante obsidionem Hierosolymorum, Christiani Pellam emigrauerant. *Euseb. lib. 3. cap. 4.* de annis 42, qui à Baptismo ad templi excidium sunt, *Scal. Euseb.* 2086. Quid nunc de Agrippæ Regno, *vide supra anno* 46. Eum Hierosolymis superstitem mãsisse annis triginta contendit *Scal. ad annum Euseb.* 2086. & regno incolumi. tamen *Iosephus lib. 5. de bello cap. 6*, narrat iuisse eum Romam ad Galbam; nec amplius reuersum putant aliqui, sed amicè habitum à Vespasiano, *lege citat. cap. 6. Iosephi, & eundem contra Appianum li. 1.*

73 | 4 Lini. | 2 Vespasiani. | Vespasianus Capitolium sub Vitellio incensum, sumptuosè restituendum curat. *Suet.* Titus Romæ triumphat cum Patre de Iudæis, *Ioseph. lib. 7. de bello cap. 24.* & post hunc triumphum Iano clauso sextùm, paceque vbique terrarum composita, aggreditur Vespasianus constructionem templi pacis. *Ioseph. de bello citato cap. 24.* curat interim euerti templum Iudæorum (Onion vocatum) in Ægypto. *Ioseph. lib. 7. belli. ca. 20.* Stirps etiam Dauidis quæritur, & extirpatur à Vespasiano. *Euseb. lib. 3. Hist. ca. 11.* Diuenditur terra Iudæorũ, vt pote destituta cultoribus. Emaus datur militibus, & vocatur Nicopolis. alia est Nicopolis Epiri, de qua *ad Titum cap. 3, vers. 12.* Cæsarea (olim Stratonis turris) fit metropolis Palæstinæ. *Ioseph. lib. 7. c. 26.* de Agrippa, *vide an. 72. & 78.* | Vespasianus 3. & Cocceius Nerua, ex Iulio Frontino li. 2. de aquaduct.

74 | 5 Lini. | 3 Vespasiani. | Hoc anno Vespasiani contigisse videtur clades illa Antiochi regis Comagenæ, partim irruptione Alanorum inchoata in Armeniam, partim dolo Cesennii Pæti, qui Syriam administrabat artibus & armis. Pætus, Samosatam Comagenæ ciuitatẽ maximam, iuxta Euphratem sitam, occupat, Rege bellum contra Romanos ne cogitante quidem: Rex breui Romam vinctus mittitur à Pæto. Sed ibi cum filiis honorificè habitus est. *Ioseph. de bello lib. 7. c. 27.*

Post illud excidium Hierosolymorum, hæretici emerserunt plurimi, & ferè ex Iudæis; vt Nazareni, Esseni, Menander, & Ebion, de quo *Epiph. hæres 30.* De congressu Ioannis cum his, & contra eos, *scribunt, Irenæus, Origenes, Tertul. & Iustinus.* Moritur S. Martialis apud Lemouicenses; Galliæ Apostolus eo missus à Petro duas scripsit Epistolas: vnã ad Burdigalenses, secundã ad Lemouices. & Tolosates, *vt ex Actis eius constat.* Vnus fuit é 72 discipulis. Vespasiani temporibus narratur factum Senatus consultum Macedonianum, de ære alieno filiorum familias. | Vespasianus 4. & Titus 2. ex Onuphrio & aliis passim.

75 | 6 Lini. | 4 Vespasian | Hos Coss. notant *Sueton. & alii citati apud Onuphrium.* Fœdius hoc anno Alani incursionibus vastant Prouincias Mediæ & Armeniæ, vbi regnabant Pacorus, & Vologeses, *ex Iosepho. de bello*: qui hic narrationi suæ de bello finem post aliquot capita imponit. Vespasianus Remp. nutantem, & superiorum Imperatorum culpa penè collapsam restituit. *Sueton cap. 8.* Vespasiani edicto pellũtur vrbe Philosophi, ob procaciam linguæ in omnes, etiam in principes, temere potius, quàm libere obloquentes. *Dio. Suet. cap. 13. Seneca. lib. 10. Epist. ad Lucill.* Multi tunc Philosophi per Orbem suadebant virtutem imitati Apostolos, sed retento Idolorum cultu. *Philostratus in Tianæo lib. 5. Dio in Vespasiano. Lucianus in Peregrino.* Quidam impostor fictè Christianus, pecunias titulo peregrini corrogat. hic est, de quo *Lucianus in Peregrino.* Apollinaris circa hunc annum patitur Martyrium, Episcopus Rauennæ. *Acta. Martyr. Rom.* | Domitianus 2. & Messalinus.

76 | 7 Lini. | 5 Vespas. | Hoc anno habitum est vltimum Lustrum. *Censor. de die nat.* | Vespasianus 5. & Titus 3.

Anni Christi.	Anni Pontif.	Anni Imp.		Consules
			c. 15. Post hæc cœperunt putari tempora per Agones, *vt infra ad annum* 88. Vltimo hoc lustro reperti sunt multi superantes annum centesimum. *Plin. lib. 7. cap.* 49. vt mirum non sit tandiu vixisse D. Ioannem. narratur habitus primus Census, seu conditum primum Lustrum à Seruio Tullio rege, qui, *ex Valerio lib.* 3. quater Lustrum fecit, & ter triumphauit. hanc Lustri consuetudinem intermissam à Rege Superbo, repositam à Consulibus, & permissam tandem Censoribus, diligentius cæteris *notat Sigonius in Fastis, in Tullio, & deinceps anno Vrbis* 255, & 279. Primo illo Lustro censa sunt ciuium capita 80000. & quia postea Lustrum à Censoribus quinto quoque anno plerumque conditum est, hinc Lustrum pro quinquennali spatio sumebatur sed male. quo modo deceptum etiam Ausonium noto an. *v. c.* 171. De Iudæorum ingenti strage Alexandriæ, *Euseb.*	
77	8 *Lini*	6 *Vespasiani.*	Silures in Britannia maiori rebellantes contra Romanos, reuocantur ad Romana signa à Iulio Frontino. *Tacit. in vita Agricolæ.* Hoc circiter anno Achaia, Lycia, Rhodus, Bizantium, Cilicia, Samothracia, & Comogena, liberæ antea Prouinciæ sub regibus & principibus fœderatis, nunc rediguntur in formam Prouinciæ. *Suet. cap.* 8. *Eutrop.* Aurelius Victor, & *Euseb.* Templum Paci æternæ à Vespasiano erigitur, & sine exemplo vllo maiorum dedicatur. Eò intulit ornamenta & vasa templi Hierosolymitani. *Dio in Vespasiano, Ioseph. lib. 7. de bello c.* 24. hoc tempore floruit ille Asconius Pædianus scriptor historicus, *de quo Euseb. in Chro. anno* 2091. Alter Asconius, qui edidit commentarios in orationes Ciceronis, fuit Virgilio familiaris; & in Orationem pro Cornelio, Liuium se nouisse ait.	*Vespasianus 6. & Titus 4.*
78	9 *Lini*	7 *Vespasiani.*	Nascitur Adrianus, postea futurus Imperator, 24 Ianuarij *ex Dione & Spartiano.* putatur vixisse annis 62. & aliquot mensibus. In hunc annum aliqui referunt mortem Agrippæ. certè de fine regni res incerta est, an successerit filius, *vide an.* 72.	*Vespasianus 7. & Titus 5.*
79	10 *Lini*	8 *Vesp.*	Hoc anno *Plin.* scribit res suas. nam. *l.* 7. *c.* 40 numerat quartum annum à Censu Vespasiani. Parthorum Rex, dictus Artabanus, Vespasianum offendit, quod opem tulisset cuidam falso Neroni. quis tamẽ sit iste Artabanus, an filius Vologesis, vel alius, non explicat huius rei scriptor *Zonaras.* tres Ciuitates in Cypro insula terræmotu pereunt. *Euseb.*	*Vespasianus 8. & Titus 6.*
80	11 *Lini*	9 *Vesp.*	Tanta nunc pestis Romæ grassata est, vt quotidie initus mortuorum numerus attingeret 10000. Linus Papa Martyr, coronatur 9. Kalend. Octob. iussu Saturnini Consularis. *Acta.* Martyres fiebant etiam sub Vespasiano, non tamen eius dicto, & fortè inscio. *ex Suet. cap.* 15. Succedit Cletus Romanus.	*Cæsonius Commodus & Priscus.*
81	1 *Cleti*	10 *Vespa.*	Vespasianus moritur anno ætatis 69. 8 Kal. Iulii *Sue. c. 6.* succedit Titus filius Princeps optimus. *Ex eodem Suet. & Hieron. in cap. 6. ad Galatas.* de crimine impietatis nunquam permisit cognosci. *Dio in Tito.* sequuta pax Christianorum. hoc anno in Campania sub Autumni tempus, *inquit Dio,* (rem etiam notat *Suet. in Tito. c.* 8) Veseuus mons, seu Vesuuius, *vt est apud Plinium (apud Xiphilinum est,* ὄρος τὸ Βέσβιον) qui spectat mare ad Neapolim, ita conflagrauit, vt existimarent homines Mundum in Chaos redigi: tantusque fuit cinis, *inquit Dio,* vt indè peruenerit in Africam, Syriam, Ægyptum, & Romam. de Plinio, Historiæ naturalis authore, in eo monte extincto, *narrat Plinius eius nepos Epistol. ad Tacitum,* historias scripturum, inquirentemque obitum Auunculi. Menander Magus, Simonis Magi discipulus, sub hæc Titi tempora Romæ apparuit, præceptore etiam deterior. *Epiph. Irenæus, Euseb.*	*Vespasianus 9. & Titus 7.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imp.		Consules.
82	2 Cleti.	1 Titi.	Hoc anno, *vt testis est Dio*, Agricola in maiori Britannia strenuè se gerens, crebras reportauit victorias. nondum tamen fortasis (*quod significat Tacitus in eius vita*) toti Britanniæ designatus gubernator. hic Iulius Agricola, primus omnium Romanorũ Britanniã circumfusam mari vndique, & insulam esse cognouit. quibus rebus in Britannia gestis, Titus Imperator 15 appellatur. Agricola tãdẽ à Domitiano postea interfectus est. *hæc Dio, licet non planè cõsentiat cum Tacito.* De Amphitheatro Romæ à Tito extructo. *Euseb. in Chro.* hoc ipso anno Roma triduo conflagrauit incendio, diuinitus immisso. *Dio in Tito, Suet. ca. 8. in Tito.*	*Titus 8. & Domitianus 7.*
83	3 Cleti.	2 Titi	Titus summo omnium dolore extinguitur veneno à fratre Domitiano. alii morbo extinctum dicunt, alii incluſum arca lignea niuibus repleta periisse 14. Septemb. anno ætatis 41. Succedit frater Domitianus, *Dio & Sueton.* bonas initio leges condidit. *Dio in Domitiano, Suet. c. 7.* & laudatur à *Martiali.*	*Plantius, & Pollio.*
84	4 Cleti	1 Domitiani.	Iosephus nunc Romæ commoratur & charus Principi, scribit libros de Antiquitatibus. *Iosephus in vita sua in fine.*	*Domitianus 8. & Flauius.*
85	5	2 Domitian	Incipit sæuire Domitianus. pellit ex Vrbe Philosophos, Dionem Chrysostomum (*ex ipsomet Dione, oratione* 45) Epictetum Stoicum, & Peregrinum, *ita Lucianus in Peregrino.* Plures ab eo occisos & primæ nobilitatis, *narrant Suet. Dio, & Eusebius.* Sunt qui pulsum etiam notent Musonium. Sed multi fuerunt. an fortè iste est, quem ab exilio reuocauit Titus vel Vespasianus, *ex Zonara & Xiphilino.*	*Domitianus 9. & Virginius.*
86	6 Cleti	3 Domitiani.	Auget Domitianus superstitionem Gentilium, etiam templis. *Dio, Suet. & Martialis l. 8 & 9. Epigr.* Vestales tres virgines stupri damnatas iussit viuas infodi. *Euseb. in Chro.*	*Domitianus 10 & Sabinus.*
87	7 Cleti.	4 Domitiani.	Picti relicta Scythia, quærentes nouas sedes, Britanniæ maioris partem Borealem inuadunt; & victis incolis, domicilium ibi figunt. *Polidorus lib. 2.* cùm tamen *Tacit. in vita Agricolæ*, memorans huius insulæ tunc casus varios, nullam huius rei faciat mentionem. Verùm nec *Taciti* narratio in omnibus consentit cum *Dione*: nec Romani totam pacatam insulam vnquam obtinuerunt, si historiæ Britannicæ scriptoribus, fides adhibetur, & Seueri tempora expendantur. florent nunc Poetæ, Iuuenalis & Martialis. adhuc viuebat Statius.	*Domitianus 11 & Aurelius Fuluius.*
88	8 Cleti	5 Domitiani.	Exercitus Romanus, quem in Germania ducebat Fuscus aut Iulianus, profligatur à rege Daciæ, occiso Fusco: *Niceph. & Iornãdes in historia Gothica.* & tamen Domitianus Germanici nomen vsurpauit. Instituit nunc Domitianus quinquennale certamen Capitolino Ioui, seu ludos Capitolinos, *ex Sueton. c. 4. in Domitiano.* Atque ab hoc Consulatu, anni per Agones Capitolinos cœpti sunt numerari. Agon quatuor annos habebat, & potest referri primus Agon ad annum secundum Olympiadis 216. rectè consignatur. hic annus Christi pro hoc Agone. est annus Orbis 4089. ac proindè annus 862 à prima Olympiade: & annus Vrbis conditæ 837, qui duo nũmeri cũ illo anno Orbis citato cõsentiunt, & cum sede, quam dedimus Vrbi, primæque Olympiadi in annis expansis ante Christum. hos Consules passim notant authores cum *Censorino.* totidem Iphiti annos notauit *Scaliger de Emendatione l. 5. c. de Agone.* rectéque putantur. idem constat de annis Vrbis: si enim Actiaca victoria habuit annum Vrbis 722, vt notauimus, indèque ad Christum sunt 28 anni: & rursus à Christo ad hunc duodecimum Consulatum Domitiani sunt anni 87 absoluti, resultat annus ille Orbis 4089. quod verò vetus Chronologus *apud Clementem l. 1. Strom.* ponat 114	*Domitianus 12. & Dolabella.*

Annis Christ.	Annis Pontific.	Annis Imp.	
			annos ab Actiaca pugna ad hunc Agonem, deficit annis duobus à vero calculo, vt iam satis ostendi. Hunc Agonem Capitolinũ vocari Lustrum in veteribus inscriptionibus, *ostendit idem Scaliger.* duo menses nominantur, September Germanicus, & October Domitianus. *Euseb. in Chro. Suet. c. 13. & Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 12.* Sed an Domitiani anno quarto, vel 8, vel etiam vndecimo, incertum est. Sanè ante Consulatum decimum, non est dictus Germanicus hic Imperator.
89	9 Cleti.	6 Domitiani.	Quintilianus, *de quo supra*; natione Hispanus, Romæ primus docet mercede publica. *Euseb. Cassiod.* Higinius Philosophus nunc floruisse putatur. Agricola res Romanorum in Britannia promouet, proferens vltra solitos limites imperium, *Tacitus in eius vita.*
90	10 Cleti	7 Domitiani.	Ludos seculares ferè anno Vrbis 841, Romæ celebrat Domitianus ineunte octauo imperii anno, iuxta rationem, quam de his init *Onuph.* hunc etiam Consulatum notauit *Scal. de Emend. l. 5.* sed de varia temporis consignatione quoad hos Ludos, alibi dictum est. meminit *Euseb. in Chron.* expeditionis Domitiani in Dacos, & *Suet. cap. 6.* geminam scribit, nec sine triumpho. *cap. 13.*
91	11 Cleti	8 Domitiani.	Domitianus Neruam Cocceium mittit in exilium, quod Apollonii consuetudine vteretur. Apollonius verò ad ignominiæ notam barba nudatus, & causam dicere iussus, euanuit: mansitque Ephesi vsque ad mortem Domitiani. *Philostratus l. 7.* breui tamen Domitianus reuocatum Neruam designat Consulem. deficiunt ab imperio non paucæ nationes, Romanorum qui præerant auaritia, & rapinis impulsi. ex his Numidæ aliqui contra Flaccum Prætorem; à quo tamen breui sunt castigati, *Zonaras.* Agricola in Britanniam penetrat vsque ad Caledonem. *Tacitus in vita.* Edicto Imperatoris ex Italia pelluntur Astrologi & Philosophi, *Philostratus, Euseb.*
92	12 Cleti	9 Domiti. n	Alter hic Consul postea futurus est Imperator. Ioannes Apostolus, tanquam impietatis reus, mittitur ex Asia Romam, & in solium vel dolium olei missus egreditur illæsus, relegaturque in insulam Pathmos. *ex Tertulliano de Præscriptionibus c. 36. Hier. in c. 20. Math.* & traditio Romæ recepta est. Contigit hoc pridie nonas Maii ex veriore *Bedæ, Vsuar. & aliorum* sententia.
93	1 Clementis I.	10 Domitian	Domitianus Imperatorum primus se Deum vocari præcepit, erectis etiam in hunc finem statuis. *Cassiod. & assentator Martialis in Epig. quodam.* Persecutio secunda in Christianos excitatur à Domitiano, inchoata à relegatione illa Ioannis, & martyrio Cleti, 26 April. succedit Clemens Romanus, ordinatus à Petro. *Tertul. de præscriptionibus c. 12.* locum cesserat antea Lino, & Cleto, de quo *Epiph. hæresi 27.* de hoc Clemente *ad Philippenses 4.* Antipas in Asia martyrio coronatur, de quo fit mentio *ibid. ca. 2. vers. 13.*
94	2 Clementis I.	11 Domitiani	Hoc anno, qui est octauus Agricolæ in Britannia, *Tacitus in eius vita*, putat totam insulam subiugatam, accepisse iura Romanorum, & Agricolam, breui reuocatum Romam, indignè exceptum à Domitiano. Sunt qui notant *Tacitum* in eo libello, vt initio quidem ex ignorantia fortè rerum Iudaicarum, ita in reliquo opusculo, studio augendi res à Socero hoc suo gestas, transgressum verioris historiæ limites: *vt an. 87 subindicaui.* Glabrio vir Consularis impietatis damnatur Romæ. *Dio in Domitiano.* vbi satis indicat fuisse Christianum. Sæuit in Iudæos Domitianus. *Sueto. cap. 12.* & præterea in Vestales. *Euseb. in Chro.*
95	3 Clementis	12 Domitiani	Seditionem in Ecclesia Corinthiorum sedat Clemens sua Epistola, legi de inceps solita in Ecclesiis. *Euseb. 3 hist. cap. 2.* de variis

Consules.	
Domitianus 13 & Saturninus	
Domitianus 14 & Rufus.	
Fuscus & Sempronius.	
Domitianus 15 & Nerua 2.	
Tatianus & Glabrio.	
Domitianus 16 & Volusius.	
Pompeius & Cornelius.	

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			variis per hunc Pontificem datis Episcopis, prolixè satis *Baron.*	*Nonius, & Aricinus Clemens.*
96	4 *Clemẽtis I.*	13 *Domitiani*	Hoc circiter anno Vlpius Traianus, postea futurus Imperator, præficitur legionibus Galliæ, & ad Rhenum. Narrat *Euseb.* à Domitiano editum edictum, ne fieret in Christianos persecutio. Sed non diu mansit ille in sententia. Iosephus anno hoc 13 Domitiani absoluit libros Antiquitatum, *vt ipse in fine testatur.* Eius de Christo testimonium, ad hunc annum retulit *Baronius.*	
97	5 *Clementis I.*	14 *Domitia.*	Mathematici & Astrologi, iterato edicto pelluntur Roma. Nunc, hoc est vltimis Domitiani temporibus, scriptam à Ioanne Euangelista Apocalypsim, *ait Irenæus l.* 5. Asianas Ecclesias Ioannes non fundauit omnes, sed rexit, *inquit Epip. hæresi* 51. licet fundasse dicat *Hieronymus in Ioanne de Script. Eccles.*	*Domitianus 17 & Flauius Clemens.*
98	6 *Clemẽtis I.*	15 *Domitia.*	Domitianus Flauium Clementem suum Patruelem (quẽ *Dio* Fabium vocat) virum Consularẽ, & cuius filios designauerat successores Imperij, occidit ob religionem Christianã, *Suet. c.* 15. relegatam Clementis vxorem Flauiam Domitillam *scribit Dio in Domitiano.* Alteram Domitillam, Clementis ex sorore neptim & virginem, ob eandem causam relegat in insulam Pontiam. *Dio, Euseb. in Chro.* Eius memoria agitur septimo Maii. interim Domitianus à crudelitate, Nero est appellatus. vnde *Iuuenalis*: ET CALVO SERVIRET ROMA NERONI. *Vide Tertul. in Apologetico c.* 5. Dum hæc aguntur, Clemens Papa septem Notariis distribuit regiones Vrbis, qui exciperent Acta Martyrum. tandem occiditur Domitianus à Stephano Flauiæ Domitillæ relegatæ procuratore. *Sueton. c.* 17. *Dio, & Philostratus lib.* 8. Eius statuæ, & arcus euertuntur. *Dio. & Macrob.* Succedit Nerua, oppido Narnienſi genitus, Senatu & exercitu consentientibus. hic reos impietatis, id est, Christianos, restituit. *Dio.* Et Iudæorum nomine intelligi Christianos interdum, docuit etiam *Suetonius.* IVDÆOS (*inquit*) DVCE CHRISTO TVMVLTVANTES. Periisse putatur Domitianus anno ætatis 45. Certè anno Imperii 15 excurrente occidit, ex veriori calculo, idque decimo quinto Septembris.	*Fabius, & Antistius.* A B
99	7 *Clemẽtis.*	1 *Nerua.*	Tacitus affirmat hunc Consulatũ Neruæ accidisse 210 annis à Consulãtu Metelli, & Papirii Carbonis, quem nos *Tomo primo* notauimus in Consulũ Catalogo, ad annum Vrbis 640, & post Orbis annũ 3890. quæ annorũ ratio satis coincidit in hunc Christi annum, quẽ hic notamus. Ioannes nouo illo Neruæ edicto proposito, redit ab exilio Ephesũ: vbi Euangeliũ in Pathmo scriptum euulgauit aduersus hæreticos, diuinitatem negantes in Christo. *Athanasius in Synopsi. Epiph. hæresi* 51. de tribus eius epistolis *lege Baron.* ad hunc annũ. Moritur Apollonius Tianæus incerta morte. *Lucianus.* Nerua ætate grauis, & quorundã cõspiratione permotus, adoptauit maturè Traianum, qui mox putatur accepisse Tribunitiam potestatem: vnde aliqui numerant eius Imperii annos, potius quàm à morte Neruæ, certè possessionem Imperialis dignitatis non est adeptus ante Neruæ obitũ, quicquid sit de Tribunitia potestate, quam aliqui cum Onuphrio pro charactere accipiunt, ad inueniendos Imperatorum annos. Cæterũm Neruæ mors incidit in 24 Ianuar. anni sequentis, cum regnasset anno vno, mensibus 4. & diebus nouem. successit Traianus, homo Hispanus, adoptatus, vt dixi, à Nerua. *Dio*, qui mox Neruam retulit in Deorum numerum. Ex *nummo.* DIVVS NERVA PERPETVVS.	*Cocceius Nerua & Virginius 3*
100	8 *Clemẽtis I.*	1 *Traiani*	Ecclesia hoc tempore ceperat magnum incrementum. *Plin. lib.* 10. *Epist.* 97. *in fine.* Silent Oracula. *Plutarch. in Dialogo de Oraculis.* Sub hoc Traiano florent Dio Chrysostomus, Plutar-	*Nerua 4. & Traianus. 2.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

chus, Florus, qui Liuij Epitomen edidit, & Cornelius ille Tacitus, *de quo supra*. Item Neratius & Celsus Iurisconsulti. Persecutio sub Traiano excitatur in Christianos hoc ipso anno, quicquid dicat *Eusebius*. non tamen ex nouo edicto aliquo, sed ex lege, qua vetuit sodalitia. Sic ergo prohibentur Christiani conuenire, & ex hoc prætextu sæuiunt in eos iudices. *Plinius citata Epistola* 97. Clemens mittittur in exilium, iubente Traiano. *Metaphrastes* 23. *Nouembr.* Martyres Flauia Domitilla Iunior, & alii. *Martyrologium* 7. *Maij*, *& ibidem Baronius*. hoc anno succedit Episcopus Alexandrinus Cerdo nomine, non ille Hæresiarcha. *Euseb. lib.* 3. *cap.* 20.

Consules.

SECVNDI CENTENARII initium.

Regna.

PEnes *Romanos adhuc sunt regna, quorum erant primo centenario Domini: proferuntque Traianus & Antoninus Imperiũ vltra consuetos terminos. ille etiam ad Indos.*

ſtatus *Eccleſiæ.*

A *Traiano vſque ad Seueri an.* 7. (*qui eſt an.* 201.) *Eccleſia graues pãſſa perſecutiones, & ſanguine Martyrum ditata, mirum omnibus quantum per Europam, Aſiam, Africamque excreuerit, vel etiam clariſsimorum virorum acceſsione.*

Doctrina *huius ſæculi.*

ECcleſia non errat. *Tertull. de Præſcript. cap.* 19. primatus, *ibid. cap* 22. & *Iren. lib.* 3. *cap.* 3. Liberum arbitrium. *Iuſtin. Martyr Apol.* 2. *ad Antonin. Imp.* Iren. *lib.* 4. *cap.* 9. Opera bona, & merita. *Tertul. in Scorpiaco cap.* 6. *Iren. lib.* 4. *cap.* 34. Euchariſtia. *Iren. lib.* 4. *cap.* 34. Sacrificium. *Iuſtin. Mart.* Dialog. *cum Tryp. Tert. ad Scapu. cap.* 2. Pœnitentiæ Sacram. *Tertull. de Pœnit. cap.* 7. 8. & 9. Purgatorium. *Tertull. de coron. Milit. cap.* 3. & *de Monogam. cap.* 10. Inuocatio Sanct. *Iuſtin. Mart. Apol.* 2. *ad Antonium Imp. Iren. lib.* 5. *cap.* 19. Reliquiæ Sanct. *Iuſtin. Mart. qu.* 28. Cælibatus. *Iuſtin. Mart. Apol.* 2. *ad Anton. Pium. Tert. de velan. virg. cap.* 3. Abſtinentia à cibis. *Teleſphor. epiſt. ad vniuerſos, refertur d.* 4. *c. ſtatuimus. Tertull. de ieiun. cap.* 1.

Anni Chriſti.	*Anni Pontific*	*Anni Imp.*		*Conſules.*
101	9 *Clementis*	2 *Traiani.*	TRaianus, qui acceperat Imperium in Germania apud Coloniam Agrippinam, venit hoc anno Romam. *Dio, & Plinius in Panegy.* breui iturus in Dacos. Hoc eodem anno, qui eſt 68 à Paſsione, moritur Ioãnes Epheſi. *ita Hieron. in Ioan. Euſeb. in Chro. & Tertull. lib. de Anima cap.* 50. *Vide etiam Iren. eum lib.* 4. *cap.* 3. Meminerunt Sepulchri eius (quod mortuorum eſt) *Chryſoſtomus Homil.* 20. *in Epiſt. ad Hebr. & Euſeb. lib.* 3. *cap.* 33. *in ſuper Auguſtinus Tractatu* 124. *in Ioannem* propendet in mortem. Conſentit *Beda ibidem*. Refert *Auguſtinus* fabulam de motu Sepulchri. Cæterum primus aſſerens non obiiſſe Ioannem, putatur *Hippolytus Portuenſis, in Tract. de mundi conſum.* ſicut Ioannis aſſumptionem poſt mortem ſuadet *Nicephorus*. De Ioannis ætate *Baronius*. putatur tẽpore Paſsionis fuiſſe 25 annorum, quando factus eſt Sacerdos. quare obiit anno ætatis 93. fauet *Epiph. hæreſi* 51. Obiit Apoſtolorum vltimus. Succeſsit Epheſi Oneſimus. *Ignat. in Epiſt.* 14.	*Cornelius Palma & Soſius.*
102	10 *Clementis* 1.	3 *Traian.*	Hoc anno 3 Conſul factus eſt Traianus cum Frontonẽ, ac proinde nunc victo Dacorum rege Decebalo, dictus eſt Dacicus. *vt ex veteris nummi inſcriptione refert Scal, anno Euſeb.* 2117. cõſentit annus Vrbis 852. appoſitus Faſtis Capitolinis, & reſultat annus Orbis 4103 congruens noſtris annis expanſis. *Baronius* hoc reiecit in annum Chriſti ſequentẽ: quod & fecerũt alii quidã recentiores. In Armenia nunc regnabat Parthamaſiris, qui à Parthorũ rege, & non à Cæſare Diadema regni accipiẽs, causã	*Traianus 3. & Fronto.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			dedit Traiano, bellum inferendi postea, sub Consulatu Commodi, tũ Armenijs, tum Parthis. *Dio*, qui gloriæ captandæ causa ait motum hoc bellum, quo tempore Parthorum vires satis erant inteſtinis bellis debilitatæ. sed de hoc bello inferius. Clemens Papa obiit Martyr. *Euseb. l. 3. cap. 28. Hier. in Clemente. Metaphraſtes 23 Nouemb. Greg Turonenſis de gloria Martyrum c. 35 & 36.* de ſcriptis Clementis, & cuius fidei ſint, quæue eius Epiſt. germanæ, *vide Turrianum contra Magdeburgenſes.* ſatis agit prolixè hic *Baronius* de Conſtitu. Apoſtolicis, Canonibus, & eorum numero, deque Itinerario ſeu circuitu Petri, aut ſi mauis, de decem Recognitionum libris. Sanè non ſunt hæc ſcripta certæ prorſus fidei: & pleraque ex illis meritò putantur apocrypha. Recognitiones porrò deprauarunt Ebionitæ. *Epiph. hæreſi* 30.	
103	1 *Anacleti.*	4 *Traiani.*	Hoc anno Plinius ſecundus fuit Conſul: non quidem ordinarius, ſed honorarius. *ita ipſe in Epiſt.* vnde ſequenti anno ſortitus eſt prouinciam more maiorum. fuere plures Plinij. hic Iunior eſt Nouocomenſis, & author Epiſtolarum ac Panegyrici. *vide annum* 81. Menſe Aprili eligitur Anacletus, natione Græcus.	*Traianus 4. & Articuletus Patus.*
104	2 *Anacleti.*	5 *Traiani.*	De Conſulum horum nominibus non conſtat apud omnes. pro Seneeio, Seruianus eſt *apud Spartianum in Adriano Cuſpinianus* Seruiliũ notat. *Faſti Græci* habent Συρι. τὸ β΄ καὶ Συρίκ. *Onuphrius* Senecium retinet. *Baronius Spartianum* ſequutus eſt. Decebalus in Dacia, violatis pacis conditionibus, iterùm à Traiano in Germaniam regreſſo vincitur, & manus ſibi infert. Dacia fit prouincia anno ſequenti. *Eutropius.* illud in admiratione tunc habitum eſt, quod Pontem ingentis artificii & magnitudinis Danubio impoſuerit Traianus, quem tamen poſtea euertit Adrianus, ne eo ad facilem tranſitum vterentur Barbari. *Dio.* Hoc anno Plinius ſortitus Prouinciam Bithyniam, indè conſulit Traianum per literas. *Epiſtola 97. lib.* 10, de Chriſtianorum numero, conſtantia, & innocentia, monẽs Imperatorem. reſcribit Traianus non eſſe quærendos, ſed oblatos eſſe puniendos. *Plin. Epiſt.* 98. arguitur reſponſum à *Tertulliano in apolog. ca.* 2. & *Euſeb. lib. 3. c.* 23.	*Sura 2. & Soſius Senecius*
105	3 *Anaclet*	6 *Traiani.*	Hoc anno Traianus quintùm Conſul, redegit Daciam in Prouinciam, *ex antiquo nummo, & Dio in Traiano.* Rectè conſentit cum Faſtis Capitolinis, & anno Vrbis 855. Eodem anno audit Traianus Romæ externarum nationum legationes. *Dio.* floret Euphrates Philoſophus. Elxai Pſeudopropheta ex Iudæis prodiens, & impugnans virginitatem, vexat Eccleſiam. *Epiph. hæreſ.* 24 & 30.	*Traianus 5. & Maximus 1.*
106	4 *Anacleti.*	7 *Traiani.*	Traianus columnam ingentem, quæ adhuc Romæ extat, erigit in foro Traiani. *Dio in Traiano.* Anacletus illuſtrat Sepulchrum B. Petri. *Euſeb. lib. 3. cap.* 14. Edeſſena Eccleſia affligitur, vbi olim Abagarus.	*Suranus 2. & Marcellus.*
107	5 *Anacleti.*	8 *Traiani*	Adrianus (poſtea futurus Imperator) exercuit Tribunitiam poteſtatem, volente Traiano. *ita Spartianus.* non ergo eſt hic certus Character Imperialium annorum.	*Candidus & Quadratus 2.*
108	6 *Anacleti.*	9 *Traiani.*	De Traiani expeditione nobili in Orientem nunc inchoata, *Dio prolixè in Traiano:* his ſanè Conſulibus ex Caſſiodoro, ac proinde anno Vrbis 858. Conſentiunt noſtri anni Orbis expanſi, *Vide Cuſpinianum de Conſulibus.* Idem Traianus vndecim millia Chriſtianorum, quos reperit in exercitu, relegauit in Armeniam. Romulus vir clarus Martyrium patitur. *Martyrol. 5 Sept.*	*Ceionius Commodus, & Crealis.*
109	7 *Anacleti.*	10 *Traiani.*	Dũ Traianus Antiochiæ hybernat, ingens terræmotus, hãc, & alias Aſiæ ciuitates, Græciæque partem non minimã, magna affecit clade. ſunt, inquã, qui hũc annũ notẽt, ſed rectius fortè	*Soſius Senecius 4 & Licinius Sura. 3.*

annum 117. cæterùm iam Imperator ineunte uere vltra Euphratem, Tigrim, & Arbela, Alexandri victoriâ locum nobilẽ, progressus, varias subegit Prouincias; captâ etiam Nisibi ciuitate: & sextùm Imperator nominatus est. sed *ex Onuphrio & veteribus inscriptionibus*, hunc titulum solum sequenti anno sibi assumpsit. si quibusdam creditur, nunc obijt Agrippinus Agrippæ regis filius, anno regni 30. nec scribunt authores, an Iudæa postea vllum regem habuerit. de Dionysio Areopagita multa ad hunc annum *Baronius*. Illud certum est, nunc obijsse Martyrium Simonem, dictum fratrem Domini, filium Cleophæ, Episcopum Hierosolymitanum, ætatis anno 120. *Euseb. in Chro. & lib. 3. Historiæ cap. 26.* succedit Iustus. Ignatius Episcopus Antiochenus, Orientis Primas, hoc anno mittitur vinctus Romam, vt *ex eius Martyrio* anni sequentis colligitur. varia scripsit, de quibus hîc *Baronius*. Ignatij Epistolas, insigne Traditionum Apostolicarum promptuarium collegit S. *Polycarpus*.

110 | 8 Anacleti. | 11 Traiani. | Gallus, & Bradua.

Hic annus est, quo capta vrbe Ctesiphõte, Traianus Tigrim trangressus, vsque ad Oceanum & Indiæ terminos, tot subegit nationes, vt permisetit Senatus quot vellet triumphos. *Dio*. Sic ille, quòd nullus alius post Alexandrum, vsque ad Indos protulit imperium. Ignatius Romæ leonibus obiectus Martyrium consummat. deferuntur Antiochiam eius Reliquiæ; hoc est, asperiora ossa. vbi multis coruscarunt miraculis. *Euseb. in Chro-Hieronymus in Ignatio*. successit Hero Episcopus. *Euseb. in Chro.* vt prædixerat *Ignatius Epistola ad eundem*. Onesimus quoque Romæ fit Martyr. *Martyrologium Romanum decimo sexto Februar.* Cerdoni Alexandrino Episcopo succedit Primus, seu Priamus. *Euseb. in Chro.*

111 | 9 Anacleti. | 12 Traiani. | Post Braduã.

Notari potest hic annus Consulatu post Braduam: nam alioqui de nominandis his Consulibus dissensio est *in Fastis*. communiter notantur Palma & Caluisius Tullus 2. Consul. *vide Onuphrium anno 862. Baronius* hîc ponit Pedonem & Messalam. quorum prior, *vt scribit Dio*, extinctus est in illo admirando terræmotu Antiochiæ. sed hunc vrbis illius casum, notant aliqui ad annum Traiani decimum, alii 12, alii 18. ita vt vix certam sedem habeat Pedonis Consulatus. quem tamen cum multis locamus ad annum Traiani 18. quamuis sedes anterior non sit pertinaciter illi Consulatui neganda. Traianus domitis Orientis prouincijs plurimis, subiugat etiam Arabiam, & Indicã è mari Rubro nauigationem cogitans, audit rebellasse paulò ante subiugatas à se prouincias. *Eutrop. Xiphilinus*. Iulius Frontinus suo scribit stratagemata: & Lucianus, æquè atheus ac apostata, Dialogos.

112 | 1 Euaristi | 13 Traiani. | Crispinus, & Solennus Orphitus.

Traianus, posthabita expeditione Indica, regreditur, & domat rebelles, receptis ciuitatibus Nisibi, Edessa, & Seleucia. *Dio*. Anacletus Martyrium patitur, 3 Iulij, an. 9 Pontificatus. *Martyrol Rom*. in tertia eius Epistola vsurpatur rectè nomen Patriarchæ, & prærogatiua sedium: quod Nouantes offendit. Succedit Euaristus. *Augusti. Epist. 165*. hic diuisit Romæ titulos, id est, domos mancipatas diuino cultui. vbi Synaxes fiebant, ad imitationem titulorum fisci. *l. si quando, Cod. de bon. vacant.* fuit hic titulus vexillum crucis. *l. vlt. de paga. C. Theodosiano*. nunc pantheon fulmine ictum arsisse *scribit Eusebius in Chro. & ibidem Scaliger*, quodnam ex multis Pantheis illud fuerit, expendit. probabilius est, non illud Agrippæ, sed Iouis vltoris delubrum fuisse. *lege Plinium lib. 36. cap. 15*.

113 | 2 Euaristi. | 14 Traiani. | Puso, & Rufticus.

Iuxta Fastorum tabulam magis receptam hic annus habet

Anni Christi.	Anni Pontif.	Anni Imp.		Consules.
			Consules Pisonem & Rusticum: aliqui tamen alios proferunt, *vt vides apud Onuphrium anno* 864. Traianus Cte siphontem ingressus, ad vitandas deinceps rebelliones, Parthis dat regem Psamatosirim, *ex Spartiano*, quo etiam tempore prouincias fecit Armeniam, Assyriam, & Mesopotamiam: nec vnquam ad tantam amplitudinem peruenit aliâs Romanum Imperium: & certè iam magnitudini laborabat sua; cœpitque ab hoc fastigio sensim declinare, ac decrescere.	
114	3 Euaristi.	15 Traiani.	Traianus valdè Iudæos vexat. *Dio.* Iusto Episcopo Hierosolymitano vita functo, sex alij *quos refero an. seq.* intra 13 annos substituuntur. *Euseb.* hoc anno Traianus contra Arabes rebellantes digreditur, sed conatu inutili; dum ille viribus deficientibus nec Romam redire, nec parta tueri commodè potuit. Ex quo duo sequentes anni, pleni sunt rebellionibus & prodigijs, *vt narrat Dio.*	Traianus 6, & Africanus.
115	4 Euaristi.	16 Traiani.	Hoc anno notantur hi Consules *ex Cassiodoro & Cuspiniano.* Ex tot Episcoporum morte Hierosolymis, coniectura est alicuius persecutionis in Christianos, dum Traianus esset in Oriente. numerantur illi Episcopi, Zachæus, Tobias, Beniamin, Ioannes, Mathias, & Beniamin alter.	Celsus 2 & Crispinus.
116	5 Euaristi.	17 Traiani.	Alios tamen Consules refert *Onuphrius anno* 867. Iudæi rebellantes ad Cyrenem vrbem duce Andrea quodam, item in Ægypto & Cypro, occidunt 220000 Græcorum & Romanorum: sed missus à Traiano Martius Turbo, egregiè rebelles castigauit. *Xiphilinus & Euseb. lib.* 4 *Hist.*	Hasta & Vopiscus.
117	6 Euaristi.	18 Traiani.	Hos consules notant *Cassiodorus*, *Cuspinianus*, *& alijnon pauci*: ac proindè nunc contigisse debuit ingens ille terræmotus Antiochiæ, *de quo superius*; *& quem describunt Dio*, *& Xiphilinus.* certè, si creditur *Euagrio*, quem sequitur *Baronius*, accidit anno Christi 111, & Traiani 12. sed *Scaliger ad annum Eusebij* 2129 ait, esse quadriennij prochronismum, accidisseque anno Christi 115. dixisset fortè rectius sexennij; si, quod multi dicunt, Consules isti hoc loco poni debent: nam omnium consensu, contigit ille terræmotus Messala, & Pedone Consulibus, hoc est (vt ex hac sede Consulum colligo) anno Vrbis 867. Orbis 4118, & proindè etiam anno Christi 117, quem hic notamus: quando ad. huc in Oriente, & Syria agebat Traianus cum Pedone Consule, qui illo terræmotu perijt, *ex Dionis narratione.* Iudæorum hoc anno ingentem cladem in Mesopotamia *notat Euseb. lib.* 4 *Hist. cap.* 2.	Messala, & Pedo.
118	7 Euaristi.	19 Traiani.	Psamatosiris Rex datus à Traiano, eiicitur à Parthis rebellantibus. Veniens ille ad Imperatorem, subsidium & restitutionē obtinuisset, nisi Traiani mors interueniisset. Antiochiæ hoc anno fuisse Traianum *scribit Nicephorus*, *lib.* 3. *cap.* 23. vbi contigisse narrat insigne illud Martyrium, ad lauacrum Traiani, quinque Virginum combustarum. *Narrat Suidas verbo Traianus*, hoc extremo Traiani tempore cessasse persecutionem, edicto promulgato. Nunc irrepsit error de millenario. Papias auditor Ioannis, author huius erroris fuit, ex malè intellecto quodam Apocalypsis loco. Secutus eum est Iustinus Martyr: non fuit tamen hæresis hæc opinio, nisi post Damasi decretum contra Apollinarem.	Aelianus, & Antistius Vetus.
119	8 Euaristi.	20 Traiani.	Traianus mouens arma in Mesopotamiam, corripitur morbo, in itinere moritur, vndecimo Augusti ad Salinuntem vrbem, (*Eutropius* Seleuciam vocat,) quæ dicta deinceps est Traianopolis Ciliciæ. Succedit P. Ælius Adrianus cognatus, biduo antè mortem, si *Spartiano* creditur, adoptatus à Traiano: licèt	Niger, & Apronianus.

adoptionem neget *Dio*, Scribit *Ptolemæus lib. 3. cap. 8. Almagesti*, annum 17 Adriani, fuisse 161 annum, à Monarchia Augusti post Actiacam pugnam: sicque primus hic Adriani annus incidisset in annum Vrbis 867, & Christi 117, biennij metachronismo: quem lapsum in calculo *Ptolomæi* subindicauit *Vignerius ad annum* 118, qui satis docet (*quod Tomo* 1. *cap.* 10. *num.* 10. *attigi*) posse Astrologos in re chronologica facilè errare. Romæ, columnæ Traiani imposita sunt eius ossa, cuius altitudo est 140 pedum. narrat *Eutrop. lib.* 8. solitam fieri Principibus acclamationem hanc in Senatu: FELICIOR AVGVSTO, MELIOR TRAIANO.

120 | 9 *Euaristi.* | 1 *Adriani.* | Licèt *Spartianus in Adriano* mentionem faciat primi Consulatus Adriani; incertum tamen, an & quando eum gesserit. prima illi cura fuit, pacatum reddere imperium, sub mortem Traiani crebris defectionibus turbatum, in Oriente, Ægypto, Mauritania, Britannia maiori, & Palæstina. Parthis ergo permissum pristinum imperium vsque ad Euphratem, vtriusque deinceps Imperij limitem futurum. Psamatosiris datus est ab Adriano Rex vicinis quibusdam prouinciis. Ipse Adrianus Romam veniens, ingenti liberalitate comburit Syngraphas. *Dio, Spartianus, Scaliger anno Euseb.* 2134. Durat persecutio inchoata. *Seuerus Historiæ lib.* 2. tamen sine edicto, *Tert. in Apologia cap.* 3. Placidus Magister equitum in bello Iudaico, Traiani commilito, postea factus Christianus, dictus est Eustathius. putatur is esse, qui sub Adriano insignis Martyr euasit. *Martyrol.* 12 *Kal. Octob.* circa hunc annum passus est Martyrium Dionysius Parisiensium Episcopus cum sociis. *Beda, & Ado.* anno quidem ætatis 110, si hic est Areopagita ille, qui tempore Eclipsis in Passione, ait se fuisse annorum 25. *lege Baronium anno Christi* 109. Iam porrò hæreticorum procellæ cœperunt Ecclesiam infestare, Menander Simonis impia propago, ex quo Saturninus, Basilides, Carpocras. *Euseb. lib.* 4. *Hist. cap.* 7. hi turpissimi hæretici, sub specioso Gnosticorum nomine, ingentes excitârunt calumnias contra Ecclesiam, ad quas refellendas *editæ sunt Apologiæ à Iustino, Athenagora, Ireneo, Origene contra Celsum, Tertulliano, & aliis.* hoc anno obiisse dicitur Euphrates Stoicus qui sibi mortem intulit, petita venia à Principe. *Eusebius in Chron. Xiphilinus.* | Adrianus 2, & Salinator.

121 | 1 *Alexandri* 1. | 2 *Adriani.* | Cauit edicto Adrianus, ne communi balneo vterentur viri & fœminæ. Martius Turbo, post repressos Iudæos, mittitur in Africam, vt ibi etiam Maurorum excitatos motus compesceret. Syriam Attilio Seuero commisit. ipse Romam veniens, Traiano exequias ingenti apparatu persoluit, *Spartianus.* Euaristus martyrio coronatur 26 Octob. *Martyrol.* Succedit Alexander post dies 18. | Adrianus 3. & Rusticus.

122 | 2 *Alexandri* 1. | 3 *Adriani.* | Adrianus expeditionem parat in Alanos & Sarmatas. Sed breui secuta est pax. *Spartianus.* Omnium securitati prospicit. Vnde nummus cum hac inscriptione, LOCVPLETATORI ORBIS. *Spartian. in Adriano.* pergit persequi Christianos. Martyres fiunt Faustinus, Iouita Diaconus, & Afra, 16 Februarii & 24. Maij. Primo Alexãdriæ Episcopo mortuo, (*de quo* 110.) succedit Iustus, *Euseb. in Chro.* floret nunc Apuleius Philosophus, natione Afer, qui scribit fabellam de Asino aureo. | Catilius, & Fulvius.

123 | 3 *Alexandri* 1. | 4 *Adriani.* | Detecta conspiratione Nigrini in Adrianum, multos ille principes viros affecit supplicio, *Spartianus.* nascitur Marcus Antoninus, dictus Philosophus, futurus Imperator. *Iulius Capitol.* Circa hoc tempus martyrio coronantur Sabina Romana | Verus 2. & Augur.

Anni Christi.	Anni Pontif.	Anni Imp.		Consules.
			nobilissima, 29 Augusti. Sophia cum tribus filiabus, primo Augusti, & Seraphia Alexandrina, 3 Septemb. De constantia Martyrum sese offerentium, etiam ad integras ciuitates, *lege Tertul. ad Scapul. cap. vltimo.* obstupuit ob rei magnitudinem Antoninus Proconsul Asiæ, postea Augustus, dictus Pius, ὦ δαλοὶ εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, βρόχους ἔχετε, dicebat ille.	
124	4 Alexãdri. I.	5 Adriani.	Adrianus in Gallias profectus, subleuat omnes liberalitatibus, *inquit Spartianus.* & inde in Germaniam transiens, ad rigorem militaris disciplinæ militem exercet. ibi equitatus Batauus Danubium transiit armatus. quæ res obstupentem hostem impulit ad pacem. *Dio.* mox Britanniam petens, murũ per octoginta millia passuum primus duxit, qui Romanos diuideret, ab ea parte, quæ postea est Scotia nuncupata. *Ita quidem Spartianus:* licet alij hoc factum putent, tantùm sub Seuero. *vide an.* 210. huius insulæ paulo minus quàm dimidia pars nostra est, *inquit Dio, in Seuero.*	Aelius Anicio & Pansa, ex Cassiod. & Cuspin.
125	5 Alexandri I.	6 Adriani.	Occasio citius é Britannia discedendi Adriano, fuit seditio Alexandriæ, ob inuentum alicubi bouem; eum enim quisque sibi volebat, existimando esse Deum Apim, quem colebant. *Spartianus.* per Hispaniam transit Imperator, iturus Romam, & in Achaiam. in itinere Basilicam apud Nemausum Galliæ extruxit opere mirabili, *inquit Spartianus.* hic est annus Vrbis 874. quo Romæ fuisse Adrianum profert ex veteri nummo *Scaliger anno Euseb.* 2138. Athenis nunc florebat Ecclesia. *Origenes contra Celsum lib.* 3. Publius Episcopus Athenienſis martyrũ patitur: cui succedit Quadratus. *Eusebius lib.* 4. *cap.* 3. *Hieronymus in Catalogo.* Florent Suetonius Tranquillus, Adriano ab Epistolis: Iulius Celsus, Saluius Iulianus, & Neralius Priscus. Iurisconsulti.	Patinus, & Apronianus.
126	6 Alexandri I.	7 Adriani.	Fuit hoc anno Adrianus in Africa. *Spartia. & nummus,* vbi inscribitur, AFRICÆ RESTITVTOR. mox rediit Romam: nec quisquam ferè Principum, *inquit Spartianus,* tantum terrarum tam celeriter peregit. bis quidem fuit Athenis. ex Africa Romam rediens, venit in Orientem, *ex Spartiano.* sed hæc Adriani peregrinatio satis incertas habet periodos, præsertim si ad Consulatus, & certos annos consignari debeat. Serenius Asiæ Proconsul conqueritur apud Imperatorem, de nimia in Christianos persecutione. *Eusebius lib.* 4. *cap.* 8 & 9.	Glabrio, & Torquatus, ex Cuspin. & aliis.
127	7 Alexandri I.	8 Adriani.	Spatiatur hoc anno Adrianus per Orientem. Cosroem Parthorum regem, & multos alios beneficiis sibi deuincit, multùm in hac peregrinatione regibus detulit, omnes muneribus suis vincens, *inquit Spartianus.*	Scipio Asiaticus 2. & Aquilinus
128	8 Alexandri I.	9 Adriani.	Hoc circiter anno Apologiam Adriano pro Christianis obtulit Aristides Philosophus Athenienſis & Christianus. *Eus. in Chro. Hierony. in Catalogo.* idem fecit Quadratus, Episcopus Athenienſis, & Apostolorum discipulus. *Euseb. in chro. Hieronym. in Epistola ad Magnum oratorem vrbis Romæ.* mandat Imperator Minutio Proconsuli Asiæ, vt desisteret à Christianorum persecutione.	Candidus Vetus 2. & Ambiguus Bibulus.
129	9 Alexandri I.	10 Adriani.	Nicopolin & Cæsaream terræmotu euersas ciuitates restituit Adrianus. *Euseb.* florent Fauorinus Gallus	Arelatensis: Epictetus, Heliodorus Palæmon, & Dionysius Milesius, Philosophi & Rhetores laudati. item Herodes Athenienſis, Sophista. Viros literatura insignes magno in pretio habere solebat Adrianus, sed, *vt ait Spartianus,* quos exagitabat interdùm tum interrogationibus propositis, tum aliter. μισικὸν ἄνδρα *vocat Athenæus,* literarum amantissimum *rectè vertit Casaub.* de Fauorino sæ-	Gallicanus, & Titianus.

culi illius principe inter literatos, *lege A. Gellium, Fauorini discipulum, in lib. noctium Atticarum.*

130 | 10 Alexandri. I. | 11 Adriani. | Adrianus ex Asia in Syriam venit & tandem Hierosolimam, fortassis anno sequenti, & Imperii duodecimo. | Torquatus 2. & Libo.

131 | 11 Alexandri. I. | 12 Adriani. | Si nunc venit in Iudæam Adrianus, hic annus erit, quo Hierosolymam à Tito euersam, & iam iterùm habitari cœptam, ipse amplificatam iussit Æliam Capitolinam vocari, erecto Ioui templo. *Dio in Adriano.* Quæ res Iudaicum bellum excitauit, sed post discessum Imperatoris aliquandiu inchoatum. contentio est de euersione Hierosolymæ sub Adriano, cùm nunc Æliam ædificauit. *Scaliger anno Euseb.* 2140 non credit *Eusebio, Hieronymo, Epiphanio, & Suidæ*, narrantibus ab Adriano euersam eam, quæ post Titum reparata fuit. imo nec reparatã fuisse ante hũc annũ admitit. Certè potuit sedes Episcoporũ alibi cõseruari, vt Pellæ, aut alio loco Hierosolymis vicino, etiam si nõ fuisset vrbs post Titũ reparata. Sed *vide Epiphanium pagina* 537, qui reparationẽ saltẽ aliquã admittit post Titum. Iustinus, non Samaritanus, sed tantum Samarienſis *inquit Scaliger anno* 2157, nunc tandem, post omnes Philosophorum sectas tẽtatas, euasit Christianus, *vt ipse narrat in Dialogo cum Triphone.* Aquila Ponticus ex Gentili Christianus, & ex Christiano Iudæus, primus post Septuaginta Interpretes Scripturam Græcè vertit: sed fide Iudaica in multis locis, *vt notant Epiphanius, & Hieronymus.* Hanc versionem factam, non quidem ante Christi tempora *vt aliqui putant*, sed sub Adriano, & anno eius 12 *notauit Epiphanius.* quotus sit hic annus à versione Septuaginta Interpretum, collige ex primo Tomo. florent Pausanias Historicus, & Seruius author commentariorum in Virgilium. | Celsus 2. & Balbus, A B

132 | 1 Sixti. I. | 13 Adriani. | Alexander Papa Martyrio coronatur. *Surius* 3 *Maii.* huic adscribitur constitutio de facienda Passionis memoria in Sacerdotum precatione. Item institutio aquæ benedictæ. Verùm 1 *Corinth.* 11, Passio recolenda dicitur, *vers.* 26. & variarum creaturarum benedictio habetur *primæ ad Timoth.* 4. *atque ex Traditione Ecclesiæ.* Alexandro subrogatur Sixtus Romanus, post 25 dies. | Catulinus, & Appius.

133 | 2 Sixti. I. | 14 Adriani. | Hic est annus ante Cõsulatum Seueriani, quo videtur Adrianus venisse in Ægyptum ex Arabia. *colligitur ex Epistola Adriani ad Seuerianum.* ibi *(inquit* Dio) Pompeio parentauit, reparato eius sepulchro: & ciuitatem instaurauit Antinoi nomine, qui ibidem obiit, vel potius se occidit in gratiam Adriani, *vt narrat Dio in Adriano.* Iusto Episcopo Alexandrino mortuo succedit Eumenes. Viuebat hoc tempore Celsus Epicureus, author vehementis inuectiuæ in Christianos. hunc Origenes postea egregiè confutauit. | Pontianus, & Ruffinus.

134 | 3 Sixti. I. | 15 Adriani. | Floret Priscus Iabolenus Iurisconsultus. item Theodosius ille cuius extant Sphærica. Exiit nunc edictum Saluianum. Erant quidem Prætoria dicta annua. *Cic. in Verrinis lib.* 5. at Saluianum edictum fuit perpetuum. quod Pandectarum Iuris ἀρχέτυπον extitit. *C. de Vet. Iur. Enucl.* Adrianus dicitur primus instituisse Aduocatum fisci. *Spartianus in Adriano.* | Seuerianus, & Augurinus. Ex Cuspin.

135 | 4 Sixti. I. | 16 Adriani. | Iudæi bellum instaurant, & Iudæam depopulantur. Imperator euocat è Britannia Iulium Seuerum ducem in Iudæos; qui iusta detractans prælia, & diuisos carpens Iudæos, tandem oppressit sequenti biennio. *Dio in Adriano. Scribit Eusebius in Chronico*, hoc anno promulgatum edictum Pontificium de Quadragesimali ieiunio seruando. alii Thelesphoro hoc tribuunt. | Hyberus & Silanus Sisenna.

Anni Christi	Anni Pont.	Christi Imp.		Consules.
			Scaliger hoc totum sustulit ex Euseb. quòd in scriptis inquit, *Eusebii* codicibus non reperiatur. Cæterùm quicquid sit de Eusebio, satis hoc ieiunium habetur ex ipsa Apostolica Traditione, vt passim docent, qui de hac re scribunt.	
136	5 Sixti I.	17 Adriani.	Photinus Episcopus Lugdunensis raræ sanctitatis habetur: qui postea sub Antonino passus est Martyrium. *de quo Martyrol. Rom. 2 Iulii.*	Seruilius Vrsus, & Verus.
137	6 Sixti I.	18 Adriani.	Hoc anno 18 Adriani finem accepit bellum Iudaicum duce Seuero, *de quo superius*: nisi potius velis, sequenti anno finitum, *ex Aristone Pellæo*, qui de anno 18 Adriani hoc habet, ἀκμάσαν ὁς τὰ πολέμια: Id est, redintegrato bello, *vide annum Christi* 135. quod tamen de medio bello *Scalig. in Euseb.* interpretatur. sic interim damus hoc bellum profligatum, sub finem imperii Adriani, *vt indicat Iustinus in Apologia ad Antoninum*: quando Barchochabas Iudæorum dux oppressus est, *ex Hieronymo in Danielem.* de interdicta Iudæis Iudæa, & Patria lege, *Hieron. cap.* 11. *Sophoniæ, & Euseb. lib.* 4. *Hist. cap.* 6. *& in Chro.* inter hæc Adrianus peracta longa peregrinatione, tandem Romam redit, vbi ætate, & morbis grauatus, adoptat L. Ceionium Commodum, quem successorem Imperii designat. hanc adoptionem incidisse in hunc Consulatum, *scripsit Spartianus.* Post adoptionem dictus est ab Adriano, Ælius Verus Cæsar. *Onuph. lib.* 1. *Rom. Princ.*	Pompeianus, & Atticus.
138	7 Sixti I.	19 Adriani.	Commodus iste, qui nunc primùm Consul renuntiatur, est Ælius Verus Cæsar, futurus etiam Consul anno sequenti. sed post adoptionem, missus est Prætor Pannoniæ. Vbi exortum bellum feliciter confecit. Marcus ex gentilibus primus, constituitur Hierosolymorum Episcopus: *Seuerus lib.* 2. *Historiæ.* Phlegon Olympiadum supputator egregius, vixit ad hunc vsque annum; quando incipit Olympias 229. quod optimè conuenit cum sede, quę Tomo primo data est primæ Olympiadi: resultat enim nunc annus Orbis 4138. fuit Phlegon Adriani libertus. *Vide Suidam de Phlegonte.* minus rectè *Scaliger anno Euseb.* 2044. scribit vixisse vsque ad quartum annum Antonini Pii. de Getulio Martyre, & Sociis *Baronius.*	Commodus Verus, & Pompeianus.
139	8 Sixti I.	20 Adriani.	Primus horum Consulum antea dictus Commodus, nunc Ælius Verus Cæsar, moritur ipso primo die Consulatus. *Spartianus.* Eius sepulchrum, & Epitaphium *dedit Onuphrius de Rom. Prin.* Eodem anno Adrianus in villa Tiburtina laborat profluuio sanguinis, phtisi, & aqua intercute; dans pœnas persecutori debitas: & in morbo mortem cupiens, mori non potuit. *Spartian. & Dio in Adriano.* producebat eius vitam Antoninus, vnde Pius dictus est. *Iulius Capitol. in Antonino.* de falsis nunc confictis miraculis, *lege Spartianum.* florebat hoc tempore Ecclesia latè diffusa, *Irenæus lib.* 1. *c.* 3. *& Iustinus Dialogo cum Tryphone, ac præsertim Tertull. Apologet. cap.* 37.	Aelius Verus. 2. & Balbinus Vitullius.
140	9 Sixti I.	1 Antonini Pii.	Adrianus Imperij an. 20. mense 11. fame ac inedia optatam reperit mortem, vir Magiæ deditus. *Dio, & Spartianus.* Notat *Scaliger ad Eusebium*, obijsse anno Christi 137. Triennij metachronismus est. de vero interuallo à 70 Interpretibus huc vsque variant *Epiph. Athanasius, & alii.* nobis sunt anni 420. successit Antoninus ex Nemauso Galliæ; vir tranquilli animi. *Iulius Capitol. in Antonino Pio.* quem post mortem Veri Cæsaris adoptauit Adrianus. *Spartian. in Adriano, & in Vero.* hic Antoninus sepulchrum Adriano ingens constituit, quod moles Adriani appellatum est. *Spartian. in Adriano.* hodie manet. Qui aut ex Ptolemæo, aut aliunde volunt ante hunc annum cœpisse imperare	Camerinus & Magnus.

Antoninum, numerant fortè illi ab adoptione, aut etiam à Tribunitia potestate. *Clemens Alexandrinus li.*1. *Strom.* numerat annos 77 ab excidio Hierosolymitano, vsque ad 10 annum huius Antonini. Quod ad hos nostros annos rectè quadrat. *Vide annum* 150.

141 | 10 *Sixti I.* | 2 *Antonini Pii.* | Floruit hoc tempore Galenus medicus, *Euseb. in Chro.* item Caius Iurisconsultus, Arrianus Philosophus, Maximus Tyrius, & Basilides: sed è multis præceptoribus, tres præcipuè sequebatur Antoninus: hi erant, Fronto Cornelius Latinus, Apollonius Chalcedonius, & Iunius Rusticus. | *Antoninus Augustus 2. & Bruttius Præsens.*

142 | 1 *Telesphori.* | 3 *Antonini Pii.* | Sixtus Papa martyrium patitur, octauo idus Aprilis. extant duæ eius Epistolæ sub hoc titulo: EPISCOPVS VNIVERSALIS ECCLESIÆ. & rectè quidem, (quicquid dicant Nouantes) cùm sit successor B. Petri. Sixti Pythagoræi liber huic malè adscriptus est à *Ruffino. Vide Hieronymum ad Ctesiphontem.* Varia Ecclesiasticarum literarum nomina refert, & explicat ad hunc annum *Baronius*; successit Telesphorus Græcus ex Anachoreta. lectio Prophetarum, & Sibyllinorum librorum prohibita est à Gentilibus; quòd multos perducerent libri illi ad Christianismũ. *Iustinus in Apol. ad Anton.* imò & libri Cic. de natura Deorum, *auctor Arnobius contra gentes.* interim Gentiles, quo minus ratione valebant, eó magis agebant calumniis contra Christianos, obiectantes Gnosticorum scelera. *Iustinus in Apologia.* | *Antoninus Pius 3. & Antoninus Cæsar, Pii F.*

143 | 2 *Telesphori.* | 4 *Antonini Pii.* | Qui Romanorum Pontificum Catalogum, cum Christi annis minus rectè componunt, nunc Romam venisse putant Valentinum, & Cerdonem hæreticos sub Hyginio; sed hoc prorsus aberrat à vero calculo. | *Priscinus, & Seuerus.*

144 | 3 *Telesphori* | 5 *Antonini Pii.* | Aut nihil, aut parum abest ab hoc anno, rebellio in Britannia contra Romanos: quando missus eó legatus Lollius Vrbicus, victoriam reportauit: Et alio muro cespititio submouit hostes. *Iulius Capit. in Antonino.* Marcus secundus succedit Eumeni Alexandriæ. *Euseb. Chron.* | *Rufinus, & Quadratus.*

145 | 4 *Telesphori.* | 6 *Antonini Pii.* | Valentinus ex Platonico Christianus, fit Hæresiarcha. *Tert. de Præscript. cap.* 30. *Irenæus lib.* 2. *cap.* 4. quia non est potitus Episcopatu, quem ambiebat, *ex Tertull. contra Valentinum cap.* 4. 12. 27. Errauit cùm circa alia multa, tum præsertim in quæstione de carne Christi, de resurrectione, & insuper negando Martyrium, *Tertull. in Scorp. c.* 1. *& lib. contra Valent. & de carne Christi cap.* 20. Hæresiarcha iste allegoricam Deorum turbam effinxit, vt doctrinam de Trinitate eluderet. Porrò ex huius doctrina, profecta est Secta Ophitarum, serpentem colentium. *Irenæus lib.* 1. *capite* 24. item Caiani hæretici, & alii, *de quibus Tertull. de Præscrip. capite* 47. *vide Irenæum citatum capite* 25, *& Epiph. hæresi* 38. | *Torquatus, & Atticus.*

146 | 5 *Telesphori.* | 7 *Antonini Pii.* | Extitit nunc Cerdonis discipulus Marcion, Hæresiarcha insignis, de quo, & de eius discipulis Pontino, Basilico, & aliis, *Eus. lib.* 5. *cap.* 13. *Tertull. de Præscript. cap.* 30. *Irenæus lib.* 1. *cap.* 28. *& lib.* 2. *cap.* 4. *Item Tertul. contra Marcionem lib.* 1. *cap.* 19. Appelles Marcionis discipulus in delitiis habuit Philumenen; vt fatidicam & hæreseon adiutricem. *Euseb. lib.* 5. *cap.* 13. *Augustinus de hæresibus ca.* 24. Arma contra has Hæreses fuere Traditiones, *Irenæus lib.* 3. *cap.* 3. | *Auitus. & Maximus.*

147 | 6 *Telesphori.* | 8 *Antonini Pii.* | Multa de Iure sanxit hic Antoninus Imperator, vsus opera Iurisconsultorum Iaboleni, Vlpii Marcelli, Volusii, Saluii & Vinidii. *Iulius Capitol. in Pio sub finem*, quo etiam tempore florent Mesomedes Poeta Lyricus, & Taurus Berithius Platonicus Philosophus. | *Antoninus August. 4. & Antoninus Cæsar 2.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
148	7 Telesphori	9 Aeconini Pii.	*Spartianus* notat, his Consulibus natum Seuerum, qui post futurus est Imperator. Ætas tamen, quam Seuero dat *Dio*, subindicat natum anno præcedente; nisi quis velit transpositos esse huius anni Consules.	Erucius, Clarus, & Seuerus.
149	8 Telesphori	10 Antonini Pii.	Alii alios dant Consules. Marco Antonino (qui post futurus est Imperator) data est Faustina in Matrimonium, filia Antonini Imperatoris, vnà cum Tribunitia dignitate. *ita Iul. Capitolinus*, qui tamen indicat hæc peracta paulò ante mortem Imperatoris. Gaudebant nunc Prouinciæ pace, & liberalitate Principis, qui eas grauari non est passus exactionibus. *Iulius Capitolinus.*	Largus, & Messalinus.
150	9 Telesphori.	11 Antonini Pii.	*Iustinus scribit*, obtulisse se Antonino Apologiam hoc Christi anno 150. nec obstat, quod Iustinus in ea vocet nuperum bellum illud Iudaicum, finitum anno Christi 137. Phrasis enim loquendi hoc patitur, quicquid dicat *Scal. anno Euseb.* 2157. qui vult oblatum hunc libellum initio Antonini Imperii; ac proindè tardius regnasse Antoninum, quàm hic à nobis ponatur.	Torquatus, & Iulianus.
151	10 Telesphori.	12 Antonini Pii.	Mauros rebellantes coegit ad pacem petendam Imperator: & ferè eodem tempore Germanorum ac Dacorum incursiones repressit. *Iulius Capitol.* Celadion succedit Marco Iuniori in Ecclesia Alexandriæ. *Euseb. in Chro.* de secunda Apologia Iustini *vide Euseb. lib. 4. cap. 17.*	Orphitus, & Nonius Priscus.
152	11 Telesphori.	13 Antonini Pii.	Viuebat nunc Crescens Philosophus Cynicus, seu Diogenis Sectator: qui ob gulæ vitium reprehensus à Iustino, causa fuit postea Martyrii, quo idem Iustinus est coronatus.	Gallicanus & Vetus.
153	12 Telesphori.	14 Antonini Pii.	Hoc tempore Pharasmanes Iberiæ Rex, Romam venit ad Antoninum; permotusque Imperatoris virtute, sponte acquieuit iis, quæ Adriano negauerat. Vologesis Parthorum Rex, solis Antonini literis perlectis, Armeniam, quam inuaserat, reliquit. tantum authoritatis apud exteras nationes nemo habuit. *Iulius Capitol.*	Gordianus & Maximus.
154	1 Hygini.	15 Antonini Pii.	Telesphorus coronatur martyrio. *Irenæus lib. 3. cap. 3.* hic statuit, vt in natali Domini Missa noctu celebraretur, & vt Quadragesimale Ieiunium, Traditione Apostolica receptum, seruaretur accuratè. *Pontificale Rom.* Martyres nunc varii. *Martyr. Rom. 21. Octob.* Clades, & prodigia Rom. Imperii *refert Iulius Capitolinus in Antonino.* Territus Imperator, rescripto inhibet persecutionem in Chriastianos. *Euseb. lib. 4. c. 12.* Telesphoro successit Hyginius Papa. sub hoc Hyginio, venerunt Romam Valentinus, Cerdo, & Marcion. vbi latuerunt sub Catholico nomine vsque ad Eleutherium. *Tertull. de Præscrip. c. 30. Euseb. lib. 4. cap. 10.* sensim tamen spargunt hæreses suas.	Glabrio, & Verianus.
155	2 Hygini.	16 Antonini Pii.	Floret Ptolemæus Astrologus, natione Ægyptius. Sub hunc annum Antoninus auxilia in Pontum misit Olbiopolitis contra Tauroscythas felici successu. Rimetalcen in regnum Bosphoranum, audito inter ipsum & curatorem negotio, remisit, *Iulius Capitol.*	Præsens 2. & Rufinus.
156	3 Hygini.	17 Antonini Pii.	Variant Scriptores de huius anni Coss. *Baronius* profert Ælium Commodum cum Laterano, & alios ex Casiodoro. Exeunt tamen, quod magis receptum est, Aurelius Cæsar, post Augustus, & Sextilius Lateranus.	Aurelius Cæsar, & Sextilius Lateranus.
157	4 Hygini.	18 Antonini Pii.	In Consulum sede, satis circa hos annos incertâ, spectandus est maximè Imperatorum annus, *inquit Baronius.* Iuxta quem characterem, expenduntur anni Episcoporum, qui fuerunt Hierosolymis. quomodo *Euseb. in Chro.* notat anno Antonini Pii 18, vsque ad quintum Commodi annum, Episcopos. qui sunt	Seuerus. & Sabinianus.

sunt, Cassianus, (decimus septimus ordine post Marcum) Publius Maximus, Iulianus, Caianus, Symmachus, Caius, & Capito.

158 | Pii 1. | Antonini Pii. 19

Hyginius, cùm quatuor annis præfuisset Ecclesiæ, coronatur Martyrio, 11 Ianuarii. Successorem aliqui ponunt Anicetum. *ita Hierony. in Ægesippo. Augusti. Epist. 165. & Optatus Mileuitanus l. 2. contra Parm.* probabilius tamen est, successisse Pium Italum, *vt testantur, qui tunc ferè vixerunt. Iren. lib. 3. cap. 3. & Ægesippus apud Euseb. lib. 4. c. 21. & Tertul. contra Marcionem lib. 3. carm. in fine. adde Epiph. hæresi 27.* Siluanus, & Augurinus.

159 | Pii 2. | Antonini Pii. 20

Pius Papa decreto firmat (quod antea traditione habebatur) celebrationem Paschæ die Dominico. *Euseb. Chro.* licet *Scaliger anno Euseb. 2158.* putet hoc additum *Eusebio*: quod tamen malè probat. Et quicquid sit de *Eusebio*, certè antiqua Traditio hæc erat, *ex Ignatio Epist. 6 ad Magnesianos, & 8. ad Philippen.* Hoc tempore Hermes *(de quo ad Rom. 16. vt exponunt Hieronym. & Origenes)* frater Pii Papæ, librum edidit, qui Pastor inscribitur, in quo mandatum Angeli, in habitu pastoris sibi apparentis refert, de hac celebratione. de huius lib. authore *lege hic Baronium.* Barbatus, & Regulus.

160 | Pii 3. | Antonini Pii. 21

Non rectè à Cassiodoro nunc ponitur Antoninus 5 Coss. non enim leguntur, nisi quatuor eius Consulatus: & quartus coincidit cum anno Imperii 8. extat inscriptio, quam ex mole Adriani proferunt *Onuph. in Antonino, & Baronius ad hunc annum:* & quæ componit quartum Consulatum cum Tribunitia potestate 24, numerat quidem illa inscriptio Consulatus, quos gessit Antoninus, sed non designat quartum Consulatum vltimo Imperii anno, vt hic putauit *Baronius.* facit etiam illa inscriptio contra *Onuphrium*, qui tantùm dat huic Imperatori 22 annos, & Tribun. Potest. 24. si constanter vult ille hanc dignitatem esse characterem annorum Imperii. Tertullus, & Lucinus Sacerdos.

161 | Pii 4. | Antonini Pii. 22

Sub hoc Imperatore Pio, floret Iustinus Historicus (non ille Martyr) qui Trogi Pompeii compendium edidit, & Antonino dicauit. Quintilius & Priscus.

162 | Pii 5. | Antonini Pii. 23

Hoc anno, certè biennio ante persecutionem Marci Aurelii, erectus est Romæ titulus Pastoris, id est, dedicata Ecclesia huius tituli, cum Baptisterio in thermis Nouati. Rem hic narrat *Baron.* videtur etiam anno præcedente lata lex ab Antonino, ne liceat adultero viro accusare adulterii vxorem: Consulibus, inquam, Quintillo & Prisco, anno Vrbis conditæ 910 exeunte. laudatur ab *Augustino lib. 2 de adulter. coniug. cap. 8.* Exteræ gentes Indi, Hircani, & alii, permoti æquitate Antonini, positis armis subdunt se eius voluntati, *Eusebius Chron. Iulius Capitol.* Vibius Varus, & Bradua.

163 | Pii 6. | Marci Aurelii. & L. Veri. 1

Antoninus Pius vita cessit septimo Martii. *Iulius Capitol. in Antonino.* succedit Marcus Aurelius Antoninus, cognomento Philosophus. S.C. declaratus, asciuit sibi collegam Lucium Ælium Verum Antoninum, quem generum sibi fecit. hos ambo Antoninus Pius adoptauerat, iubente Adriano. Tum primùm duo Imperatores simul visi sunt in Imperio, & Diui Fratres vocati. Hunc Marcum Aurelium laudant omnes, & à Numa ortũ duxisse aliqui notant. Sponsam L. Veri Lucillam à dæmone vexatam Albertius Episcopus Hierapolitanus, Romam in hunc finẽ vocatus, liberat. Et ideò Hierapolitanæ Ecclesiæ mẽdicis, ter mille modii frumẽti quotãnis dati sunt. manſit donũ vsque ad Iulianum. *Metaphrastes 22. Octob.* receperat ciuitas illa tota Euangelium. extantque literæ in Actis Albertii. rẽ hanc obscurè Marcus Aurelius Cæsar 3. & L. Aelius Verus Cæsar 2.

tantùm indicare voluit *Iulius Capitol.* per frumentariam perceptionem nouis hominibus assignatam.

164 | 7 Pii I. | 2 Marci Aurelii, & L. Veri. | Marcus Aurelius Philosophorum scholas frequentat, præsertim Hermogenis, & Sexti Cheronesi, qui fuit Plutarchi nepos. *Dio & Iulius Capitol.* persecutio excitatur in Christianos, quam *Seuerus* quintam ordine vocat. nullo tamen edicto, sed lege veteri excitata, per quam peregrina religio vetabatur. priuata Aurelii huius in Christianos mandata *refert hic Baronius.* Iustinus nunc edidit secundam Apologiam, & inscribitur quidem ad Senatum, tamen re vera etiam oblata est Imperatoribus. Quare malè aliqui putant deperditam Apologiam Iustini ad imperatores, *ex Euſ. 4. l. c. 16. & 17 de quo supra, anno Christi* 150. Crescens Philosophus in Christianos, & Iustinũ inuehitur. *Iustinus citata Apologia, & Tatianus oratione cont. Græcos Tom. 8. Bib. Sanctæ.* Moriuntur Praxedes 12 Kal. Aug. & Pastor 26 Iulii. | *Rufticus, & Aquilinus.*

165 | 8 Pii I. | 3 Marci Aurelii, & L. Veri. | Parthorum Rex Vologeses bellum nunc intulit Romanis, quod quatuor, vt minimum, annis durauit. Atidius Cornelianus Syriæ gubernator vincitur à Parthis. Sed missus eò Lucius Aurelius; tandem victo Vologese, Seleuciam & Ctesiphontem vrbes capit, ac incẽdit, & vsque in Mediam & Babylonem penetrat. *Iulius Capitol. Eutrop.* Iustinus martyrium patitur. *Metaphrastes primo Iunii.* quod *in Apologia secunda* se dixit expectare. Eius libros recenset *Euseb. lib. 4. cap. 17, & Hieron. de scriptor.* Alii libri (quorum non meminit *Eusebius*) sunt incertæ notæ: vt & ille, qui inscribitur Epistola ad Zenam, de Christiana vita, in quo, ait se monuisse Papam de corruptelis ex traditione hominum nascentibus. Sed nec hoc fauet Caluinistis contra Romanam Ecclesiam, præsertim cùm *Irenæus lib. 3. c. 34.* vocet Romanam Ecclesiam, diues depositorium Apostolicarum Traditionum: nec author ille incertus, dicit has esse Romanæ Ecclesiæ corruptelas. item Papa ille potuit esse quiuis alius Episcopus, si vsum nominis huius, eo tempore spectes. sed cur etiam non potuit Papam Romanum monere de periculo erumpentium hæreticorum? de Tatiano Iustini discipulo & eius libris, *Euseb. l. 4. c. 15. Hier. in scriptor.* Celadion moritur, succedit Agrippa in Episcopatu Alexandrino. *Euseb. lib. 4. cap. 18.* | *Paprius Aelianus, & Iustinus Pastor.*

166 | 9 Pii I. | 4 Marci Aurelii, & L. Veri. | Promouetur strenuè Parthicum bellum à Lucio Aurelio Imp. interim Armenia recupetata est per Statium Priscũ, cui datus est Rex. ad finem huius belli L. Verus dictus est Armenicus, Parthicus, & Medicus. *Iulius Capitol. Zonaras.* | *Macrinus, & Cornelius.*

167 | 1 Ani. epi. | 5 Marci Aurelii, & L. Veri. | Marcomanni, & Catti, aliique ex Germania Rhætiam inuadunt, in quos missus Aufidius Victorinus, Barbaris potius aditũ prohibet, quàm bellum infert; expectans Parthici belli exitum. *Iulius Capitol.* Pius martyrio coronatur 11 Iulii. *Eusebius in Chro.* Scripsit quatuor Epistolas. duæ extant Tomo primo Conciliorum. duæ aliæ To. 2 Biblioth. SS. PP. subſtituitur Anicetus Syrus. hunc Pio præponit *Augustinus.* postponunt tamen *Irenæus, Tertull. Epipha. & Nicephor.* Nunc Romæ apparet, magis irrumpentium hęreticorum periculum. multos ibi corrũpit Marcellina Gnostica. *Epiph. hæresi* 27. Marcion Ponticus Hæresiarcha Romæ etiam agit. *Iren. l. 3. c. 4.* Simulant quidem hi se Catholicos, sed tandem detecti sunt, & proscripti. *Tertull. de Præscrip. cap.* 30 firmitatem Romanæ Ecclesiæ, laudat hoc tempore *Irenæus lib. 1. cap. 28.* quid Marcioni Polycarpus respondent, *scribit Euseb. lib. 4. cap. 13.* quid tunc de Paschate, *Euseb. lib. 5. capite 24.* Hegesippus Romam venit sub Aniceto, *de quo Hierony. in Hegesippo.* prius tamen Romam venisse *putat Euseb. lib. 4. cap. 21.* ali- | *Pudens, & Orphitus.* A B

us est Hegesippus, cuius extat liber de Excidio Hierosolymitano, & floruit tempore Constantini.

168 | 2 Aniceti. | 6 Marci Aurelii, & L. Veri. | Quartus est annus belli Parthici finitus, quando Romæ triumphant de Parthis duo Imperatores. *ex Iulio Capitol.* qui notat quinquennio durasse bellũ. tamen *Cassiodorus* signat Consules Pudentem, & Orphitum. M. Aurelius dictus est à Senatu Pater Patriæ, ante initium, vt videtur, belli Marcomannici, quod breui succedet, & quod, *vt ait Capitolinus*, arte suspensum est vsque ad finem belli Parthici. *Dio*, *Capitolinus*, & *Eutrop.* circa hunc annum Peregrinus ille, *de quo Euseb. in Chro.* se in rogum accensum coniecit. | *Pudens 2. & Pollio.*

169 | 3 Aniceti, | 7 Marci Aurelii, & L. Veri. | Præter Marci Imperatoris superstitiones prolixas in Vrbe ante bellum Marcomannicum, pestilentia etiam Romæ ingẽs, Imperatorum ad hoc bellum Marcomannicum profectionem retardat. Polycarpus Smyrnæus Episcopus martyrio coronatur. *Eus. lib. 4. c. 14.* cùm seruisset Deo annis 86. Eius Epistolam vnam refert *Suidas* ad Dionysium Areopagitam. aliam refert *Hieronymus* ad Philippenses scriptam. Inter eius discipulos fuere Irenæus Episc. Lugdun. & Benignus, Martyres in Gallia. de Pionio Martyre *lege Euseb. lib. 4. cap. 14.* | *Lucius Aurelius Verus Aug. 3. & Quadratus.*

170 | 4 Aniceti. | 8 Marci Aurelii, & L. Veri. | Florebat adhuc Fronto Orator, & M. Aurelii Imperatoris Præceptor, *Euseb. in Chro.* Obiit Hiero Episcopus Antiochenus. Succedit Theophilus, *de quo Euseb. lib. 4. c. 23. & Hierony. in Catal.* nunc emersit Hermogenes Hæresiarcha, in quem scripsit idem Theophilus, *ex citatis authoribus. lege Euseb. de Præp. lib. 7. cap. 8.* hinc fluxit hæresis Manichæorum, & Sabellianorum. grassatur adhuc ingens illa pestilentia, quæ coegit vocare seruos ad bellum Marcomannicum, & auxit Gentilium calumnias in Christianos, velut omnium calamitatum causas, quòd Deos contemnerent. *Tertull. Apol. cap. 40.* floret Scæuola Iurisconsultus, Papiniani præceptor. | *Vettius Paulus, & Iunius Montanus.*

171 | 5 Aniceti. | 9 Marci Aurelii, & L. Veri. | Hoc ferè anno, & his Consulibus initia accepit bellũ Marcomannicum, cum Iasygibus, & Marcomannis, qui putantur regionem, quæ nunc est Bohemia, incoluisse. ambo Imperatores paludati ad hoc bellum miraculis famosum proficiscuntur, cùm iam hostes Aquileiam veniissent. Sed cùm Furius Victorinus Præfectus Prætorio periisset, maxima parte exercitus à Marcomannis deleta, Lucius Imp. suadebat reditum. illo tamẽ Altini correpto apoplexia, & mortuo in itinere, Marcus cœptũ bellũ prosequitur. *Iul. Capitol.* obiisse his Consulibus Luciũ, & excurrente nono Imperii anno, colligit *Ouuph. ex veteri inscriptione.* quod etiam *Baron. ad hunc annũ*, sibi persuadet, ex Titulo illo Trib. Potest. VIII. Sed quantum valeat hic Character, alibi satis. Sanè *ex Zonara*, *Cassiodoro*, & *aliis* videtur tardius obiisse, ita vt incertum sit, quo obierit anno belli Marcomannici, vel etiam Imperii: constat saltem de annis Marci. fuit Galenus tunc cum Marco, quando & libros scribebat. *Galen. de præcog. ad Postu. c. 9.* Geruasius & Protasius Martyrio coronantur. *Surius 19 Ianuar.* agentibus id deorum Sacerdotibus pro victoria. & tamen Marcus stragem accepit à Marcomannis, falso deceptus oraculo. *Lucianus in Pseudomante*, qui ad hæc vsque tempora vixit, *vt eius scripta indicant.* | *Sosius Priscus, & Apollinaris.*

172 | 6 Aniceti. | 10 Marci Aurelii. | Melito Sardensis Episcopus Asiæ, Apologeticum offert Imperatori pro Christianis. *Euseb. Chron.* Eius alia scripta recenset *Euseb. lib. 4. c. 25.* defensionem etiam scripsit Apollinaris Episcopus Hieropolitanus, *ibidem.* cuius alia scripta refert *Euseb. cap. 26.* de Scriptoribus aliis, Modesto, Musano, Philippo Gor- | *Seuerus Cethegus, & Clarus.*

Anni Christi	Anni pont.	Anni Imp-		Consules.
			tinensi Episcopo in Creta, & aliis. *Euseb. lib. 4. cap. 20.*	
173	7 Aniceti.	11 Marci Aurelii.	Alii huius anni Consules notant Titienum Serenũ, & Nattam Piranianum. Montani Hæresis & pseudophetia detegitur, vatibus Priscilla & Maximilla. *Euseb. Chronic.* nam alioqui iam cœperat sub Antonino Pio. historiam vide *apud Eus. lib. 5. cap. 15. 16. 17. Tertull. de præscriptionibus ca. 22.* qui tamen ipse infelix postea euasit Montanista. Montanus non statim Romæ cognitus est pro hæretico. Is tandem se Paracletum dicebat, Matrimonia dissuadebat, Pœnitentiam, & Confessionem tollebat. *lege ad hunc annum Baronium.* Sectatores Montani dicti Montanistæ, Priscilliani, Quintiliani. Quartodecimani, Pepuziani, à vico Phrygiæ, omnes ferè in Phrygia. Tnde κατὰ Φρυγας dicta est Hæresis, seu vulgo Cataphrygarum: vt & alia hæresis contra Proclum, *ait Tertull. de Præscriptionibus in fine.*	Seuerus 2. & Herennianus.
174	8 Aniceti.	12 Marci Aurelii.	Viuebant nũc Oppianus Poeta è Cilicia, qui de piscibus aliisq; reb⁹ scripsit, vt eius opera habẽt, inscripta κυνηγετικὰ, & Αλιευτικὰ & Panætius Cretẽsis, vir disertus. his Coss. Commodus, M. Aurelii filius, dictus est Germanicus, *vt ait Lampridius in Commodo.* causam tamen non profert. certè adhuc Romanos premebat bellum Marcomannicum. Tatianus circa hunc annum agnoscitur Hæreticus, vir alioqui antea Romæ doctrinâ conspicuus, & qui Iustinum habuit Magistrum, *de quo ad annum Christi* 164. & 165. Roma in Orientem digressus, incidit in errores Valentini, & Marcionis. Extat eius volumen contra Gentes egregiè scriptum. *Vide Euseb. in Chron. & hist. lib. 4. ca.* 27. Scripsere in Tatianum, Musanus, Apollinaris, Origenes, & alii. *Theodoretus de fab. hæret. lib. 3.* Extat eius opus διὰ τεσσάρων, seu Harmonia Euangelistarum, quæ falsò adscribitur Ammonio. Scripsit quoque Ammonius Alexandrinus Harmoniam, falsò vicissim adscriptam Tatiano. *Vide Tom. 2. Bib. Sanctæ.*	Maximus & Orphitus.
175	1 Soteris.	13 Marci Aurelii.	Interim dum Imperatore è Pannonia hostes pellit, rebelles in Ægypto turbas excitant, duce Isidoro quodam. Anicetus fit Martyr, succedit Soter 4 die Maii. Plures martyrio coronantur, inter alios Felicitas, *de qua Gregorius in Euang. Homil. 3. & Petrus Chrysol. Serm.* 134. Diuersam à Symphorosa ostendit hic *Baron.* nam hæc Tiburtina fuit, & passa sub Adriano. vtraque septem Martyres peperit. floruit nunc Dionysius Corinthiorum Episcopus. Eius scripta deprauarunt hæretici: quamuis hodie tantùm extent fragmenta. *Vide Euseb. lib. 4. c. 22* fuit & tunc Bardasanes vir doctus, sed Valentinianus. *Euseb. Chro. Epiph. hæresi 56.* de aliis Valentini discipulis, *Irenæus in proemio lib. 1.*	M. Aurelius Seuerus 2 & Pompeianus.
176	2 Soteris.	14 Marci Aurelii.	Romanus exercitus post quadriennium in Marcomannico bello difficili positum, potitus victoria opera Christianorum. Nam post recuperatas Pannonias, & debellatos ad Rhenum Marcomannos, suaserunt quidem amici Imperatori reditum in Italiam. illẽ tamen transgressus Rhenum mouit arma in Quados. in quo conflictu, cùm aquæ penuria & hostium virtute penè actum esset de Imperatore, totoque exercitu; milites Christiani precibus impetrarunt à Deo, tum pluuiam, tum subsecutam victoriam. Et licet Ethnici hoc calumnientur, tamen rem abundè testatur Epistola Imperatoris Marci ad Senatũ, *cuius meminit Tert. c. 5. Apol.* Extat quidẽ adhuc vna, sed nescio quo iure impugnata à *Scalig. anno Euseb.* 1289. Extat porrò Romæ huius miraculi monumentum in columna Antoniana, licet ibidem adulteratum imagine Iouis pluuii. Iam lõgè antea legio duodecima dicta est fulminatrix, Κεραυνοβολός. *Dio l. 55.* sed hæc diuersa legio erat, quæ ex hoc miraculo idẽ nomen accepisse potuit.	Gallus & Flaccus.

177 | 3 Soteris. | 15 Marci Aurelii.

Statuerat quidem imperator Marcomanniam redigere in Prouinciam: sed cogitur mutato consilio in Orientem proficisci. Igitur hoc anno peracto Marcomannico bello, Orientem lustrat: vbi reperit occisum iam à militibus Auidium Cassium Syriæ Præfectum, qui ex falso nuntio de morte Marci inuaserat Imperium. hoc Auidio duce Verus vicerat Parthos. *Dio, Capitol. & Zonaras.* Eum, qui de hoc motu Cassii vaticinatus est, relegauit Marcus in Syriam, & Vaticinia prohibuit. *Vlpianus l. 7. de officiis Proconsul.* — *Piso, & Iulianus.*

178 | 4 Soteris. | 16 Marci Aurelii.

Marcus Imperator regressus ex Oriente, triumphat Romæ cum filio Commodo; quem designat Consulem, impetrata venia legis annariæ, *inquit Lampridius*; cùm nondum ad id esset ætas legitima. Viuebant nunc Atticus Philosophus Platonicus, Capella, Antistius, Atteius, Oratores Latini, & Onesimus Grammaticus Græcus. — *Pollio, & Flauius Aper 2.*

179 | 1 Eleutherii. | 17 Marci Aurelii.

Si rectè *Lampridius in Commodo* ait, Commodum à Patre designatum Imperatorem quinto Kalend. Decembris, Pollione 2, & Apro Consulibus: non malè in hunc Christi annum hoc reiicitur, qui est annus Vrbis 928. Et sic primum Commodi annũ aliqui numerant à quinto Kal. Decemb. anni præcedentis, ob collatam illi tunc Tribunitiam potestatem: & licet annum non notet *Capitolinus*; tamen *Lampridius ait* illis Consulibus vocatũ Augustum. Ingens excitatur in Christianos persecutio. *Euseb. lib. 5. cap. 1. Hist.* dissimulant Imperatores, & in vltionem renouatur bellum Marcomannicum, ortaque pestis durans ad obitum vsque Marci. *Capitol.* Tunc Athenagoras Apologiam scripsit pro Christianis: quod tamen *Hieronymus, in Iustino*, attribuit Iustino. Soter Papa coronatur martyrio. Succedit Eleutherius, ad quem Martyres Lugdunenses è vinculis mittunt Irenæum Legatum. *Vide Euseb. lib. 5. cap. 4.* — *Commodus Augustus, & Quintilius.*

180 | 2 Eleutherii | 18 Marci Aurelii.

Marcus Aurelius percupiens Marcomannos penitus subiugare, hoc anno discessit Roma cum filio Commodo; nec postea reuersus vnquam est in Italiã. *Dio, Capitol. Lampridius.* Photio Episcopo Lugdunensi & Martyri, substituitur Irenæus. *Euseb. lib 5. cap. 6.* fuit Irenæus Polycarpi & Papiæ, qui Apostolos audierant, discipulus; missus à Polycarpo in Gallias, & quem ex doctrina valde laudat *Tertullianus. lege Hieron.* Epistol. 29. *ad Theodorum, & Epiphan. hæresi 24, & 31.* Scripsit *Irenæus* Græcè, & *libro 3. cap. 3.* recenset Pontifices vsque ad Eleutherium. — *Rufus, & Orphitus.*

181 | 3 Eleutherii | 19 Marci Aurelii.

Adrianus Sophista, qui Athenis & Romæ sub Antonino docuit Rhetoricam, tandem factus est Commodo à Secretis. Alexandriæ, Agrippino, seu Agrippæ Episcopo succedit Iulianus, sub quo cõflagrauit Serapidis templum. *Euseb. Chron.* illas tamen largitiones Imperatoris, *de quibus ibidem Euseb.* (*& vnde Scaliger finxit Indictiones*) malè coniicit in hunc annum. nam saltem biennio præcesserunt mortem Aurelii. nunc contigit, vt Iudæus quidam arena baptizaretur, quem postea Dionysius fecit aqua baptizari. *Nicephorus lib. 3. cap. 37.* — *Commodus Augustus 2. & Verus.*

182 | 4 Eleutherii | 1 Cõmodi.

Marcus Aurelius Sirmii in Pannoniis moritur, voluntaria fame in Marcomannica expeditione, 16 Kal. April. *Iulius Capitol.* non malè à *Chryserote* liberto & nomenclatore Aurelii notatum est, esse ab initio Cæsaris huc vsque, annos 226. apud *Theophilum Alexandrinum* corruptè habetur 237 pro 227. Successit Commodus filius. quantùm incrementi & decoris accepit Romanum Imperium sub suis Imperatoribus, à Domitiano vsque ad Marci obitum: tantum detrimenti & dedecoris ab aliis recepit, qui deinceps sequuntur vsque ad Diocletianum. hic no- — *Bruttius Præens & Ordianus.*

Anni Christi.	Annt Pont.	Anni Imp.		Consules.
			uus Imperator bellum penè à Patre confectum deserens, euasit pessimus. *Lampridius in Commodo.* ac dum insigniter sæuit in Vrbem, & Senatores, alioſque Gentiles propriæ vitæ tuendæ intẽtos, pax Ecclesiæ insperata succedit. *Euseb. lib. 5. c. 20. Lamprid. & Dio in Commodo.* Marcia Commodi concubina, & propè vxoris loco, *ex Herodiano*, fuit Christianorum studiosissima. *Dio.* Cæterùm Montani Prophetia, qui nunc bella & persecutionem prędixit, delusa hoc insperato euentu, falsaque apparuit.	
183	5 Eleutherii.	2 Commodi.	Putatur Commodus hoc anno, posthabito bello Marcomannico, quod Pater ei tantoperè commendauerat, & firmata, vel potius redempta pace cum hostibus, triumphasse Romæ. rem narrant *Herodianus, Dio, & Lampridius.* Sub hoc Principe propagatur valdè (*ait citatus Eusebius*) fides Catholica. Lucius in maiori Britannia Rex Christiana sacra amplectitur. *Beda de gestis Anglorum lib. 1. cap. 4.* Britannorum inaccessa Romanis loca Christo tunc subdita, *ait Tertullianus contra Iud. cap. 7.* operâ SS. Fugatii, & Damiani. *Pamel. ibid.* præsertim sub Victore, qui sedit post decennium. nunc murum ruperunt Britanni, *Dio in Commodo.* Scribunt aliqui hunc regem sponte regno posthabito venisse in Germaniam, & ibi Euangelium publicasse. hinc tamen Britannicorum regum seriem, adhuc incertam, non deduco. *vide an. Christi* 449.	*Commodus 3. & Burrhus.*
184	6 Eleutheri i	3 Commodi.	Dictum est superius de Scripturæ translatione per 72 Interpretes; & postea sub Adriano per Aquilam. nunc innotuit tertia translatio, scilicet Theodotionis Pontici. *Epiph. lib. de Mens. & pond. Irenæus lib. 3. c. 24.* Hic ex Marcionista hæretico transiuit ad Iudæos, ediditque versionem ex Hebræo in Græcum. quartam hanc vocant versionem *Epiph. & Athanasius*, quod esset quarto loco in *Hexaplis Origenis.* hac versione vsi sunt Catholici tantũ per censuram Origenis, hoc est, ex Obelis & Asteriscis. *Hieron. præfat. in Danielem.* hæretici tamen ea vtebantur sine hoc notularum delectu. *Philastrius c. 142.*	*Petronius, & Trebellius Rufus.*
185	7 Eleutheri.	4 Commodi.	Insignem nunc reportarunt victoriam Pescennius Niger, & Albinus, aduersus nationes, quæ vltra Daciam habitantes, arma in Romanos sumpserant. *Dio, & Capito.* floret Iulius Pollux Græcus. Hoc tempore Maximus ordinatur Episcopus Hierosolymitanus. successorum non habetur certus annus, eos tamen recenset *Euseb. in Chro. & hist. lib. 5. cap. 12.* circa huuc annum Pantenus Philosophus Christianus ad Indos conuertendos proficiscitur. *Euseb. lib. 5. cap. 10. Hieronymus in Scriptor. ait*, profectum ad Brachmanas sub Demetrio Episcopo Alexandriæ, qui Iuliano successit anno Christi 190.	*Commodus 4. & Aufidius.*
186	8 Eleutherii	5 Commodi.	Narrant Historici hoc anno rebellantes Britannos, mox domitos à Marcello: & Commodum dictum nunc Britannicum. sanè *Lampridius* scribit hoc nomen ei datum ab adulatoribus. licet *Dio* velit periculosum fuisse hoc bellum; & Britannos rupto veteri muro, non sine magno labore, & discrimine reuocatos ad pristinam pacem, & iura Romanorum. voluit tunc quoque Commodus appellari Hercules Romanus. *Lege Lampridium.*	*Marcellus & Papirius Aelianus.*
187	9 Eleutherii	6 Commodi.	Notantur hoc anno Consules varii suffecti. tunc primùm (*inquit Lampridius*) Consules 25 in vnum annum lecti sunt, venditæque omnes Prouinciæ. post perennis mortem, successit Cleander. Sed duobus his Commodi pessimis consultoribus mors tandem obtigit condigna, *Lamprid.* Consulibus Materno & Bradua consignatur Epistola Eleutherii ad Episcopos Gallię, de escis irrationabiliter non vitandis, vt scilicet antea fecerant	*Maternus, & Bradua.*

Montaniſtæ in ſuis Xerophagus. cùm autem, *ait Pontifex*, eſſe his commiſſam vniuerſalis Eccleſiæ curam; quis non videt inepte Caluiniſtas abuti his verbis contra authoritatem ſummi Pontificis. hęc enim cura Epiſcoporum quidem eſt: ſed tamen ſub capite vno.

188 | 10 Eleutherii. | 7 Cõmodi. | Commodus detecta conſpiratione, Lucillam ſororem inde ſumpta occaſione occidit, & nobiles pleroſque. *Dio. Herod.* hoc ſeptimo Commodi anno naſcitur Origenes in Ægypto, patre Leonide Chriſtiano. *Euſeb.* Eodem ſeptimo Commodi anno Philippus pater Eugeniæ Martyris deſignatur Præfectus Auguſtalis Ægypti. | *Commodus 5 & Glabrio 2*

189 | 11 Eleutherii | 8 Cõmodi. | Apollonius Chriſtianus, cùm fidei ſuæ rationem in ſenatu reddidiſſet, capite plectitur. hunc & Senatorem fuiſſe, & Apologiam in ſenatu recitaſſe, *ſcribit Euſeb. in Chro. Hierony. de Viris illuſtribus, & iterum Euſeb. lib. 5. cap. 21.* quare quod *Scaliger Euſeb.* ſcribit, negans hunc fuiſſe Senatorem, & Apologiam recitaſſe, nihil habet præter coniecturam, non multò poſt periit miſere Perennis Præfectus. *Herod. lib. 1. Dio in Commodo.* hunc regia vſũ poteſtate ſub Commodo, *ait Lamp. in Commodo.* Hoc anno ictũ fulmine eſt Capitolium cum inſigni illa Bibliotheca. *Euſeb. & Xiphilinus in fine de Commodo.* meminit *Oroſius* illius incendii, quo nunc arſit templum Veſtæ. | *Criſpinus, & Papirius Aelianus.*

190 | 12 Eleutherii | 9 Cõmodi. | Demetrius Epiſcopus Alexandriæ ſuccedit Iuliano defuncto. *Euſeb. Chron.* Anno verò ſequẽti Antiochiæ Maximino ſuccedit Serapion celebris Scriptor. *Euſeb. Chron. & Hiſtoriæ lib. 6. cap. 10.* | *Fuſianus, & Silanus.*

191 | 13 Eleutherii | 10 Cõmodi | Galliæ & Hiſpaniæ res turbat Maternus miles, qui collecta magna perditorum hominum manu, & coacta vi magna pecuniæ, omnia paſsim vaſtabat. hi deſperantes poſſe ſe Imperatoris armis reſiſtere, tandem mutato conſilio, clam per auia quædam compendia, ſeorſum alii ab aliis, in Italiam veniunt, & Romam; deliberato animo obtruncandi Commodum, & occupandi Imperium. feciſſetque Maternus quod animo conceperat, niſi à ſociis, eius fortunæ inuidentibus, proditus fuiſſet. Sic ergo periit Maternus. *Herod. lib. 1.* | *Iunius Sillanus & Seruilius Silanus*

192 | 14 Eleutherii | 11 Commodi | Nunc ferè Pertinax (poſt futurus Imperator) miſſus eſt in Britanniam, ad ſedandas legionum diſcordias. Coloſſus à Nerone olim erectus cum Neronis capite, poſtea fuit à Veſpaſiano refectus cum ſolis capite: tandem Commodus, ablato capite ſolis, ſuum impoſuit, *lege Euſeb. Chron. Scaligerum ibidem, Hieronymum cap. 3. Habacuc. & Lamprid.* Hoc factum recenſet *Euſeb.* anno 191. Anno verò 192, nobilium cædem, & ſpectacula à Cõmodo exhibita. Voluit ille haberi Deus Hercules, pellemque ac clauam geſtans, riſum mouebat, ſed ridentibus capitalem. Hinc Dio docuit ſocios artem celandi riſum, commeſtione & motu ſtomachi. hac occaſione Chriſtiani paſsi ſunt martyrium: in quibus Iulius Senator. *Surius 25. Auguſti* refert acta. Serapion (*de quo anno 190.*) confutauit Euangelium, quod dicebatur ſecundum Petrum, quo Docitæ hæretici abutebantur. Perierunt tamen ferè eius ſcripta. *Theodor. lib. 5. de hæret. fab.* qui eſt Epitome diuinorum decretorum. | *Commodus 6. & Petronius.*

193 | 15 Eleutherii | 12 Cõmodi. | Templum Pacis, *de quo ſupra ad annum 77.* nunc incenſum *ſcribit Herodianus lib. 1. Dio autem in Commodo ait*, incendium peruenisſe ad templum Pacis. certè templum non fuiſſe penitus abſumptum *indicat Ammianus lib. 16.* Vaſa aliqua templi Hieroſoly. à Veſpaſiano illata in templum Pacis, putantur tunc periiſſe: reliqua permanſerunt integra vſque ad tempora Honorii, & ablata à Vandalis, *ait Procopius.* hoc anno occiditur Clean- | *Bradua 2. & Aproniaus.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			der, author tot Tragœdiarum Romæ, & per orbem Romanũ. *Herod.lib.* 1.	
194	1 *Victoris I.*	13 *Cõmodi.*	Eleutherius 7 Kal. Iunias moritur. *Euſe.in Chr.* an gladio, vel aliter, non conſtat: tamen in Martyrologio Martyr vocatur: quod nomen Confeſſoribus interdùm tribuitur. ſubrogatur Victor Afer, Kal. Iunij. *Clemens Alexandr.lib.*1. *Strom.* coniicit in hunc annum mortem Commodi, quem ſtrangulauit Athleta. *Herod.lib.*1. in hoc, domus Aureliorum amiſit Principatum. *Dio.* Occiſus eſt Commodus exeunte hoc anno, quo ipſe ſeptimùm & Pertinax 2 Coſſ. erant, mox eligitur Imperator Pertinax Afer, Falcone & Claro Coſſ. anno Chriſti 195. Commodum Seuerus poſtea retulit in Deos, vide annum 196.	*Commodus 7. & Pertinax.*
		Pertinax.		
195	2 *Victoris I.*	1 *Seueri.*	Hic annus tres vidit Imperatores, *vt narrat Euſeb. in Chro.* Paucis menſibus imperauit Pertinax. *Dio, & Eutrop.* occiditur in Palatio Didymi Iuliani Iuriſperiti ſcelere, quem poſtea Seuerus ad Pontem Miluium interfecit. *Euſeb. Chron.* interim Peſcennius Niger in Syria, & Albinus in Britannia captant Imperium. Sed in hac plurium concertatione de Imperio, dum Peſcennius (qui prior cæteris electus fuit) totus eſt in Orientis rebus componendis, diutiuſque ibidem moratur: Seuerus ex inſperato Italiam primus occupat & Vrbem, ac ſic Imperio potitur. nam caſtigatis percuſſoribus Pertinacis: & rebus cum Albino compoſitis, quem Cæſarem creauit: ipſe in Orientem perrexit contra Peſcennium. *Dio. Hero. Spartian.* his Tragœdiis hũc totum annum Chronologicum damus: nam alioqui parùm cõſentiunt Scriptores de menſe, & die, quo hi cœperunt imperare. putatur Seuerus fauiſſe Chriſtianis impenſè, *ex Tertulliano ad Scap. cap.* 4. magnum Eccleſiæ tunc incrementum notauit *Niceph.lib.*5. *cap.* 26.	*Soſius Falco, et Clarus.*
196	3 *Victoris I.*	2 *Seueri.*	Seuerus in honorem Pertinacis quem Iulianus occidit, ſe Pertinacem cognominari voluit, & ſe ipſe in genus M. Aurelii Antonini inſeruit. *Dio.* Antiquum de hac re nummum refert *Scaliger ad annum Euſebii*, 2209. aliam etiam refert inſcriptionem, in qua Seuerus Commodum Diuum vocat, & ſe Commodi fratrem. Theodotus Coriarius & Hæreſiarcha, lapſus in perſecutione, confingens ſe non Deum, ſed Chriſtum hominem negaſſe, damnatur à Victore. *Tertul. de præſcrip. cap. vlt. Epiph. hæreſi* 14. quamuis præciſè de anno non conſtet. Artemon, & alii Theodotiani calumniantur Victorem, quòd cum ipſis ſenſiſſet. *Euſeb.lib.*5. *cap.* 26. 27. *&* 29. fuit & alter Theodotus Argentarius, qui Chriſtum etiam dicebat ſolum hominem, ac inferiorẽ Melchiſedecho, à quo Melchiſedechiani hæretici. *Theodor. lib.* 2. *hæret. fab.* nunc extitit Praxeas, qui deficiens à Montaniſtis, dicebat Chriſtum eſſe Deum Patrem, & hunc crucifixum fuiſſe. Vnde Patropaſſiani, item & Monarchici, quòd vnam tantùm perſonam ſtatuerent in Trinitate. Scriptores illius temporis *refert Euſebius*, Candidum. Appionem, Sextum Heraclitum, & Clementem Alexandrinum. fuit & Athenogenes Martyr, ac doctrina inſignis, *de quo Baſilius de Spiritu ſancto cap.* 29. cùm *Clemens in libris Strom.* faciat mentionem perſecutionis, ſub Seuero, debet eos libros ſcripſiſſe poſt annum 10 Seueri. Scripta Clementis Alexandrini corrupta fuiſſe ab Arrianis, *teſtatur Rufinus in Apol. pro Origene.* Et ideo ad vitandum erroris periculum Gelaſius ea retulit inter apocrypha in Concilio Romano.	*Seuerus Imperator 2. & Albinus Cæſar 2.* A B
197	4 *Victoris I.*	3 *Seueri.*	Seuerus Imperator in Oriente occiſo Peſcennio Nigro, Byzantium breui expugnabit. *Dio in Seuero, Spartianus, Herodianus.* parte copiarum ibi relicta, ipſe in Meſopotamiam iter arripiẽs, fautores Peſcennii debellat. interim Albinus Cæſar præſen-	*Tertullus, & Flauius Clemens.*

tiens mutatum erga se Seueri animum, Imperatorem se nuncupat: & Gallias ac Britanniã occupat. Tertullianus nunc floret natione Afer, & Carthaginensis. *Hierony. in Scriptor.* quando etiam scripsisse putatur librum de Præscriptione aduersus hæreses. Hoc anno *putat Pamelius* Tertullianum scripsisse de Pallio librum (*vide annum* 210.) in cuius *libri cap.* 2, per triplicem vnitatem Imperii, intellexit *Tertullianus* Seuerum patrem, Caracallum, Getamque filios: *vt ex antiquis inscriptionibus notant hic Baron. & Scal.* Euseb. Et cùm hi, non hoc anno, sed post Parthicum bellum, alter Augustus, alter Cæsar sint nominati, facilè apparet, malè *Pamelium* notasse hoc anno scriptum librum de Pallio.

198 | 5 Victoris I. | 4 Seueri. | Domitius Dexter, & Messala Priscus.

Seuerus occupat Byzantium, & vicum facit. Parthos & Arabas cladibus afficit, quòd fauissent Pescẽnio. Medos in deditionem accipit. *Dio. & Tertull. de habitu muliebri cap.* 7. qui iam Romæ erat. nũc agitata est quæstio de Paschate, an die Dominico, vel 14 mensis, ex lege Mosaica esset colendũ. *Euseb. Chron.* multa iam celebrata Concilia *refert Baronius.* Victor anathema indicit Ecclesiis, aliter quàm facit Romana Ecclesia celebrantibus Pascha. nec duriter egit: licèt fuerint querimoniæ de hac re. nam tempore Victoris docebant multi necessariò esse colendũ die 14. cum Iudæis, in quibus erant Montanistæ: ita vt iam conniuere, fuisset schisma & hæresim fouere. quare Victor coactus est vti extremo hoc remedio. non omnes dissentientes, se propterea ab Ecclesia separauerunt. qui verò in schismate permanentes, se ab Ecclesia segregauerunt, dicti sunt Quartodecimani.

Hoc, sub Victore habitum concilium, solet votari Romanũ, vbi decretum est, vt Pascha celebretur die Dominico, qui proximè Lunam 14 post vernum æquinoctium sequitur. *lege Onup. an.* 187. Eius quidem non extant acta. mentionem tamen illius facit Euseb. *Histor. lib.* 5. *c.* 22 fuere etiam postea in Palestina, & habita de eadem q. concilia.

199 | 6 Victoris I. | 5 Seueri. | Lateranus, & Rufinus.

Seuerus filium Bassianum, quem Antoninum nominauit, creat Cæsarem, & Albinum, qui in Gallia Imperium occupauit, reportata sanguinolenta victoria, occidit. *Euseb. Chron. Dio, Herod.* de Narcisso Episcopo Hierosolymitano magnas passo calumnias, & delitescente, *Euseb. lib.* 6. *cap.* 8. *&* 9.

200 | 7 Victoris I. | 6 Seueri. | Saturninus & Trebonius Gallus.

Seuerus redit victor è Gallia, recusat tamen triumphum, ne de ciuili sanguine videretur exultare: sed breui clarissimos viros Consulares & Prætorianos, *quos recenset Spartianus*, occidit, qui cum Pescennio & Albino senserant. hinc verè Pertinax, vere Seuerus à multis est vocatus. occidit & eos, qui Vates de eius salute consuluissent. *Dio, Herodianus, Spartianus.* Commodum retulit in Deos. *Dio.* Dum hæc in Gallia & Romæ agerentur, Parthi Mesopotamiam occupant: quæ occasio fuit Seuero iterum iam redeundi in Orientem, vbi Parthi in eius aduentu deserunt Syriam: & ipse captis Seleucia, Babylone, & Ctesiphõte, dictus est Parthicus. filius natu maximus Bassianus, consecutus Tribunitiam potestatem, Augustus est appellatus his cõsulibus. *Onuphr. in Caracallo.* & Geta Cæsar nominatur. quare oportet Seuerum statim victo Albino rediisse in Oriẽtem: quoniam non nisi domitis Parthis renuntiatur Bassianus cum patre Augustus, *vt author est Spartianus.* hic Caracallus est Lugduni in Gallia natus, qui post fratris Getæ cædem, annis quinque imperauit solus. inscriptiones *profert Onuphrius in Caracallo.* nec de anno Bassiani Augusti dissentit fortè *Herodianus*, si attentè legatur.

TERTII CENTENARII initium.

Regna

HInc vsque ad depositam à Diocletiano purpuram Romanum Imperium, licet variis agitatum motibus, sub Gallieno præsertim: tamen fines suos pristinos tuetur, 32 legionibus munitos sub Seuero, & restitutore Aureliano.

ſtatus Ecclesiæ.

GRaues sub Seuero, Decio, & Diocletiano persecutiones Ecclesia perpessa, amplior semper euasit, & damnis ditior ipsa suis: calumniis etiam petita, & crebris agitata hæresibus, clarior in dies extitit.

Doctrina

ECclesia veritatis index. *Tert. de Præscript. cap.* 17. & 19. Traditionum authoritas. *Origen. in Proœm. lib.* 1. περὶ ἀρχῶν. Primatus. *Cypri. Epist.* 40. *ad plebem de* 5. *Presbyteris.* Liberum arbitriũ, *Origen. Homil.* 12. *in Numer. ante medium.* Opera bona & merita. *Cypri. Epist.* 77. *ad Nemesianum. item de vnitate Ecclesiæ, post medium.* Sola fides excluſa. *Origen. Homil.* 3. *in Cantic. post medium.* Sacramentum Eucharistiæ. *Cyp. Serm. de cœna Domini.* De Sacrificio. *ibid.* & *Epist.* 66. Pœnitentia & Confessio. *Origen. Hom.* 2. *in Leuit. post medium.* Purgatorium. *Origen. Homil.* 6. *in Exodũ, ante medium. Cypri. Epist.* 52. *ad Antonianum. post medium.* Inuocatio Sanctorum *Origen. li.* 3. *in Iob. non longé à fine.* Reliquiæ. *Clem. Alex.* 6. *Strom.* Cælibatus. *Clem. lib* 3. *Strom. ante medium.* Abstinentia à cibis. *Cyprianus de Ieiunio, post medium.*

Anni Christi	*Anni Pont.*	*Anni Imp.*
201	8 *Victoris I*	7 *Seueri.*

Consules.

Annullinus & Fronto.

A

SEVERVS anno præcedente proficiscens ad Parthicum bellum, populo dedit Congiarium, militibus donatiuum, & Plantianum Antonini Bassiani socerum reliquit Romæ, qui omnia ibi curaret. *Dio, Spartianus, Herodianus.* hic annus videtur quo, *vt narrat* Dio, Seuerus secessit in Ægyptum, dum contra Barsennium regem in Arabia, & pescennii fautorem ducens exercitum, coactus est (propugnãtium virtute repulsus) soluere obsidionem ciuitatis, quam occupare contendebat. circa hunc annum lapsus videtur Tertullianus in Montani hæresim; quam ipse antea damnauerat, *in libro de Præscript, vbi cap.* 36, Romanæ Ecclesiæ fidem egregiè laudauit. Nouatiano etiam coniungitur, *inquit Ambrosius, vel alius potius ignotus author in Epist.* 1. *ad Corinth. cap.* 13. tabo inuidiæ confectus, vt aliqui putant, quod indignè tulisset Victorem Gentilem suum sibi præferri: aut certè, homo durioris ingenii, & asperioris disciplinæ, faciens iudicium de veritate dogmatum ex seueriore vitæ cultu, deceptus est à Proclo Cataphrygum disertissimo, & austerioris vitæ cultore. Dùm milites ad donatiuum accipiendum coronati incedebant, vnus eorum Christianus coronã in capite recusans, excitauit persecutionem in Christianos. quod eius factum à multis Christianis improbatum, lauda-

Anni Christi	Anni Pontifi	Anni Imp.		Consules
			re voluit & defendere. *Tertull. lib. de Corona militis*: cùm iam ab Ecclesia defeciſſet, vbi inuehitur in Catholicos, *cap.* 11. & negat Christianum posse esse militem. Idem Tertul. Romæ tunc manens, & spectator persecutionis, scribit Apologeticum ad Vrbis Antistites pro Christianis. *Vide ibidem cap.* 15. & 16. de capite asini, & eius cultu, *item Iosephum lib.* 2. *contra* Appionem *cap.* 10. & *Plutarch. in Sympo. lib.* 4. *q.* 5.	
202	9 Victoris. I	8 Seueri	Dum Seuerus contra Parthos ageret, aderat illi Abagarus Rex Osroenorum, à quo adiutus, Parthicum bellum feliciter satis, *vt notaui*, confecit. hic putatur fuisse Christianus, ex olim publicata Christi fide per Thadæum Apostolum, *vt suprà anno* 43. *& infra* 218. floruit sub Seuero Papinianus Iurisconsultus, & Seueri Imperatoris Cancellarius. hoc anno refert *Baronius* Acta Proconsularia Martyrum Scillitanorum Consule Saturnino in Africa: quem in pœnam amisisse lumina, *scribit Tertull. ad Scapulam cap.* 3.	Claudius Seuerus, & Augustus Victorinus.
203	1 Zephyrini	9 Seueri.	Seuerus rediens ex Ægypto in Syriam & Antiochiam, designat se, & Antoninum filium sequentis anni Consules. *Spartianus in Seuero.* triumphus Seuero decernitur Iudaicus, *Spart.* Sed huius belli memoria aliqua extat solùm *apud Euseb. in Chron.* inter opera Seueri publica *Spartianus memorat* Septizonium Romæ, & Thermas Antiochenas. *Euseb. Chron.* Indicat *Victor* duo fuisse Seueri Septizonia, collocans Septizonium nunc in decima, nunc in duodecima regione. Vnius reliquiæ exiterunt vsque ad Sixtum quintum. *Scal. in Euseb.* Victor Papa patitur Martyrium Romæ 28. Iulii. succedit Zephyrinus Romanus octauo Augusti. *Euseb. lib.* 5. *cap.* 27. Scapula succedens Proconsul in Africa, persecutionem cœptam à Saturnino auget. *de quibus Tertull. ad eundem Scapulam cap.* 3. 4. *& vltimo. vide annum* 210. His Seueri temporibus nouam scripturæ editionem euulgauit Symmachus potius iuxta sensum, quàm verba. *Hier. in Threnos* 32. Samarita fuit *ex Epiph. de ponderibus & mensuris.* imò & Ebionita. *Hieronym. in Apolog. contra Ruffinum*: non tamen ab isto Symmachianos hæreticos fuisse nominatos *indicat hic* Baronius.	Annius Fabianus, et Nonius
204	2 Zephyrini	10 Seueri.	Seuerus promulgat edictum persecutionis in Christianos, quam *Orosius* quintam vocat, *Sulpitius* sextam. *de qua Euseb. Chro. & l* 6. *c.* 2. grauis erat adeo, vt illa tempora putarentur Antichristi. *Euseb. lib.* 6. *capite* 6. inter alias grauioris huius persecutionis occasiones, vna potuit esse conuersio Philippi, Augustalis in Ægypto Præfecti, quem Seuerus misso Terentio Læto successore occidi clam curat, vt coniectura est. eius martyrium habetur *in Baronii Martyrologio* idibus Septemb. *Euseb. l.* 6. *cap.* 2. *lege Metaphrastem* 25. *Decembris.* Leonides coronatur martyrio: cuius filius Origenes adhuc adolescens, tunc scripsit patri Epistolam adhortatoriam ad martyrium, à quo vix eum auulsit mater. *Euseb. lib.* 6. *cap.* 2. *&* 3. floret Iudas scriptor Ecclesiasticus, qui res suas produxit ad decimum Seueri annum. Nunc etiam Clemens Alexandrinus agit pro Christianis. *Stromatum l.* 4. scribit quidem Spartianus, duos Imperatores his Consulibus, fuisse adhuc in Syria. verùm sub finem saltem anni videntur Romam rediisse.	Seuerus 3. & Antoninus Augusti.
205	3 Zephyrini	11 Seueri.	Hoc anno post reditum Imperatorum ex Oriente triumphatum est. Et exacto iam decimo anno decennalia celebrat Seuerus, Plautianum Prætorio Præfectum, ex obscuro loco oriundum, ad honoris & potentiæ summum gradum prouectum, *scribunt prolixè Dio in Seuero, & Herodianus l. tertio.* volente Seuero factum est, *inquit Dio*, vt suffecti Consulatus numerarentur deinceps, æquè ac ordinarii. Sed de *Dionis* sententia quoad suf	Septimus Geta & Plautianus 2.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			fectos, quem sequitur *Baronius*, dictum est Tomo primo, in Præfatione ad Catalogum Consulum. Sanè quod nostram sententiam confirmat, Plutianus, qui antea suffectum tantum gessit Consulatum, & hoc anno creatus est cum Geta ordinarius, dicitur iam gessisse secundum Consulatum, *ex citato Dione*. Origenes proscriptis paternis bonis, adoptatus est à locuplete muliere Christiana, & docet Alexandriæ sacras literas in magno persecutionis ardore. Vbi plures conuertit Gentiles ad fidem, ex quibus Martyres numerantur Plutarchus, Serenus, Heraclides, & alii. *Euseb. lib. 6. cap. 3. & 4.* fuerunt & alibi Martyres: Gundenis Virgo Carthagine. *Martyrol. Rom.* 18. *Iul.* Perpetua & Felicitas Tiburbi in Mauritania 7 Martii. Zoticus Episcopus Othrenus in Armeniâ, Montanistarum insectator, 21. Iul. *Martyrol. Rom.* Serapion in Ægypto, 13. Iulii. Andeolus in Galliis, Polycarpi discipulus, primo Iulii. contigit porrò circa hunc annum Irenæi Episcopi Lugdun. martyrium nobile. Acta periêre. ex plurimis eius scriptis (*de quibus Euseb. lib. 5 ca. 25. & Hieronymus scriptor.*) tantùm nunc extant quinque libri aduersus hæreses, reperti tantùm post Gregorii tempora, *vt apparet ex ipso Gregorio lib. 9. Epist. 50.* laudatur à Tertulliano, *libro contra Valent.* & à Hieronymo, *Epist. 29.*	
206	4 *Zephyrini.*	12 *Seueri.*	Hic annus, qui Plautiani Consulatum sequitur, habuit 15 Maii Sæculares Ludos. *Herod. lib. 3. Zosimus lib 2. de his Ludis, vide Tomo primo ad annum* 3548. Anno etiam Domitiani septimo, & Christi 90, notati sunt Ludi Sæculares, ab eodem Domitiano repetiti, à quibus ad hos Seueri Ludos rectè numerat Censorinus annos 115 integros: ex quo exibit annus hic Christi 206 inchoatus. hos Ludos intellexisse debuit nomine Iubilei *Euseb. in Ch. Coss. Silone & Libone.* Sed & arcus Seuero erigitur. Pantheon reparatur. extant Romæ inscriptiones. *Onuph. & alii.* fuit tamen annus infelicissimus Plautiano Antonini socero, natione Afro, potentissimo & acerrimo Christianorum inimico. miserè periit, generi, vt putatur, insidiis. *Herodianus, Dio.* en speculum humanæ felicitatis, vel potius ludibrium. Dissipatis statuis nomen abraditur, & filius ac filia relegati tandem occiduntur.	*Chilo Septimius, & Annius Libo.*
207	5 *Zephyrini*	13 *Seueri.*	Post Plautiani infelicem exitum, putant aliqui eius loco Præfectum prætorio constitutum Papinianum Iurisconsultum. Sanè *apud Dionem in Seuero sub finem*, vbi arguitur filius intentati parricidii, Papinianus Præfectus nominatur: & paulò ante, Præfectus Prætorio: quamuis indè apertè non colligatur fuisse Iurisconsultum.	*M. Aurelius Antoninus Aug. et Geta frater. 2.*
208	6 *Zephyrini.*	14 *Seueri.*	Origenes per hoc tempus sententiam illam Christi *Mathæi* 19. malè interpretatus, seipsum excidit. *Euseb. lib. 6. c. 7.* quo etiam tempore adhuc adolescens exponit Cantica: quam interpretationem postea maturior emendatam emisit in lucem. *Hyeronymus in Præfatione in Abdiam.* vbi seipsum arguit, quòd minor scripturas interpretari aggressus sit. claret Natalius Confessor, qui per noctem cæsus ab Angelis, reliquit hæresim Theodosianorum. *Euseb. lib. 5. c. 28.* Tertullianus totus contra Marcionem agens, scribit contra eundem; sed anno 15 Seueri, finem illis libris imposuit, *Tertul. lib. 1 contra Marcionem cap.* 15. & citat *libro* 5, librum de Resurrectione carnis.	*Albinus & Fuluius Aemilianus.*
209	7 *Zephyrini.*	15 *Seueri.*	Cogitat hoc anno Seuerus Britannicam expeditionem, quam describturus *Dio in Seuero*, notat eo tempore duo fuisse Britannorum genera. hi sunt Caledonii & Mæatæ. incolunt, *inquit*, Mæatę iuxta eum murum, qui insulam in duas partes diuidit. Caledonij	*Flauius Aper & Maximus.*

Caledonij post illos sunt. & mox vtriusque populi regionem ac mores describit. sed sequentem annum excepit hæc expeditio. est verò illa Dionis diuisio, non quidem totius insulæ, sed partis illius, quæ ad Septentrionem vergit, & fere vltra murum positæ. quam anno sequenti Seuerus penetraturus est: & in qua Mæatas interpretantur aliqui esse Campestres: Celedonios autem Montanos. reliquam Britanniæ diuisionem *habes ad annum* 449. *& in Appendice Geographica.*

210 | 8 Zephyrini. | 16 Seueri. | M. Aurelius Aug. 3. & Geta frater. A

Romæ celebrantur decennalia Antonini, quibus peractis Seuerus cum duobus filiis mouet exercitum in Britannos. *Dio.* sunt hæc Antonini decẽnalia, *vide anno* 200. Seuerus muro per transuersam insulam ducto, Britannici nomen accepit. *Dio, Spartianus.* Idem ante Seuerum fecerat Adrianus. *Spartia. in Adriano. Vide annum.* 124. alium etiam murum ab Antonino productum *indicat Capitolinus.* notantur passuum 132 millia in muro Seueriano. huius muri Seueriani non meminerunt *Dio, & Herodianus.* ductum tamen narrant *Spartianus & Cassiodorus*, nisi potius reparatum tantùm velis à Seuero. mirum est, *Polydorum Vergilium*, non nisi post ducentos annos productum affirmasse. penetrauit quidem Seuerus ad extremum insulæ: sed cum ingenti suorum iactura: nam incolæ leuiter armati, cursu veloces, docti superare natando flumina, ferre famem, contemnere frigora & æstus; adeó sine instructa vlla acie vexarunt Romanos, vt ad 50000 desiderati sint. Pax tandem firmata est: sed quibus conditionibus, non attingunt Romanæ historiæ scriptores, tantùm notat *Dio*, aliquam regionis partem detractam. addit Seuerum in extrema insula, dierum & noctium inæqualitatem longè aliam, quàm in Romano orbe cognouisse. & Caledonios certo cibi genere vsos, quem cùm cœpissent quantum est vnius fabæ magnitudo, minimè esurire aut sitire solere. iam sub Victore Papa, & Donaldo Scotorum Rege, Scotia receperat Christiana sacra. *vt monui ad an.* 183 *& notat Lesleus in Donaldo primo rege Christiano.* cuius ille initium locauit ad an. 197. Hoc ipso anno Geta Cæsar accepit Imperium. Et hinc sunt plures illi Augusti, quos subindicat *Tertullianus libro de Pallio.* quem proindè circa hunc annum scripsisse putatur, non autem anno 197, vt existimauit *Pamelius.* quo vero anno scripsit libellum ad Scapulam, incertum est. *Scaliger ad annum Eusebii* 2123, putat sub Heliogabalo editum. solidior Baronii coniectura pro anno Christi 203. vbi hoc ipsum notauit. B

211 | 9 Zephyrini. | 17 Seueri. | Pompeianus et Lollianus Auitus.

Britanni ruptis pacis conditionibus armantur in Romanos. Sed Seuerus iam senio & morbis grauatus, bellum hoc Antonino filio committit. floret hoc sæculo Alexander Aphrodisæus, primus qui Aristotelis doctrinam commentariis faciliorem effecit. discipulos habuit & industriæ huius imitatores, Themistium, Ammoniũ, Simpliciũ, Philoponũ, & Olympiodorũ.

212 | 10 Zephirini. | 18 Seueri. | Acilius Faustinus & Cassonius Rufinianus.

Hoc tempore florebat Romæ Minutius Felix, Causidicus insignis. Dialogum scripsit, qui Octauius dicitur. interloquuntur Christianus, & Cæcilius Christianã religionem impugnans. is putatur Cęcilius Afer, professione Rhetor, postea datus Diadumeno magister. *Vide Hieronymum in Scriptor. & Epistola* 84. In hoc Octauio fit mentio illius ineptissimæ calumnię, quód Christiani colerent genitalia Sacerdotum, quia ad eorum pedes procumbebant. Seuerus omnibus rebus felix, infelix liberis, tantùm non occisus est ab Antonino filio. *Dio in Seuero.* florebat tunc iterùm Romanum Imperium, munitum legionibus 32 in limitaneis prouinciis. *Dio histor. lib.* 55. & tamen potentior erat Christiana religio sine armis, *Tertul. contra Iud. cap.* 7. status infelix

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules
			Iudæorum, *vbi bem cap.* 13.	
213	II *Zephyrini.*	I *Antonini Caracalli & Getæ.*	Moritur Seuerus Eboraci in Britannia mœrore animi, ob filiorum diſſidium confectus, menſe Februario. *Dio.* ſuccedunt M. Aurelius Antoninus Baſſianus, & Septimius Geta fratres. Antoninus lacte Chriſtiano educatus, *ex Tertul. ad Scapulam*, honeſtæ pueritiæ ſpecimen dedit. Sed cum poteſtate mores mutans, cœpit in omnes ſæuire. *Herod. lib.* 3. dictus Caracallus à veſte talari populo data, *quam deſcribit Spartianus. addit Scaliger* cucullatam fuiſſe. Parentem referunt in Deos. hanc ſolemnem ceremoniam *deſcribit Herodi. lib.* 4. *ſcriptor illius temporis.* Vbi reperies Romanis ſiniſtram partem digniorem fuiſſe in ſacris, *vide Plutarch. quæſt. Rom. q.* 26. *&* Varro *lib.* 6. *linguæ Latinæ.* nunc Antiochiæ in Epiſcopatu ſuccedit Serapioni Aſclepiades. *Euſeb. Chron. & hiſt. lib.* 6, *cap.* 10. Hieroſolymis Alexander Epiſcopus ordinatus, pariter cum Narciſſo adhuc viuente, Eccleſiam regit, *ibidem cap.* 8.	Gentianus, & Baſſus.
214	12 *Zephyrini*	2 *Antonini Caracalli.*	Notat quidem *Dio in Caracallo*, ciuile bellum hoc tempore inter Parthos; ſed tandem regno potitur Artabanus, poſtea pugnaturus contra Caracallum. Cæterùm in hoc Artabano extinctam tandem Arſacidarum dynaſtiam, *apparet ex Herodiano.* Ortum regni Parthici *notat Dio lib.* 4 *in fine.* Parthi, *inquit*, qui olim ſub Imperio Perſarum exigua regionis parte potiebantur, poſtea deſtructo Perſarum imperio à Græcis, & Alexandri ſucceſſoribus per continuas ſeditiones debilitatis, potiti ſunt Aſia, duce Arſace, à quo reges poſtea Arſacidæ ſunt nominati, & cuius ſuaſu (*vt ait Herod. in Alexandro*) defecerunt à Macedonibus: idque ſub Antiocho, *vt notat Zoſimus in Gordiano*, tenuerunt Arſacidæ imperium vſque ad hunc Artabanum, quem ſua ætate vixiſſe, *ſcribit citatus Herodianus.* Sed eo interfecto, Artaxerxes Perſarum imperium reſtituit. his Parthis bellum fuit cum Romanis, ſæpe interruptum, & ſæpe integratum, à Parthica illa expeditione, in qua periit Craſſus (*de quo Tomo* 1. *an.* 3949) huc vſq. Hic annus, Romanis tragicus fuit. Antoninus enim occidi iuſsit Getam in ſinu matris, biennio iuniorem ſe, omneſque fautores. *Dio & Spartianus in Caracallo, Herod. lib.* 4. Cæſa ſunt 20 millia cum Papiniano Iuriſconſulto, & Senatoribus multis. vltio nempe diuina ob fuſum Chriſtianorum ſanguinem, qui tamen in his tragœdiis alta fruebantur pace	Pompeius Aſper & Aſper. A
215	13 *Zephyrini*	3 *Antonini Caracalli.*	Dum pax eſt Chriſtianis à Gentilibus, hæretici vexare incipiunt Eccleſiam: & Romæ habita diſceptatione, Proclus Cataphryga ac Montani ſectator pro ſuis, Caius vir eloquentiſſimus pro Catholicis pugnant. *Hieron. in Caio, & Euſeb. lib.* 6. *cap.* 14. *notat Hieronymus* habitam ſub Zephyrino Pontifice. hac re offenſus *Tertullianus* ſcripſit librum de ieiunio. *vide ibidem cap.* 1 *in fine, & cap.* 13. *vide porrò de* Monogamia, *cap.* 3. vbi annum notat.	B
216	14 *Zephyrini.*	4 *Antonini Caracalli.*	Iam igitur Tertull. furens in Catholicos, quos & Pſychicos appellat pugnat pro ſuis Cataphrygis, ſcribens librum de Monogamia contra Bigamiam: item librum de Pudicitia, contra edictum Zephyrini, reuocantis lapſos, etiam ſi fornicarii fuiſſent: & denique librum de Ieiunio, in eos qui Paracleti ieiunia abrogaſſent, de Tertulliani ingenio, doctrina, & lapſu, *Vincentius Lerinenſis contra hæreſes cap.* 24. de eius exitu *Auguſtinus cap.* 86. *de hæreſibus. vbi Tertullianiſtis.* defecit enim ille tandem à Cataphrygis. Gelaſius eius opera poſuit inter apocrypha. eum lectitabat Cyprianus, *ex Hieronymo epiſt.* 65. *& de Scriptor. in Tertulliano.* Hieronymus ingenium laudat, damnat hæreſes, *vt ipſe ait Apologia contra Ruſinum.* In hunc eundem 4 annum Caracalli, *Euſeb. in*	Antoninus Auguſtus 4. & Balbinus 2. Meſſala & Sabinus.

Chron. coniicit ædificatas Romæ regione 12 thermas Antoninianas ab eodē Antonino, quas postea reparauit Diocletianus. nunc obiit Oppianus Poeta, qui obtulit huic Antonino Cynegetica: & eidem adhuc viuente Seuero patre obtulerat Halieutica, vt planè colligitur ex fine libri secundi: non autem Antonino philosopho, *vt putauit ex errore nominis Eusebius, Chron.* 2188. *lege ibidem Scalig. observationem sanè accuratam.*

217 | 15 zephyrini | 5 Antonini Caracalli | Circa hoc tempus sedisse putatur Agrippinus Episcopus Carthaginensis, qui primus baptismum hæreticorum coacto Concilio nullum pronuntiauit. *Cyprian. Epist.* 7. vbi Agrippini sententiam probat. Sed improbatur ab *Augustino lib. 2. de Baptismo contra Donatistas, cap.* 7. & 8. vbi etiam *cap.* 9. excusat Cyprianum. Res hæc tragœdiam nouam excitauit in Ecclesia. occasionem malè dederat *Tertullianus de Baptismo cap.* 14. Antoninus peragratis Germania, Asia, & Syria, tandem Alexandriā veniens, sæuit in Ægyptios ipsum illudentes: idque mira clade. *Dio in Caracalla, Herod. lib.* 4. | Aemilius Latus 2. & Anicius Cerealis.

218 | 16 zephyrini | 6 Antonini Caracalli. | Abagarus Osroenorum Rex, qui *ex Herod. lib.* 3, inierat amicitiam cum Seuero, nunc amicè occurrens Antonino, coniicitur ab eodem in vincula. *Dio in Caracallo.* Eum Christianum & sanctum *scribit Eusebius in Chron. ex Africano historico.* Non hac sola perfidia contentus Basianus, pergit in Parthos, violaturus ibi quoque fœdera & fidem publicam, specie quidem matrimonii contrahendi cum filia regis Artabani, re vera autem, vt contra fœdera pacis opprimeret incautos Parthos, & Parthici nomen haberet, quod & fecit. quo tempore Arbela subegit, ac sepulchra regum Parthorum, abiectis ossibus, subuertit, *inquit Dio, Herodi.* ipse regrediens à Parthis, metu insidiarum, oraculis ac Magis intentus est, ac Tyaneo extruit monumētum. *Dio, & Herodianus.* Ambrosius vir nobilis & doctus, Origenis disputatione reuocatur ab errore Valentiniani, & restituitur Ecclesiæ. hic est, qui Origeni suppeditauit Notarios & Librarios iam confessione clarus, *Hieronymus de Scriptoribus, & Euseb. lib. 6. c.* 13. | Sabinus 2. & Corneli. Anulinus.

219 | 17 zephyrini | 1 Macrini & Diadumeniani. | Hoc anno Origenes inuenit editionem scripturæ quintam, Iericō occultatam in dolio, Græce, adhuc viuente Antonino, *Epiphanius de mensuris, Euseb. lib. 5. c.* 12. tandem Antoninus Bassianus periit in Mesopotamia mense Aprili, *iuxta Dionem*, cùm Edessa Carras versus iter faceret, & ad Parthicum bellum integrandum se pararet. *Dio, Spartianus.* extinguitur non quidem propria manu, *vt putat Eutrop.* sed occisus à milite, quem submisit Macrinus Prætorio Præfectus. Succedit, & eligitur ab exercitu Imperator idem Macrinus, natione Maurus, vnà cùm Diadumeniano filio. *Iul. Capito. & Lampridius in Diadumeniano,* hic constitutus Imperator sustinuit die vndecimo ab electione irrumpentes & iratos Parthos: idque per triduum iterato certamine; donec Parthi certiores facti de morte Bassiani, (quem illi solum impetebant) pacis conditiones oblatas à Macrino admiserunt. Philetus Antiochiæ succedit Episcopus. *Eusebius lib. 6. cap.* 15. | Præsens & Extricatus.

220 | 18 zephyrini | 1 Antonini Heliogabali. | Macrino & Diadumeniano filio victis, mense Iunio, Imperator ab exercitu acclamatur M. Aurelius Antoninus, Caracalli ex scorto filius, dictus Heliogabalus, seu Helagabalus; quòd in Phœnicia fuisset Solis sacerdos, in Solis templo. Gabala vrbs Phœniciæ est: vnde iste Gabalorū vnus, dictus est solis Gabalus. Macrinus post fugam Chalcedone inuentus, periit, prius occiso filio. *Dio in Macrino.* | Diadumenianus Cæsar 2. et Adiectus.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.	Consules.
221	1 Calisti I.	2 Antonini Heliogabali.	Antoninus Heliogabalus 2. & Sacerdos.
222	2 Calisti I.	3 Antonini Heliogabali.	Heliogabalus 3. & Eutychianus.
223	3 Calisti I.	4 Antonini Heliogabali.	Gratus, & Seleucus.
224	4 Calisti I.	1 Alexandri.	Antoninus Augustus 4. & Alexander Cæsar.
225	5 Calisti I.	2 Alexandri.	Maximus & Papirius Aelianus.

Helagabalus exacta hyeme Nicomedię, Romam venit cum matre, & matris sorore Mammæa, laudatissima fœmina. Hic Deum suum Solem coli solum voluit, antiquatis aliorum Deorum religionibus. quæ res magnum attulit incrementum Christianæ fidei, *Dio. Herod. Lampridius.* Origenes, qui paulo ante Antiochiæ Mammæam instruxit, *Ex Euseb. lib.* 5. c. 15. iam his vltimis Zephyrini temporibus Romam venit. *Euseb. l.* 6. c. 12. Et fortè Mammæam est comitatus: breui tamen redit Alexandriã, sub finem huius anni. hoc est 26. Augusti Zephyrinus moritur. *Eus. Chro.* tamen in Martyrol. vocatur Martyr. fortè antiqua consuetudine, qua Confessores dicebantur etiam Martyres. Calistus Romanus succedit secundo Septembris.

Florebant hoc tempore Iulius Africanus, Bebius Macrinus, Silio Philosophus, Valerius Cordus, Veturius, Nebo, & Serapio: item Scaurinus, & Aurelius Philippus. nunc, *ex Spartiano*, Heliogabalus Senatum fœminarum instituit, vbi fœminarum causæ agerentur.

Heliogabalus cum esset militibus inuisus, coactus est Cæsarem creare, Alexianum Mammææ filium, quem Alexandrum vocari voluit. *Dio. Herod. Lampridius.* Iulius Africanus, Scriptor temporum, nunc legationem obit ad Heliogabalum pro restituenda ciuitate Nicopoli in Palæstina. quæ, *vt ait Sozomenus li.* 5. c. 21. ex Romana victoria nomen hoc accepit, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῶν Ἱεροσολύμων; cum ante Emaus vocaretur. *Vide annum Christi* 73. hoc & sequenti anno ciuitas reparata est. *Euseb. Chron.* de Africani scriptis lege *Euseb. lib.* 6. *c.* 24. eius historiam extantem vidit Photius. Et hoc ipso anno legationis suæ (qui est quartus ferè annus Heliogabali) terminauit opus suum. estque primus annus Olympiadis 250. *vt ex eodem Africano colligit Scaliger, ad annum Euseb.* 2237. recteque consentit cum nostro Olympiadum initio, & annis expansis vtriusque Tomi: sunt enim ab initio Olympiadum huc vsque anni 997. qui resultant ex notata Olympiade. plura de Africani Chronicis notis vide supra an. 32. hic Africanus est, in quem scripsit Origenes de Susannæ historia, non verò Sextus Africanus, *vt putauit Suidas.*

Floret Heraclas Origenis discipulus Alexandriæ, vir insignis *Euseb. lib.* 6. *cap.* 12. Heliogabalus occiditur ob nefandas turpitudines, & raptatus proiicitur in Tiberim. *Dio.* Alexander Mammææ filius, Heliogabali consobrinus, anno præcedente dictus Cæsar, nunc Imperator creatur à Senatu & populo, anno ætatis 16. *Lamprid. in Alexand.* notant aliqui acta hæc fuisse exeunte Februario: alii ineunte Martio. Princeps fuit Alexander æquitatis amans, & ferè Christianus: illud sępe vsurpans: QVOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI NE FECERIS. *Lampridius.* Hîc coniecturam facit, & mentionem Baronius de taberna meritoria adiudicata Christianis, ex qua sub Augusto effluxit oleum: & de Ecclesia B. Virginis trans-Tiberim ibidem ædificata sub Calisto. Florebat Hippolytus Episcopus, & scriptor, *Hieronymus in Hippolyto*, *Euseb. li.* 6. *cap.* 16. *Herodianus scripsit* Alexandri Imperium fuisse totum sine sanguine: quod tamen *ex Lampridio* falsum ostenditur. licèt enim permiserit Christianos esse: nihilominus Consiliarios habuit, doctissimos quidem Iurisconsultos, Domitium Vlpianum, Paulum, & alios: sed hostes Christiani nominis: vt commentum videri non debeat, si legantur Romæ Martyres aliquot sub Alexandro.

Florent Domitius Vlpianus, Pomponius Alphenus, Fabius Sabinus, dictus sui sæculi Cato, Iulius Paulus, Martianus, Gordianus, Calistratus, Hermogenes, Celsus, Proculus, Mo-

destinus, Metianus, Venuleius,& Triphonius,omnes Alexandro Imperatori à Consilijs. floruit quoque Catilius Seuerus,& Venatus orator.

226 | 6 Calisti I. | 3 Alexandri. | Caliſtus martyrio coronatur ſub Alexandro, pridie Idus Octobris,*vt ſcribunt Euſeb. lib.6. cap.* 15.*& omnia Martyrologia*.hic primus ſcripto firmauit ieiunium ter vel quater in anno ſeruandum, quod antea ſola Traditione retinebatur. Succeſſit ei Vrbanus Romanus 23 Octobris.Sepultus eſt Caliſtus in Cemeterio Calepodij, via Aurelia. Multa ad hunc annum notat *Baronius* de variis Cemeteriis Romæ. inter Martyres quoq; ſub Alexandro, leguntur Palmatius Conſularis, Calepodius, Simplicius Senator, Felix, & alij. | Iuliano & Criſpino.

227 | 1 Vrbani I. | 4 Alexandri. | Hic numeratur primus Vrbani annus, initium ſumens ab Octobri præcedentis anni. Alexander Imperator Rempublicam multis nominibus deprauatam reformat, variis edictis propoſitis. *Lampridius in Alexandro.* | Dexter, & Rufus.

TRANSLATIO IMPERII à Parthis ad Perſas.

DE Parthico Imperio producto ſub Arſacidis vſque ad huius temporis Artabanum, qui primus ibi cognominatus eſt Magnus, dixi *anno* 214. iam in hunc annum, aut circiter incidit tranſlatio huius Imperij ab Arſacidis ad Perſas: *vt notant* Herodi. Dio, *&* Zonaras, authore Artaxerxe Perſa, qui tertio prælio victor(in quo occubuit Artabanus) vir alioqui obſcuro loco natus regnat; mutato nomine Patthico in Perſarum nomen. *Agathias lib.* 2 *Hiſt.* ſcribit hanc mutationem Imperii incidiſſe in quartum Alexandri annũ.numerat hic ſcriptor ad hũc Artaxerxem ab Imperio Alexãdri annos 538, quos numerare voluit Vignerius à Seleuco; hoc eſt, ab anno 12 à morte Magni Alexandri. Verùm probabilius eſt cœpiſſe Parthicum regnum duce Arſace, antequam Seleucus Aſię Diadema ſibi imponeret, turbatis nempe adhuc rebus Græcorum, *vt etiam affirmat Herodianus*, & quando Arſaci facilius erat domitas ab Alexandro prouincias ſibi ſubiicere. nos ergo hos 538 annos numeramus ab anno Orbis 3688,quo Caſſander Antipatri filius,occiſo ab Olympiade Arideo,ſucceſſit.*quod ad illum Orbis annum* Tomo primo *notatum eſt, & c.* 16. *nu.* 3.

228 | 2 Vrbani I. | 5 Alexandri. | Notat *Hieronymus Iſaiæ cap.*2 tandem ſub Conſtãtino Chriſtiano Principe deletam cum infidelitate Gentilium turpitudinem, publicamque libidinem. idem ante eum Philippus Imperator, & ante vtrumque nunc Alexander facere tentauit, *ex Lampridio.* nempe de Chriſtiana religione benè ſentientium Principum opus hoc erat. in hunc annum ineuntem incidit martyrium Martinæ Virginis Romæ, Kal. Ianuar. item Iulij Martyris, 27 Maij, & Ezichii, 14 Iul. | Alexander 2. & Marcellus.

229 | 3 Vrbani I. | 6 Alexandri. | *Euſebius in Chronico ad annum quintum Alexandri refert*, Thermas Alexandrinas Romæ ædificatas refecit quidem ille Neronianas, quæ poſtea Alexandrinæ dictæ ſunt, *ex Victore & Eutropio*: ſed & alias nouas conſtruxit iuxta Neronianas, *ex Lampridio.* florent huius temporis Scriptores, Geminus Preſbiter Antiochenſis, & Berillus Epiſcopus Boſtrenus in Arabia. *Euſ. Chron.* hunc Berillum ab hæreſi reuocauit Origines. *Euſeb. lib.* | Balbinus, & Pupienus Maximus.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			6. c. 16. de Hippolyto Portuensi *lege Euseb. lib. 6. cap. 14. & Hieronym. in Scriptor.* discipulus fuit Clementis Alexandrini. Eum Nonnum *vocat Petrus Damianus, scribens ad Nicolaum secundum Papam.* tantùm extat liber eius de Antichristo.	
230	4 *Vrbani I.*	7 *Alexādri.*	Hoc anno Origenes inuentam Nicopoli apud Actium sextam editionem accepit, vt Hexapla perficeret. *Epiphan. lib. de mensuris.* Origenes in itinere ordinatur presbyter ab Alexandro Hierosolymitanorū, & Theoctisto Cæsareæ Episcopis. Demetrius his negotium facessit, quod hominem Alexandrinæ diœcesis, & sponte abscissum ordinauissent, contra Canones Apostolorum. Excusat se Alexander, quod testimonium haberet ab ipso Demetrio, *Hieronymus in Alexandro.* Cæterùm *Eusebius lib. 6. c. 7,* malè hoc attribuit inuidiæ Demetrij.	*Modestus & Probus.*
231	5 *Vrbani I.*	8 *Alexādri.*	Consul iste Dio, est qui ad hunc annum protraxit historiam. simul etiam florebant Eugannus Rhetor apud Græcos, Philemon Grammaticus, & Tatianus iunior, illius Tatiani filius, qui scripsit librum de prouinciis. Zebennus Antiochiæ succedit Episcopus, post Philetum. *Euseb. Chron. & lib. 6. c. 17.*	*Alexander? & Dio Historic.?*
232	6 *Vrbani I.*	9 *Alexādri.*	Laborat Origenes in coadunandis variis editionibus Scripturæ per columnas sibi correspondentes in eadem pagina: & cùm ante Tetrapla fecisset, nunc tandem Hexapla perfecit: sed mutato editionum ordine, ita vt editio primo loco posita in Hexaplis, esset Hebraica, Hebraicè scripta. secūdo ordine, Hebraica Græco charactere. tertiò, Aquilæ. quartò, Symmachi. quintò, Septuaginta Interpretum: sexto, Theodotionis. tādem verò additis quinta, & sexta editionibus, perfecit Octupla. *lege Epiphan. de pond. & mens. & Hieronymum ad Titum, cap. 3.* prolixè etiam *Baron. anno 231,* agit de variis scripturæ editionibus. Origenes excommunicatur à Demetrio Episcopo Alexandrino, quòd libri ab ipso editi multos continerent errores: quos tamen Origenes negat à se appositos, *in literis de hac re ad vniuersam Ecclesiam datis. Hieronymus Apol. 2 contra Rufinum.* Cæterùm de scriptis Origenis *lege Eusebium lib. 6. c. 18.* Vltimo Vrbani anno, & Christi 232, Cæcilia patitur Martyrium, cum Tiburtio, & Valeriano. *Baron. Martyrol.*	*Euphem. Agricola, & Clementinus.*
233	1 *pondiani.*	10 *Alexādri.*	Ponitur hoc anno martyrium Vrbani Papæ, iuxta Indices Vaticanos, licèt aliter *Euseb. Chron.* passus est 25. Maii. post dies 30 substituitur Pontianus Romanus. Inter insignes Origenis discipulos numerantur Dionysius, qui postea Heraclæ in Episcopatum Alexandrino succesturus est, *ex Euseb. lib. 6. c. 20. & 23.* & Theodorus, postea dictus Gregor. Neocæsareæ in pōto (quæ eius patria erat) Episcopus: dictus etiam Thaumaturgus: item Athenodorus Gregorii frater, Episcopus & Martyr. *Vide Greg. Nissenum in vita Thaumaturgi.* Tryphon quoque ex discipulis istis est. *Hieronym. in Tryphone.* Alexander Carbonarius, ex philosopho factus Christianus, abiectam Carbonarii vitam elegit ad sui contemptum, donec proditus à Thaumaturgo factus est Episcopus. *Hieronym. in Theodoro.*	*Pompeianus & Felicianus.*
234	2 *Pontiani.*	11 *Alexādri.*	*Ioannes Auentinus Historicus, & Bonfinius, rerum Hungaricarum scriptor,* meminerunt nunc fundatam Sicambriam vrbem in Hungaria, postea dictam Budam. fundata est à Sicambrorum legione, ibi præsidio collocata, vt habet in veteri Buda lapis effossus, cum inscriptione. Demetrius Episcop. Alexādriæ moritur: succedit Heraclas, *Euseb. lib. 6. c. 20.* Longinus Philosophus huius temporis insignis, insigniter laudat Ammonium & Origenem, vt Philosophus Platonicos, licet tunc essent Christiani.	*Lupus & Maximus.*

Porphyr. in vita Plotini. De Ammonio, eiusq; scriptis, & integritate in fide, *vide Hieronymum in Ammonio, & Euseb. lib. 6. cap. 13.* Platonicam philosophiã, vt introductionẽ ad Christianismum, profitebantur tunc multi Alexandriæ. *Clem. lib. 1 Stromatum.*

235 | 3 Pontiani. | 12 Alexandri. | Artaxerxes nouus restituti Persici Imperij Monarcha, inflatus rebus secundis, repetit à Romano Imperatore Syriam, & alias Asiæ prouincias. coactus itaq; ad hoc bellum Alexander, Persas inuadit. *Scribit Herodianus*, redijsse nulla re magni momenti gesta, ac triennio quieuisse Persas. tamen *Lãpridius* dat ei victoriam, Herodianum refutat, licèt propius abientem ab his temporibus. | Maximus & Quintus Paternus.

236 | 4 Pontiani. | 13 Alexandri. | Alexander cùm esset Antiochiæ, accepto nuntio Germanos transisse Danubium, venisse in Gallias, & Illyricas nationes perclitari, redijt properè in Italiam, ducturus exercitum contra Germanos. *adait Herodianus*, res malè gestas cum Persis, magnam cõcitasse militum indignationem in Imperatorem; sed *Lampridius*, qui scribit victum Artaxerxem ab Alexandro, *ait* Romæ triumphasse Kal. Octob. hũc vocat Xerxem. *Euseb. in Chron.* Et in anno Alexãdri discrepat. Consules Maximus, & Vrbanus, qui notantur ad annum huius victoriæ ostendunt accidisse eam sub finem vitæ Alexandri. | Maximus & Vrbanus.

237 | 5 Pontiani. | 1 Maximini. | Alexander Maximini dolo ex impeditione Germanica, vnà cum Mammæa matre, apud Moguntiã occiditur, die nono anni 14 Imperij. *Lamprid.* Maximinus dictus senior, Imperator acclamatur; Barbarus, & qui crudelitate sola putauit teneri posse Imperium. *Iul. Capitol.* filium Maximinũ collegam Imperij asciscit. Germanos ingenti affecit clade. *Herod & Capitol.* hic iam hostis Christianorum, sextam mouet persecutionem in Christianos, & in familiam Alexandri, in qua multi erant Christiani. *Euseb. lib. 6. cap. 21 & Iulius Capitol.* Pontianus Papa Alexandri iussu deportatus in Sardiniam, nunc mandato Maximini Imperatoris coronatur martyrio 19 Nouemb. *Origenes* scribit librum de Martyrio. *Euseb. lib. 6 cap. 21.* | Severus & Quintianus

238 | 1 Anteri / Fabiani. | 2 Maximini. | Ineunte hoc anno & 13 Ianuar. Anterus Papa, qui successit Pontiano, patitur martyriũ, sæuiente Maximino. *Euf. Chron. & Histor. lib 6. cap* 22. subrogatus est Fabianus 16 Ianuar. *Euseb. ibidem* Causa martyrij dicitur, quod acta Martyrum exquisiuissent à Notarijs qui & exceptores dicebantur, quiq; Acta omnia ac dicta notabãt magna celeritate per notas quasdam, *de quibus Dio Historiæ lib. 33. & August. lib. 2. doctrinæ christianæ. cap.* 26. hæc Acta in Prouincijs sic excepta, dicebantur Acta Procõsularia: & quæ solebant Christiani data pecunia coemere: vt mirum non sit plenè constare de martyrum dictis omnibus, & factis tempore martyrij. dicuntur hæ notæ primùm inuentæ à Tirone Ciceronis liberto. ex tribus Fabiani Epistolis prima variè deprauata est, præsertim in eo, quòd habet de Nouati aduentu in Vrbem ex Africa, quod certè tantùm accidit sub Cornelio successore Fabiani, *vt habetur in cypriano epist.* 46, 52, & 76. interim in Africa Gordianus, & filij acclamantur Imperatores ab exercitu. Senatus Romæ factum probat: vbi proindè inter Prætorianos stantes à Maximino, & populum tanta orta dissensio est, vt cædes, & incendio omnia fœdè complerentur. mox Gordianis à Capelliano Numidiæ Præfecto occisis, deliguntur à Senatu Pupienus, & Balbinus, qui subeant curã Imperij, à quibus Gordianus nepos, puer creatur Cæsar. Senatus mittit legatos ad sollicitandas Prouincias, vt deficerent à Maximino, *capitol. & Herod.* | Maximinus Augustus & Iulius Africanus. A

B

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules
239	2 Fabiani	3 Maximini	Hoc tertio tantùm Maximini anno rebellant Prouinciæ contra Maximinum, si credimus *Herodiano lib. 7.* Romani Nisibim, & Cariam totam Persis adimunt. *Zonaras.* Maximinus, relictis Pannoniis, cogitur exercitum reducere in Italiam. Sed dum Aquileiam in itinere tenet obsessam, occiditur anno sequenti cum filio à militibus. *Capitol. & Herod.*	Perpetuus, & Cornelianus.
240	3 Fabiani.	4 Maximini	Hic annus est celebris in re Chronologica, his Consulibus. Sub quibus Censorinus (*vt ipse affirmat*) scribebat librum de die natali. *Vide eundem numero 65.* vbi notat hunc Consulatum accidisse anno 1014 à prima Olympiade: qui iuxta nostros annos expansos prioris Tomi, est annus Christi 240, vel 241. Estque annus Vrbis conditæ 990, *vt notant Fasti Capitolini Sylburgii*, licèt Censorinus ex Varroniano calculo putet esse 991, auspicando scilicet à tertio anno Olymp. 6. occisis Maximinis à militibus in obsidione Aquileiæ. breui etiam Romæ occiduntur (ludis Agonalibus, *ex Herodiano*, scilicet diebus æstiuis) Pupienus & Balbinus à militibus, qui ægrè ferebant habere se Imperatores à Senatu datos. *Iulius Capitol.* Milites è vestigio Gordianum Cæsarem annorum 16 acclamant Augustum. *Capitol.* Cæterùm ob fractiones & inæqualia annorum initia in diuersis Chronologiis, dixi annum Christi 240, vel 241, respondere vni anno Vrbis conditæ, & Olympiadum. de illo Agone 39 nunc celebrato, *lege citatum Censorinum & quæ notaui anno 88.*	Vlpius & Pontianus.
241	4 Fabiani.	1 Gordiani.	Hunc ponimus primum Gordiani iunioris annum. Antiochiæ defuncto Zebeno Episcopo substituitur Babilas, qui sedit annis 12; scilicet vsque ad Decium, Deo ita disponente: nã ille propheticè præscius acerrimæ sub Decio persecutionis, omnes instruebat & armabat, inflammabatque ad martyrium pro Christo subeundum. *Vide Martyrol. Baron. 24 Ianuarii.*	Gordianus August. & Anicia.
242	5 Fabiani.	2 Gordiani.	His Gordiani temporibus innotuit Romano Imperio Gothorum nomen, qui Scythiæ Europeæ regionem eam incolebant, quam Getis adscribunt Romanæ historiæ Scriptores, præsertim inter Tanaim & Pontum Euxinum, nec longè à Danubio versus Occidentem. Horum Rex dictus Ostrogothus, inita societate cum Marcomannis, Quadis, & aliis, cœpit latè depopulari fines Romani Imperii. *Iornandes & alii. Spartianus in Caracallo ait*, Gothos, Getas nominatos. Gordianus comprimit Sabinianum in Africa rebellantem. *Capitol.* sicque pax reddita est Imperio, & Ecclesiæ. Origenes sub hac pace Athenas venit, & quædam sua scripta absoluit. *Euseb. libr. 6. capi. 25.* congregatur in Africa Consilium 90 Episcoporum aduersus priuatum hæreticum, ibidem damnatum. & quem Fabianus excommunicauit. *Cypr. Epist. 55 ad Cornelium.* Sic scilicet Episcopi benè vsi sunt pace Ecclesiæ, nec tamen defuerunt tunc Martyres, dolo saltem, & calumniis oppressi.	Sabinus, & Venustus.
243	6 Fabiani.	3 Gordiani	Mortuo Artaxerxe Persarum rege, filius eius Sapores succedit, & regnat annis 31. *vt narrat Agathias.* Hic regni sui initio in Romanos arma mouet. Et Gordianus parans se ad bellum hoc Persicum, filiam Misithei viri doctissimi vxorem ducit. *Capit.* de Heliconide Corinthia Martyre 28 Maii, *vide in Menolog.* ingens nunc contigit terræmotus.	Gordianus 2. & Pompeianus 2.
244	7 Fabiani.	4 Gordiani.	Gordianus Misitheum socerum creat præfectum prætorii, & aperto gemino Iano, contra Persas cum ingenti exercitu profectus, eosdem repulit feliciter, pacato Oriente Misithei cõsiliis. *Capitol.* Plotinus peregrinaturus ad Indos, iunxit se exercitui Gordiani, *Porphyr.* victis & pulsis è Mesopotamia Persis, receperunt iterùm Romani Nisibin vrbem, & Cariam, quæ loca	Atticus, & Prætextatus.

subMaximino Artaxerxes occupauerat, *Capitol. Zonaras. (scribũt Zonaras, & Iornandes,* Gordianum in hoc itinere Scythas expulisse è Mœsia. vnde aliqui suspicantur hinc Gordianum dictũ Gothicum, Sarmaticum, & Germanicum, vt erant illæ nationes cõfœderatæ. *addit Auentinus,* his nationibus, præsertim Gothis, concessam pensionem annuam, ea lege, vt propugnarent ipsi deinceps fines Imperii Romani contra externas incursiones.

245 | 8 Fabiani. | 5 Gordiani.

Misitheus socer Imperatoris perit dolo Philippi, qui & Misitheo succesſit in præfectura, & dolo effecit, vt à militibus posceretur collega Imperii, quod & obtinuit. *Capito.* Fabianus Papa erigi curat ædificia clara & conspicua, vbi erant Cryptæ & Cemeteria. Ecclesiam quoque nobilem extruxit Thaumaturgus. *Greg. Nissen. in vita Greg.* — *Arrianus, & Pappus.*

246 | 9 Fabiani. | 1 Philippi.

Mense Martio Gordianus apud Ctesiphontem in Oriente occiditur à Philippo crudeli turpitudine. *Capitol. in Gordiano,* quem Senatus mœrens retulit inter Deos. hunc Philippum Imperii inuasorem, & domini interfectorem, *Euseb. in Chron & lib. 6 c. 27. scribit* fuisse Christianum. Sed meritó hoc ab aliis reiicitur, *authore Origene lib. 8 contra Celsum sub finem:* nec vllus Gẽtilium Scriptorum hoc subindicauit: quare Epistola illa *Origenis apud Euseb. c. 29,* putatur commentitia *Scaligero, ad an. Euseb. 2260.* aliis post triennium scripta. Sanè quod pro Philippo Christiano *scribunt Vincentius Lerinensis cap. 23. & Orosius,* intelligi ad summum potest de tempore sub finem Imperii, *vt dicam anno Christi* 249. hic Philippus antequam Romam veniret, pacem iniit cum Persis, reddita illis Mesopotamia. — *Peregrinus & Aemilianus.*

247 | 10 Fabiani. | 2 Philippi.

Philippus filium Philippum creat Augustum. nummos profert *Baronius,* iam Romam redierat Philippus, quando & Plotinus Romam venit. *Porphyr. in vita Plotini.* de Plotini condiscipulis *lege Augustinum Epist. 56 ad Dioscorum infine.* Plotinũ Origenis amicum & Ammonii Christiani discipulum, non fuisse à Christianismo valde alienum, *coniicit Marsilius Ficinus in lib. 8 Plotini.* — *Philippus Aug. & Titianus.*

248 | 11 Fabiani. | 3 Philippi.

Gothi negata à Philippo pensione, quam illis statuit Gordianus anno 244, inuadunt Mœsiam, & Pannonias, easque miserè depopulantur. *Iornandes, & Auentinus.* alii tamen hos inuasores (quos non vocant Gothos) victos narrant à Philippo, & ad pacis conditiones æquas coactos. Moritur Heraclas Alexãdriæ Episcopus. Succedit Dionysius, à quo acriter cœpit impugnari Origenes, qui vt se purgaret, scripsit professionem rectæ fidei, ad Fabianum præcipuè, *Euseb. lib. 6. c. 28, & 29.* imò his tẽporibus venit Romam Origenes, *ex Porph. in vita Plotini,* quãdo congressus est cum Plotino, qui Origeni venienti assurrexit. excidit Epistola Origenis, *consule Eusebium.* — *Præsens, & Albinus.*

249 | 12 Fabiani. | 4 Philippi.

Nunc putantur duo Philippi propẽdisse primùm ad Christianam religionem suscipiendam. certè non antea: an verò nunc, nec pro certo affirmare possumus. Philippus in Thracia ædificat Philippopolim ciuitatem, vel potius instaurat veterẽ mutato nomine. *Zosimus.* Concilium habetur in Arabia contra hæreticos, pro immortalitate animæ. vbi rectè se gessit Origen. *Euseb. lib. 6. c. 30.* inualescunt Helcesaitæ *ibid. cap. 31.* item hæreses Valesiorum, seu Eunuchorum, sequentium facinus Origenis. *Epiph. hær. 19.* — *Duo Philippi, pater 2. & filius.*

250 | 13 Fabiani. | 5 Philippi.

Ad hunc Christi annum existimo consignandum esse Vrbis annum millesimum: quem Philippus insignibus editis muneribus nunc celebrauit. *Cassiod. Capitol. in Gordiano, & Aurelius* — *Philippus Aug. 3. & filius Philippus 2.*

Victor in Philippo. Scilicet Philippo patre 3. & filio 2. Coss. *vt ex nummo veteri profert Scaliger ad annum Euseb.* 2261. annis decem post Consulatum Vlpii & Pontiani, *de quibus supra anno Christi* 240. idemque resultat ex anno Vrbis: nam 1000 anni inchoati, seu potius 999 exacti, si addantur ad annum 3251, quo Roma condita est, dabunt annos 4250. Porrò si Peregrino & Æmiliano Coss. mense Martio, cœpit imperare Philippus, *vt authores produnt*; rectè hic numeratur quintus annus Imperii Philippi. Cæterùm cùm Varro auspicerur annos Vrbis conditæ à tertio anno Olymp. 6. non idem est annus millesimus, secundùm Palilia Varroniana & Catoniana. aliundè etiam accurata annorũ comparatio difficilis est. cùm annus Vrbis contineat duos Consulatus, duosque annos expansos ex parte: idēque est de Olympiade, *vt alias*. Ludi etiam nunc celebrati in Circo maximo, tribus diebus & tribus noctibus. *Euseb. Chron.* Trinoctia vocat *Ausonius. lege Censorinum numero* 25. & 48. & *Onuphrium de Ludis secularibus.* *Eusebius* hinc attingit varios illos missus vsitatos in Ludis Circensibus, seu emissiones equorum aut curruum. *de quare Suet. in Domitiano.* quod habet de Atlante monte, aliqui expungunt: tamen constat montes & syluas currentes induci consueuisse in Circo, aliaque ἀνδρώματα similia. dum hæc aguntur, in Oriente Tapianus eligitur contra Philippum à Prouinciis illis, quas certè optimebant Romani. item in Pannoniis Marinus. sed breui concidit hic tumultus, castigata hac temeritate. *Zosimus.* hoc eodem anno Cæcilius Cyprianus, defuncto Donato, eligitur Episcopus Carthaginensis, solo Felicissimo Presbytero repugnante. *Cyprianus Epist. 55. ad Cornelium.* Nam anno primo Galli, exegerat circiter quartum annum. *ibidem.* Cæcilius Presbyter eum ad fidem perduxit, à quo proindè nomen accipere voluit. Cyprianum laudant *Nazian. oratione* 4. & *Augustinus lib.* 4. *Doct. Christ. c.* 14.

A

B

251	14 *Fabiani.*	6 *Philippi.*	Hoc sexto anno Philippi, plures scribunt occisos Philippos: proindè initium habebit in hoc anno Imperium Decii, quamuis sub finem. *Baronius* tamen vult Philippum peruenisse ad septimum Imperii annum.	*Aemilianus, & Aquilinus.* A

DE CONSVLIBVS Insequentis anni.

POst huius anni consules, inseritur Cõsulatus Decii & Grati; qui solet tamẽ à quibusdã præteriri. *Baronius* anno 252 queritur ab illis prætermissũ. certè nouum non est, quosdã Consules poni ab aliquibus, qui ab aliis omittuntur. Sic *Onuphrius* vnũ annũ posuit, sine vllis Consulibus. Sic. *Baronius* ipse anno 253, dicit Gratum eo anno suffectum, & proindè omittendum: & anno 254. varii sunt Consules, *vt ipse ibidem fatetur.* Denique liber ille *Onuphrii* plenus est huiusmodi omissionibus, quas ex *Cassiodoro, Cuspiniano,* & aliquo alio notat introductas: & omnes ferè omittunt Corneliũ Cethegum, & Q. Flaminium, quos tamen ponit *Plinius libro* 19. *c.* 8. sic ergo quisque in re incerta coniecturas profert suas. hoc verò anno sequenti 252, aliqua est coniectura probabilis, quæ suadet omissionem Decij & Grati. subducto enim hac ratione, & expuncto vno hoc Consulatu, facilè apparet, reliquam seriem Consulum optimè respondere annis Christi, numeran-

B

do à Christo nato vsque ad annum 312. cùm alioqui molesta nascatur imparitas,& quæ pleroſque Scriptores ſoleat non parum fatigare. *Mercator* ad annum Natiuitatis Christi, ſuſpicatus eſt hanc numeri imparitatem inter has duas annorum Chriſti & Conſulum ſeries.naſci ex annis Chriſti malè computatis: & vnum ibi annum Chriſti eſſe omiſſum. probabilius eſt naſci ex errore Faſtorum aliquo.& quidem cùm poſteriores Conſules ab anno Chriſti 260 ſatis congruant, ex communiori conſenſu Scriptorum,cum annis Chriſti: & præterea principium, vt alibi notaui,ſit rectè ſatis collocatum; vbi Conſulatus Aug. 13 notatur ad annum Chriſti primum: relinquitur hunc errorem incidiſſe in medios ordines:idque fortè,vt hic iam in Grati Conſulatu eſt declaratus. Dicet aliquis,vel Decium,vel Gratum eſſe ſuffectum,& proinde hoc titulo alterum eſſe omittendũ.probabiliter etiam aliquis dicet, Grato Conſuli ordinario Decium iuniorem Hetruſcum fuiſſe ſuffectum, ac ſedem in tabulis Faſtorum obtinuiſſe, ſimul cum patre iam Conſule,& inuaſore Imperii. Atque hæc ſunt, quæ ad rem coniecturalem elucidandam afferri poſſent, & quidem quæ aliquantulum indicant huic Grato Conſuli ægrè locum inueniri. Si tamen ad hanc controuerſiam componendam (ne Grati memoria pereat)placet eum duobus Deciis annumerare, non repugno: ita tamen,vt vnicus annus Conſularis tres illos excipiat, & duos quidem ordinarios,tertium verò ſuffectum, quicumque demũ ille ſit. Semper enim (quod ſuſpicor eſſe probabilius) manebit ſequens annus ſaluus duobus Deciis, & conſignatio annorum, quando paſsi dicuntur Martyres Grato Conſule, non erit incerta. | C

252 | 15 Fabiani. | 1 Decii. | Hic annus Baronio, Philippi ſeptimus eſt, & in quem coniecit mortem Philipporum.(Etruſcus iſte eſt Decius iunior.)illud certius eſt,eos,qui eam notant ad annum Chriſti 253,deceptos ex illa inſcriptione de nece Philippi Veronæ reperta, quam *Scaliger anno Euſebii* 2266 ſuppoſititiã vocat. Sanè in anno Chriſti ſignando ſaltem vitiata eſt. In Ægypto excitatur aliqua perſecutio à quodam Mago in Chriſtianos. *Euſeb. lib.6. cap.*34. vt ſunt faciles Ægyptii ad rixam & cædem. *Dio lib.*39. *Philo in Flaccum.* Apollonia,& Serapion Martyres. *Euſebius ibidem.* Decius inchoat perſecutionem,*de qua anno inſequenti.* | *Duo Decii,pater,& Etruſcus*

253 | SEDES VACAT. | 2 Decii. 1 Galli & Veluſiani. | Hic ſecundus eſt Decii annus inchoatus, & Galli primus, quo perſecutio prius inchoata, iam vehementiſsimè ſæuit, & quam prolixè deſcribit *Baron.* Sed tandem Decius, cùm imperaſſet vno anno,& tribus vel ſex menſibus, periit malè pugnans contra Gothos.nam ne in hoſtium manus veniret, in paludis voraginem equum impellens,inſiliit. *Euſeb. Chron. & lib.*7. *cap.* 1. *Euſebius. Epiphanius,& Caſsiodorus,* tantùm dant annum & aliquot menſes:licet aliqui biennium & ſex menſes illi tribuant, *ex Eutropio & Zonara.* hoc Gothicum bellum exeitauit Oſtrogothi mortui filius Cinna, qui Mœſiam & Thraciam inuaſit, & fuſus ac fugatus à Decio,ſe inter loca paluſtria munit, inuadentemque temere & incõſulto Deciũ(Vibii Treboniani Galli dolo)oppreſsit:quando Vibius ſalutatur Imperator à militibus,cum filio Vibio Voluſiano. *Iornandes,Zonaras, & Zoſimus.* De Conſulibus huius anni diſſenſio eſt. nos his notatos cum multis aliis ponimus,ſiue ſint ordinarii,ſiue accedente Imperio honoratiè ſuffecti.certè ſi non Conſulatum, ſaltem Imperium nunc inuaſit Vibius Trebonianus Gallus, cuius proditione, vt dixi,profligatus eſt Decius. *Euſeb.lib.*7.*cap.*1. | *Gallus 2.& Voluſianus filius.* A B

DE MARTYRIBVS SVB Persecutione Deciana.

SEptima hæc vocatur Persecutio ab *Eusebio lib.* 6. *c.* 32. & à quibusdam aliis: grauissima fuit. & hinc aliquandiu vacat sedes Romana, occiso Fabiano Pōtifice 20 Ian. viuēte adhuc Decio. causā persecutionis corruptos mores dat *Cyprianus, libro de Lapsis.* Vbi de miserādo multorum lapsu. & *Epistola* 52 *ad Antonianum.* Inter Romanos Martyres sunt Victoria, Anatolia, Calocertus, Parthenius, Secundianus, Marcellinus, & Verianus. In Africana autē Persecutione Cyprianus, qui ad necem petebatur, fugit. *Cyprianus Epistola* 9 *ad Presbyt. Cartag. &* 15 *ad Clerum Romanum.* proscribitur, *epist.* 69. reliquam persecutionem, & acta inter Cyprianum & Romanum Clerū, latè hic persequitur *Baronius.* Inter Martyres Africæ, sūt Aurelius & Celerrimus, *ex Cypriano Epist* 33. & 34. Zeno, Alexander, Theodorus, Terentius, Maximus, Pompeius, & Africanus. *Suri.* 30 *April.* omnes sub Præside Fortunatiano. Item Quinctius, Simplicianus, & alii, *ex Martyrol. Romano* 18 *Decemb.* Interim sacrificia, oblationes, & commemorationes Martyrū *vide apud Cyprianum Epist.* 37. Persecutionem Alexandrinam *describit Dionysius* Episcopus Alexandriæ *Epistola ad Germanum, & Epistola ad Fabium* Antiochenū, *apud Euseb. lib.* 6. *cap.* 33. & 34. Martyres recensentur, Iulianus, Epimachius, Alexander, Isidorus, Dioscorus, Confessor, Zeno, Ptolemæus, Theophilus, & alii. Item in Thebaide, Timotheus. *Martyrol.* 3 *Maii.* nunc etiā Paulus Anachoretarum Princeps, annorum 23 secedit in desertū. *Hieronymus.* De Origene incertum est, quomodo euaserit è vinculis, an gratia, an immolando Thus, vt aliqui putārunt. In Palæstina Alexandro Hierosolymorum Episcopo in carcere mortuo, succedit Mazabenus. *Euseb. lib.* 6. *cap.* 32. is nobilem ibi Bibliothecam extruxit, quæ mansit vsque ad Constantinum. *Eus. lib.* 6. *cap.* 4. Babylas Antiochenus Episcopus moritur in carcere: succedit Fabius. *ibid. cap.* 32. *Epiphanius, & Hieronymus,* nunc Babylam passum dicunt. Gregorius Thaumaturgus secedit in solitudinem, miraculo liberatus. Patitur martyrium Alexander Carbonarius. *Nyssen. in vita Thaumaturgi.* dum proficiscerētur Decius contra Persas, fuit decreta sensura Valeriano cum summa potestate, etiam condendi Edicta. Vnde eius nomen reperitur cū Decio in Edictis. *Trebellius Pollio in Valeriano.* quod addo, ne confundantur Martyres, qui postea passi sunt eodem Valeriano imperante. Pionius Presbyter Syrmiensis Ecclesiæ euasit sub Decio nobilis Martyr: quando Eudemus Syrmiensis Episcopus turpiter lapsus est à fide. *Eus. lib.* 4. *cap* 14. *Metaphrastes* 1 *Feb.* Plures alios Martyres sub Decio *refert* Martyrologiū. *scribunt Cedrenus & Nicephorus* de septem Dormientibus, qui occluso à persecutoribus antro, ibidem obdormierunt in Domino. & indè nomen acceperunt. reliqua historia minus certa est. passus est Nestor Pergæ in Pamphilia Episcopus. *Surius* 26. *Februarij.* Maximus Ephesi. 30 Aprilis. Themistocles in Licia. *ibidem.* Mercurius nobilis Martyr, 20 Decēbris. Decius parta victoria contra Persas, occidit quos ibi reperit Christianos. *de quibus Surius decimo Augusti.* in Sicilia præclarum subiit martyrium Agatha. *Surius* 5 *Februarij.* item Tolosæ Saturninus Episcobus, *Surius* 29 *Nouemb.* & Amaranthus in Aquitania. Anno per-

perſecutionis ſecundo Feliciſſimus Presbyter cum Nouato Epiſcopo Schiſma conflat in Africa. Cyprianus eos excommunicat, *Epiſt.* 38. 39. & 40. Romæ poſt vacationem Sedis, creatur Cornelius Papa. *Cyprian. Epiſt.* 52. *ad* Antonianum. Nouatus Romam proficiſcitur, & tribus in fraudem inductis Epiſcopis, curat creari Nouatianum, Romanæ Eccleſiæ Presbyterum in ſummum Pontificem. Atque hinc primum Schiſma in Eccleſia Romana. *Euſeb. in Chro. & libro ſexto, cap. 33. & Cyprianus Epiſt.* 49 *ad Cornel.* quem confictis criminibus eiecerunt Schiſmatici.

254 | I Cornelii. | I Æmiliani.

Audita morte Decii, Scythæ & Gothi inuaſerant Mœſiam, Thraciam, Macedoniam, & Græciam. ad quam redimendam vexationem, Romani iam tributum illis aſſignant. primum illud quidem, quod vnquam à Romanis datum fuit hoſtibus. Sed turbatis in dies magis Imperii rebus, iterum tum illi, tum Perſæ, nouo impetu ita Orientem inuaſerunt, vt etiam Italiæ timeretur, *Zonaras. Sex. Aurel. Iornandes, & Trebel. Pollio.* Sed Iulius Æmilianus, è Mauritania oriundus, & dux legionũ in Mœſia, Barbaros ſtrenuè repulit: ſalutaturque Imperator à ſuis: nec diu poſtea Gallus Imperator, Interamnæ occiditur, *vt plures ſcribunt.* Dum hæc aguntur, Aurelius Licinius Valerianus, antea Cenſor, ex illuſtri familia Romana, Dux Alpinarum legionum ac prouinciarum, ſalutatur quoque Imperator: cumque abſente adhuc Æmiliano Romam occupaſſet, occiditur Æmilianus à ſuis quarto Imperii menſe: imperatque Aurelius Valerianus: qui permittente Senatu Licinium Gallienũ Auguſtum creat, & Valerianum filium natu minorem facit Cæſarem. *ita Onuphrius. lege Terbellium Pollionem, Zonaram, & Sextum* Aurelium. Cæterum hæ tragœdiæ partem ſequentis anni fortè etiam occupârunt. imò contendit *Baronius* Gallum vixiſſe vſque ad quartum Valeriani annum: licèt plurium ſententia ſit, eum hoc, vel ſequenti anno occiſum Interamnæ, ab Æmiliani fautoribus. Nouatianus Schiſmaticus Pontifex (quem neſcio quo iure *Scaliger* cum Nouato confundit) detectis fraudibus repudiatur, & Cornelius recipitur, *Cyprianus Epiſtola* 49. Concilium Carthaginẽſe Carthagine habetur à Cypriano, & tertio excommunicatur Feliciſſimus. *Cyprian. Epiſt.* 42. 55. & 67. habetur quoque Romæ Concilium, in quo Carthaginenſis illius Concilii ſtatuta cõfirmata ſunt. Et additum in cauſa lapſorum de lapſis reſtituendis: ac vt Sacerdotes pœnitentes, tantùm ad laicam Communionem admitterentur. *Cyprianus Epiſtola* 52, *ad Antonianum, &* 68 *ad Hiſpanos.* Nouatianus Schiſmati addit hæreſim, non eſſe recipiendos lapſos ad pœnitentiam, & omnia peccata eſſe æqualia. tantùm ſuos vocat καθαρούς. *Cyprianus Epiſtol.* 52. & *Euſeb. lib.* 6. *cap.* 36 certant aliqui, an à Nouato, vel Nouati ano dicti ſint ſectatores Nouatiani? Sanè ab vtroque deſumptum nomen dici poteſt, licet *Scaliger* argumento Grammatico diſſentiat. De Cornelii martyrio anno ſequ. ſub Gallo, aut certè ſub Valeriano.

Valeria-nus.

255 | 2 Cornelii. | I Valeriani & Gallie-ni.

Hoc, vt videtur, anno, Concilium illud Romæ habetur, in quo damnantur Nouatiani, & decernitur recipiendos eſſe lapſos, ſed non ſine pœnitentia. maximum Concilium vocat *Euſ. lib.* 6. *cap.* 35. Concilium Italicum celebratur de eadem re. *Hieronymus in Cornelio.* Et tandem Africanum Epiſcoporũ 42, in eoſdem Hereticos. *Cyprianus Epiſtola* 54. Conſentiunt his Conciliis, tum alii Epiſcopi, tum maximè Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus *vide Euſebium lib.* 7. *cap.* 7. De conuerſione Hyppoliti Antiocheni Presbyteri, & martyrio, *lege eundem Euſebium lib.* 6.

Voluſianus Aug. 2 & Valerius Maxim. A

B

C

Valerianus Auguſtus 2. & Gallienus. A

cap. 36. obiit Fabius Episc. Antiochen. succeſſit Demetrianus *apud eundem cap.* 56. *& vltim.* Romæ Cornelius repellit Feliciſſimum ex Africa legatum à priuato hæretico, & Fortunato pſeudoepiſcopo. *Cyprianus Epiſtola* 55. Hic Feliciſſimus omnes lapſos ſine vlla pœnitentia recipiendos dicebat; Nouatianus verò nullos etiam cum pœnitentia admittendos: adeò diſſentiebant nouæ factiones. Antiochenum porrò Concilium celebratur contra Nouatianos. *Euſeb. lib. 6. cap. vltimo.* non extat. Nunc ſcribit Cyprianus libellum & Epiſtolam 56 ad Tibaritanos de laude martyrii. Moyſes fit Martyr. *Euſeb. lib. 6. c.* 35. Gallum in Imperio non ſuperaſſe biennium, *teſtantur Aurelius Victor in Gallo, Oroſius lib. 7. cap.* 21. *Eutropius lib. 9. Euſeb. hiſtoriæ lib. 7. cap. 9. denique Caſſiodorus in Chron. & Epiph. de menſuris*, tantùm addunt biennio quatuor menſes: licèt *Baronius* ad annum 257, det Gallo quadriennium, ex aliquot veteribus inſcriptionibus, ob Tribunitiam poteſtatem Galli quater ibidem notatam, quamuis quartum annum Galli, fateatur eſſe tertium annum Valeriani: & proindè verum eſſe, quod hîc notamus, ab hoc ipſo anno 255 quo paſſus eſt Cornelius, cœpiſſe imperare Valerianum & Gallienum. Certè his cõſulibus reparatã, iubente Gallieno Auguſto Veronam, & dictam Coloniam nouam Gallienianã, teſtatur vetus inſcriptio, *quam refert adhunc ipſum annum Vignerius.* Tandem Cornelius Papa cum ſuis exul eiicitur Centumcellas (*de quo loco Plinius lib. 6. Epiſtola* 31.) eum ſolatur *Cyprianus Epiſtola* 57. Sed Romam reuocatus, *vt habent Acta*, plectitur capite, vnà cum Cereali, & aliis, die 14 Septẽb. Et poſt dies quindecim, Lucius Romanus ſubſtituitur: habet tamen contentioſam quæſtionem tempus paſſionis Cornelii. *Author Annalium ad annum* 255 rectè quidem notat paſſum ſub perſecutione Deciana: ea enim continuata poſt mortem Decii, nomẽ retinuit ipſius Decij: imò & Valeriani. quòd huius Cenſoris, & Decii legibus, adhuc ageretur. *Vide hic annum* 253. Sed dum addit; ſub Gallo, *& numero* 57. negat ſub Valeriano obiiſſe, minus recepta eſt ſententia: tum quia ſub Valeriano paſſum, notant *Ado Viennenſis in Chro. Metaphraſtes in Eugenia & Acta paſſionis Cypriani:* tum quia negant veteres Scriptores vltra biennium vixiſſe Gallum. vt vt ſit, ſi Gallus, *vt ait Baronius*, protraxit Imperium vſque ad quadriennium, & ſimul vixit cum Valeriano; facilè ſanè potuit Cyprianus: vel alius, notaſſe Gallum pro paſſione Cornelii; & alii iam citati Valerianum. Si verò, quod probabilius eſt, obiit Gallus anno Chriſti 254, adhuc non multum errarunt, qui paſſum dixerunt ſub Gallo Cornelium; quamuis plures affirment contrarium. At quis ille Imperator, qui in Actis Cornelij, ex errore ſcriptoris, vocatur Decius? *Baronius* ſubſtituit Gallum, ſed probabilius ſubſtituetur Valerianus, non enim conſtat à Valeriano, initio ſtatim Imperii reuocatam perſecutionem; licèt paulò poſt quieuiſſe Eccleſiam. *habeatur apud Euſebium libro ſeptimo capite* 9. adde exordia Imperii Valeriani eſſe perobſcura, vt non ſit promptum aſſerere, eum qui cenſor fuit ſeuerus ſub Decio in Chriſtianos, nunc etiam ad tempus & in morte Cornelij, eandem ſeueritatem, non retinuiſſe. Cæterùm quamdiu ſederit Cornelius, an biennio ferè, vel etiam triennio, incertum ſatis eſt, quòd non conſtet accuratè, quamdiu Sedes vacauerit anno Chriſti 253, poſt mortem Fabiani. Hoc anno exorta eſt peſtis illa ingens, quæ orbem decennio vexauit. *de qua Cyprianus libro de laude Martyrij, & Trebellius Pollio in Gallienis.*

B C D

256. | I Lucij I. | 2 Valeriani & Gallieni.

Scythæ, turbatis valde Imperij rebus, (è quibus Gothos esse, vult *Zosimus lib. 1. historiæ*) Græciam nunc inuadunt, & Thessalonicam dura premunt obsidione, ita vt Corinthii Isthmum muro obstruere tentauerint, & Athenienses ciuitatem mœnibus, quibus à tempore Syllæ caruit, muniuerint. Persæ Orientem inuadunt, Marcomanni vicinas sibi Prouincias aggrediuntur. Valerianus Persas pellendos, & Orientem defendendam sibi deligit. *Zosimus lib. 32.* Gallienum filium reliquis incursionibus opponit: nec ante quindecim annos pelli potuerunt Gothi è Macedonia. Cypriani ad Lucium gratulatio elegans, *Cyprianus Epist. 58.* Vnà cum mentione de ingenti illa lue iam notata, inualescunt bella illa à Persis & Scythis, *Zonaras.* tunc Cyprianus auream illam Apologiam scripsit contra Demetrianum Asiæ Proconsulem, ostendens, non esse Christianos causam pestis, sed immanem Gentilium impietatem. moritur Origenes anno ætatis 69. *Euseb. in Chron.* de Apologiis pro-Origene, *Euseb. lib. 6. cap. 26 & 29.* de eiusdem miserando lapsu, *Vincentius Lerinensis contra hæreses cap. 23.* damnatus tandem est ab Anastasio Papa, & pronuntiata damnatio in sexta Synodo: licèt librorum lectio non inueniatur improbata. Scripsisse eum sex millia librorum, *ait Epiphanius hæresi. 64.* licèt hoc non facilè credat *Hieron. Epist. 62* Quod dicitur duos fuisse Origenes, hunc celebrem, & alium, à quo Origenistæ, confutat, vt commentum, *Baronius.*

257. | 2 Lucij I. | 3 Valeriani & Gallieni.

Huc vsque voluit *Baronius* Galli & Volusiani Imperium propagatum ex veterum numismatum inscriptionibus, *quas profert anno Christi 256.* quamuis hic idem annus sit tertius Valeriani. Nam Valerianus *inquit*, acclamatus fuit Imperator ab exercitu Alpino, anno Christi 254 saltem exeunte, obtenta tunc Tribunitia Potestate. & ideo, *inquit idem author*, Scriptores dederunt duos exactos annos imperio Valeriani, totidem dementes Volusiano. Nobis hic annus est tertius Valeriani: & sanè veteres Scriptores, *Eusebius, Epiphanius, Orosius, Cassiodorus, Victor: & Eutropius*, nollunt Gallum huc vsque propagasse Imperium; quicquid sit de veteribus illis inscriptionibus, ad facilius acta martyrum consignanda productis, sub nominibus horum Imperatorum. *Vide annum 255.*

Gallienus missis in Græciam cõtra Scythas legionibus, & aliis relictis ad defensionẽ Italiæ, ipse ad Rhenũ, & cõtra Marcomãnos proficiscitur. Vbi post aliquã moram, & certamina, tandem pacis conditionibus interpositis cum quibusdam hostium ducibus, illos ipsos Germanos, custodes reliquit Imperij, ad Rhenũ. *Zosimus.* quando accidisse potuit, *quod narrat Sextus Aurelius*, de filia Regis Marcomannorum data Galieno in vxorem, concubinam vocat Sext. Aurel.

Lucius Papa coronatur martyrio quarto Nonas Martij. Euseb. illi vix 8 dat menses: nos tamen biennium, *ex lib. de Rom. Pontificibus.* Vbi dicitur fecisse duas Ordinationes mense Decemb. idem *ex Consulibus colligit Baron.* Verùm, quando *anno 255. n. 58, addit* Lucium quoque passum sub Gallo, hoc affirmat ex illa prorogatione Imperij iam reiecta. Post 30. dies eligitur Stephanus, patria Romanus. tunc Aquariorum hæresim, id est, solam aquam in sacrificium offerentium, *arguit Cypria. ep. 63 ad Cæcilium.* Vbi idem sacrificium offeri docet, quod obtulit Christus. similia *habentur epist. 66* quam scripsit *Cypria.* suo & Concilij Africani tunc celebrati nomine. Valerianus sub initium Imperij Christianorum vtcunque fautor, in magnum persecutorem postea mutatus est. *Euseb. lib. 7 c. 9.*

1 Stephan. I.

Consules: Valerianus Augu. 3. & Gallienus. A

B

Valerius Maximus 2. & Glabrio. A

B

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
258	2 Stephani I.	4 Valeriani & Gallieni.	In hunc annum incidisse videtur, quod *Zosimus lib.* 32 scribit de Boranis, Gothis, Carpis & Vrugundis, (hi prope Istrum sedes habebant) qui ne ipsam quidem Italiam à vastationibus immunem reliquerunt: quin & Borani, permittentibus Bosphoranis, in Asiam traiicientes, cladem illis prouinciis ingentem intulerunt. idem fecerunt & Scythæ. *Zosimus.* Marcianus Arelatensis Episcopus, negans cum Nouatiano pacem lapsis pœnitentibus, reiicitur ab Africanis Episcopis. *Cyprianus epist.* 67 *ad Stephanum.*	Valerianus 4. & Gallienus 3. A
			Nunc cœpit agitari magna illa controuersia, an ab hæreticis baptizati essent rebaptizandi, occasione Nouatianorum & Cataphrygarum. in qua trepidatum est de Ecclesiæ Africanæ ruina. *Euseb. lib. 7. cap.* 4. Stephanus Papa decernit valere baptismum illorum hæreticorum, & Firmilianum Cæsareæ Episcopum excommunicat, cum Episcopis Synodi Iconiensis. Africæ Episcopi, duce Cypriano Primate, cum Firmiliano illo, & Dionysio Alexandriæ Episcopo, decernũt nullum esse Baptismum. *Euseb. ibid. cap.* 6. non tamen Cyprianus baptizabat lapsos, *vt mentitur Nicephorus lib. 6. cap.* 2. alia etiam ex causa, & diuersa rebaptizabant Nouatiani. *Euseb. lib. 7. cap.* 7. de Concilio Africano tunc collecto, *vide Cyprianum epist.* 72. Cæterùm in hac dissensione Cyprianus numquam damnauit dissentientes: sed communio retenta est. Vnde & librum tunc scripsit de bono Patientiæ. *Augustin. de vnico Baptismo contra Petilianum cap.* 14. Iratus quidem ille fuit Stephano Papæ, nec etiam à conuitiis abstinuit. *Cyprian. epist.* 74. Itaque Cypriano in causa Stephani non creditur, & pro Stephano Apologiam fecit *Augustinus de Baptismo contra Donatistas lib. 5. cap. 23. & lib. 2. cap.* 1. Cyprianum quoque mutasse sententiam *putat idem Augustinus Epistola* 48 *ad Decentium, item Hieron. contra Luciferianos ait* Africanos Patres nouum fecisse decretum. idem de Firmiliano, & Dionysio sensit posteritas. *Vide Euseb. lib. 7. cap.* 6 & 8. *vbi scribit,* Dionysium consuluisse de Baptismo, Stephani successorem.	B
259	3 Stephani I	5 Valeriani & Gallieni.	Cyriades dux, à Romanis deficiens ad Saporem Persarum regem, acceptis à Sapore militibus, Cæsaream & Antiochiam Romano ademit Imperio. & è triginta Tyrannis hic primus se Imperatorẽ dixit. *Trebell. Pollio.* Eugenius, Trebellio Ingenuus, Tyrannorum secundus, & dux Legionum in Pannoniis salutatur Imperator à Legionibus in Mœsia: qui tamen breui à Gallieno victus, seipsum interfecit. interim Cyriades anno vno occupat Orientem, *Eutropius, Trebellius.* & huc vsque Nicostratus Sophista Historiam protraxit à Gordiano, sed desideratur.	C
			Hoc ergo anno supra modum nutare cœpit Romanum Imperium, nec mirũ. Valerianus enim Imperator Romæ in Christianos persecutionem diram excitat, instigante Mago Ægyptio, à quo traductus est ad artes magicas. *Euseb. lib. 7. cap.* 9. hæc octaua numeratur Persecutio à *Hieronymo, Augustino, Orosio, & Seuero.* lata tunc lex, vt proditor Christiani, bonis potiretur & militia. inter Martyres numerantur Eusebius Presbyter, Marcellus Diaconus, Hyppolitus, Paulina, *ex Actis secũdo Decembris.* Nemesius Tribunus, Lucilla Baptismo illuminata à Stephano Papa, Sempronius, Olympus, Exuperia, Theodulus, & alij. *Vide Surium secundo Augusti, de hac persecutione lege Cyprianum Epistola ad Successum.*	Aurelius Memmius & Bassus.
260	4 Stephani I.	6 Valeriani & Gallieni.	*Zonaras & Trebellius,* narrant exercitum, quem hoc anno duxit contra Persas Valerianus, adeò iniecisse metum militibus, qui Cyriadem sequebantur, vt ipse sit à suis occisus. Stephanus Papa Romæ coronatur martyrio Nonis Augusti. hic inter alios	Aemilianus & Pomponius Bassus 2. A

ordinauit Melanium Episcopum Rothomagensem; sanctitate celebrem. post dies 22 succedit Sixtus, natione Græcus, & Athenienſis. Alii Martyres recenſentur, Tertullianus, Rufina, & Secũda sorores. *Surius 2. Iulij.* pellitur in exilium Dionyſius, *Euſeb. lib. 7. cap. 10.* Exulat & Cyprianus Paterno Proconſule. *Acta Proconſular. de quibus Auguſt. contra Gaudentium lib. 1. cap. 31.* hos Martyres, Priſcum, Alexandrum, & Malchum, *vide ex Euſeb. lib. 7. cap. 11.* de Nicephoro, *Surius 9 Februarii*, vbi de Sapricij lapſu, exemploque fraternæ charitatis inſigni.

I Sixti 1.

Nunc Sabellius Ptolemaide in Lybia oriundus, hæreſim à Noeto magiſtro prædicatam propagat, *Euſeb. lib. 7. cap. 5.* negabat Perſonarum diſtinctionem; & proindè Trinitatem. vnde ex vna hac Perſona ſequebatur Patrem & Spiritum ſanctum incarnatos, & paſſos. addebat materiam eſſe ingenitam. De Patropaſsianis *Cyprianus epiſt. 73. & Tertull. cap vlt. de præſcriptionibus.* Gregor. Thaumaturgus, confutando calumniam in Chriſtianos de pluribus Diis, viſus eſt ex vocum improprietate fauere Sabellianis: ſed eum excuſat *Baſil. epiſt. 64.* Circa hunc annum notantur hæretici, dicti Angelici, planè obſcuri. *Epiphã. hæreſ. 60.* & Apoſtolici, dicti etiam Apotactici à renuntiatione bonorum, quam faciebant, *Epiphan. hæreſ. 61.* non tamẽ renuntiatio hæc faciebat hæreticos, ſed quòd damnarent alios, qui bona poſſiderent.

B

261 | 1 Dionyſii. | 7 Valeriani & Gallieni.

Valerius, qui Legionibus præfuit Illyricis, & in Mœſia ſalutatur à ſuis Imperator: octo annis retinet ibidem hunc titulum. *Trebellius Pollio.* hunc annum Valeriani extremum eſſe notant aliqui. Sixtus coronatur martyrio, *De quo Cyprian. epiſt. 82 ad Succeſſ. & Martyrol. 9. Auguſti.* paſſus eſt Sedis ſuæ 12 menſe: ac proinde malè illi dantur duæ ordinationes. Poſt dies 35 (hoc eſt, 12 Septembris) Dionyſius ex Monacho ſubſtituitur. Sed Sixti annos malè numerauit *Euſebius lib. 7. cap. 22.*

Cornelius Sæcularis 2. & Donatus.

A

Poſt triduum à morte Sixti ſequitur mors & nobile martyriũm Laurentii Diaconi, natione Hiſpani. *lege Ambroſium lib. 1 Officiorum cap. 41.* Triduo poſt Laurentium Hippolytus miles equis raptatur. Occiduntur Concordia eius nutrix, Irenæus & Abundius. *Martyrol. Roman.* Hoc tandem anno Cyprianus Carthagine capitis obtrũcatione martyrio coronatur, octauo Kal Octob. *Pontius in vita Cypriani.* Is fuit eius Diaconus, & ſpectator martyrii. *Vide Nazian. orat. de Natali Cypr.* eius ſcripta recepta, præter illa, quæ ſunt de Baptiſmo hæreticorum. Cypriano ſucceſſit Lucianus, & poſtea ordine, Menſurius, Cæcilianus, Rufus, & Gratus. Martyres ibidem eodem die fuêre Creſcentius, Victor, Roſula, *Martyrol. 14. Septembr.* his adde ibidem. 300 Martyres, ſed annus ignoratur. *Auguſt. ſermone 112. Martyrol. 24. Auguſti.* hi præcipitati in fornacem calcariam Maſſa Candida dicti ſunt. de Ingenuo, qui Imperator acclamatus eſt, & mox occiſus, *Trebellius Polliode 30. Tyrannis.*

B

262 | 2 Dionyſii. | 8 Gallieni.

Inſignes etiam habuit hic annus Martyres, *de quibus hic Baronius, & Surius 24. Februar.* patitur quoque martyrium Theogenes Hipponenſis Epiſcopus, Maxima, Donatilla, & Secunda annorum duodecim. *Martyrol. 30 Iulij.* In Gallia paſſi ſunt Priuatus Epiſcopus Gabalitanus, Florentinus Epiſcopus Viennenſis, & Pontius, *de quo Surius 14. Maij.* In Hiſpania Fructuoſus Epiſcopus Tarraconenſis, Augurius, & Eulogius, 21 Ianu. diem nunc clauſit Demetrianus Epiſcopus Antiochenus. *Vide Indicem verb. Antiochia. vbi numerantur ordine Epiſcopi Antioch.* In hac Sede impius ille ſubſtituitur Paulus Samoſatenus. de

Gallienus 4 & Voluſianus Petronius.

Martino martyre, *Euseb. lib. 7. cap. 14.*

Tandem Valerian. Imperator, dum Edessæ obsidionem soluere tentat, dat pœnas. quando proditione ducis Macriani capitur à Persis, & Sapore rege, qui equum conscensurus eo vsus est pro scabello suppedaneo. *Trebellius Pollio in Valeriano. Euseb. lib. 7. cap. 9. Eutrop. Sextus Aurelius refert* hunc casum ad septimum Valeriani annum. aliqui etiam ad sextum. Gallienus, licèt alioqui ferox, tamen paterna clade territus, pacem dat Ecclesiæ. *Euseb. lib. 7. cap. 13. 14. & 18.* durat hæc pax Christianis, & viuendi libertas vsque ad Claudium. Macrianus & Balista, collectis captiuis Valeriani copiis, Persas strenuè repellunt, & Imperatores nuncupantur, vnà cum duobus Macriani filiis. B

Alibi etiam exurgunt Tyranni: Aurelius contra Gallienum, apud Illyricos: Æmilianus Alexander, in Ægypto, breui extinctus à Theodocto duce Gallieni: Caius Cassius Posthumus, in Gallia: vbi periit Solonius Gallienus iunior, occisus à Gallis in odium patris: qui in his Imperij ruinis, perditè & licenter inter delicias viuebat. hic Posthumus, *authore Trebellio*, per septenniũ egregiè repulit à Galliis Germanos, & ipsum Gallienum, cum exercitu tandem aduentantem, fugauit. Alexander Gallieni filius, dictus Solonius minor, fuit à patre Cæsar appellatus, & periit posthæc cum reliquis tumultu militari. *Onup.*

263 | 3 Dionysii. | 9 Gallieni. | Gallienus. 5. & Faustinus. A

De rixis Alexandriæ obortis, *Euseb. lib. 7. cap. 16.* sequutum bellum Alexandrinum, obsessa vrbe à Theodocto, quem misit Imperator contra Æmilianum Tyrannum, qui nunc periit. *Trebell. Poll. in Gallieno, & 30 Tyrãnis, agens de Aemiliano.* sequutæ sunt variæ clades Romani Imperii, terræ motus, ferè vbique grassatur pestis, & captiuo Imperatore, Tyranni passim dominantur: Scythæ vastant Asiam, templum Dianæ Ephesinæ exuritur. *Trebellius in Gallieno, & Orosius lib. 7. cap. 22.* duo Tyranni Regellianus, succedens Ingenuo occiso in Pannoniis, & Saturninus, in Ægypto, extinguntur ab illis ipsis, per quos creati sũt Imperatores. Macrianus Gothos & Scythas repellit, Thraciam vastantes. Byzantium ab ipsis Romanis militibus vastatur, quos tamen castigauit Gallienus, *Trebellius Pollio.* B

Cæterùm commodè res hæc tragica cessit pro incremento Ecclesiæ. *Sozom. lib. 2. cap. 5.* nunc Gregorius Thaumaturgus scripsit Epistolam, quam Græci Canonicam vocant, & quam ad hunc annum recitat *Baronius*: habeturque in Canone appositò ad sextam Synodum, inter alias Canonicas Epistolas. tunc etiã Dionysius Alexandrinus, dum vehementius in hæresim Sabellianam inuehitur, pro Personarum distinctione certans. visus est aliquantulum Personas naturâ diuisisse: nempe vt fecerunt Arriani. delatus est ad Romanum Pontificem (is quoque erat Dionysius) à quo post habitam de ea re Synodum, arguitur. sed Alexandrinus Dionysius mox satis fecit Pontifici, professus Consubstantialitatem: *vt in sua Apologia posteà testatus est, & ex professo docet Athanasius in commentario, quem de Dionysii sententia edidit contra Arrianos.* hos libros Apologeticos non viderunt *Basilius Epistola 31 ad Maximum Philosophum, & Geanadius lib. de Ecclesiasticis dogmatibus*, qui ideò Dionysium Alexandrinum accusant. *vide Hieron. de scriptoribus.* I

264 | 4 Dionysii. | 10 Gallieni. | Albinus 2, & Maximinus Dexter.

Plures hoc anno occidunt Tyranni, Trebellianus in Isauria, occisus à Gallieni ducibus: Celsus in Africa, à Vibio Passieno: & Macrianus ab Aureolo. Idem in Asia accidit duobus Macriani filiis, & Balistæ, quos confecit Odenatus. *Trebellius.* hoc eodem anno Gallienus Romam veniens, celebrat decen-

nalia, *Trebellius Pollio.* Nepos in Ægypto Episcopus, sententiam illam Irenæi, Iustini Martyris, & Tertulliani de millenario, nõdùm adhuc damnatã propagare conatur. Sed à Dionysio Alexandrino confutatur, *Euseb. lib 7. cap.* 19. Idem Nepos scripsit Hymnos sacros, in quo genere laudem meruit. *ibidem.* Scripserunt & alij, vt reprimerent hæreticorum fastum; & aureo poculo Babylonico propinatum repellerent venenum. *Theodoret. lib. 4. cap. 29. Sozom. lib. 3. cap. 15.* Porphyrius Philosophus annorum 30 Romam hoc anno cum Ausonio Rhodio venit, & adhæret Plotino. *Porphyrius in vita Plotini.*

265 | 5 Dionysii. | 11 Gallieni. | Gallienus 6 & Saturninus.

Gallieno ridiculas res agente, Odenatus Oriẽtis Prouincias sibi subiecit. Decurionem Palmirenorum *vocat Sextus Ruffus.* Dynastam *interpretatur Scaliger, in Eusebium.* hic Persas bello inuadens, illata illis memorabili clade, Carras, & Nisibin recipit. inscriptionem veterem *profert Scaliger*: rem natrat *Trebellius in Gallienis, & 30 Tyrannis, in Odenato.* accepit à Gallieno Augusti nomẽ Odenatus, *ex eodem Trebellio.* vxor Zenobia literis, prudentia, & pudicitia insignis, *Trebellius de 30 Tyrannis, numero 29, & Porphyrius in vita Plotini.* hæc cupida Christianarum literarum, decepta est à Paulo Samosateno. *Philastrius de hæresib. cap.* 65. hic hæreticus vnam tantúm Personam ponebat: non tamen Patrem incarnatum cum Sabellio: quia Christum tantúm hominem esse volebat. tandem damnatus est à duobus Dionysijs, Romano Papa, & Alexandrino. *Athanasius libro de Synodis.* & anno sequenti à Cornelio. magnam Asiæ minoris partem hoc etiam anno vastant Gothi & Scythæ, euersis vrbibus, Chalcedone, Nicomedia, & veteris Ilij ruinis dissipatis, *Trebell.* quo etiam tẽpore Claudius Cẽsorinus in Italia à Legionibus quibusdam Imperator vocatur. Et mox ab iisdẽ occiditur.

266 | 6 Diennysii. | 12 Gallieni. | Lucinius Valer. Gallieni F. & Lucillus Rusticianus.

Odenatus in Oriente vnà cum filio Herode occiditur per Mæonium fratris filium, quo etiam breui occiso, Zenobia virili animo, & prudenti consilio, Orientis Imperium deinceps per aliquot annos contra Persas feliciter propagauit. Concilium Antiochenum celebratur contra Paulum Samosatenum, eiusdem ciuitatis Episcopum. Sed cùm hæreticus homo dolosè simularet pœnitentiam, relictus est in sede, tantùm damnato errore *Euseb. lib. 7. cap. 22, & 24.* moritur Dionysius Alexandrinus, qui senio impeditus, non potuit interesse Concilio. *Euseb. ibid. cap. 22.* succedit Maximus, aliàs Maximinianus. Hierosolymis Mazabeno succedit Hymæneus, qui Cõcilio interfuit, *Euseb. ibid. horum Episcoporum seriem vide in Indice, verbo, Hierosolyma.* nunc obiisse putatur Thaumaturgus, qui interfuit tamen Concilio; quòd eius non fiat amplius mentio, eius elogiũ habet *Basilius, de Spiritu sancto c. 29.* de eiusdem scriptis, hîc *Baronius.*

267 | 7 Dionysii. | 13 Gallieni. | Gallienus 7 & Sabinellus.

Heraclianus Dux missus in Orientem à Gallieno, repellitur victus à Zenobia, fuso & fugato eius exercitu. Valerianum Iuniorem, & fratrem, Gallienus hoc fere anno Augustum nominat aut certè, *vt putauit Onuphrius*, paulo ante obitum, *Trebellius.*

268 | 8 Dionysii | 14 Gallieni. | Ousnus Paternus & Arcesilaus.

Gallienus, sopito vtcumque Illyrico tumultu, Aureolum ibidem imperitantem sibi conciliat: & ambo in Gallias hoc anno proficiscuntur: vbi Cassio Posthumo, Lolliani dolis & conspiratione occiso, Victorinus Posthumi commilito Lollianum occidit: & Gallias fere biennio, inuitis Germanis, & Gallieno retinuit. *Trebell.* qui tamen author ab *Eutropio* dissentit aliquantulum. *Vide Trebellium in Lolliano, & Victorino Tyrannis.*

269 | 9 Dionys. | 15 Gallieni. | Ousnus Paternus 2. & Maximinianus.

Hoc anno Christi 269, & Gallieni 15, Gallienus, cum fratre Valeriano, & filio, apud Mediolanum occiditur, Heracliani do-

lo & Claudij. Claudium tamen excusat & laudat *Trebellius* dum hæc narrat *in duobus Gallienis sub finem.* à quo Flauio Claudio vult Constantinum Magnum duxisse originem. Peruenisse Gallienum ad annum 15 Imperij, *testantur vetera numismata, & Eusebius lib. 7. cap. 23.*

I *Claudij.*

Flauius Claudius (de quo iam sermo fuit) Imperator à Legionibus electus est, approbante postea Senatu. inuenit Imperium infelix, & hostibus refertum. victum Aureolum occidit apud Mediolanum. *Trebell. Eutrop. Zonar. & Sex. Aurel.* Dùm in Asia Scythæ, & Gothi, atque etiam in Græcia omnia vastant, Franci in Occidente, qui sedes in inferiori parte Germaniæ iam habebant, occupant Batauiam, (quæ hodie ferè Hollandia est) nec nisi à Constantio Cæsare, Magni Constantini patre, expelli indè potuerunt, *vt author Panegyrici subindicat.* Nunc Dexippus Athenis scribebat sui seculi historiam, quem citat *Trebellius Pollio. de 30 Tyran. in Tito.* Abstinuisse dicuntur Scythæ à Bibliotheca Athenienſi, putâtes literarum studio imbelles reddi Græcos, & facilius posse subiugari, *Zosimus, & Zonaras.* Claudius Christianorum hostis, bellis intricatus, sæuire, vt optabat, nonpotuit; tamen Romæ occidi fecit Cyrillam Virginem nobilissimam, Prætorianos 46, & alios 120. *Acta sancti Laurentij.*

B

270 | 10 *Dionysii.* | 2 *Claudii.*

Trebellius scripsit, nunc victos à Claudio Gothos, & deletos vsque ad ter centena millia. quo tempore Timagenes Ægyptũ occupat, ipse Ægyptius; sed nomine & auxilio Zenobiæ, *Zosimus.* hoc etiam anno in Gallia, duo Victorini Tyranni, pater, & filius, occiduntur à quodam actuario milite, & in seditione populari, ob adulterium. Victorina vxor Tetricum, qui Aquitaniæ præerat, mariti successorem effecit. *Trebellius de 30 Tiran. in Tetrico, & Victorin.* quo etiam tempore filius Tetricus puerulus à Victoria Cæsar est appellatus. Dionysius Papa Parochias & Diœceses ob persecutionem Valeriani confusas, iterùm restituit & distinguit, *ex libro de Romanis Pontificibus, & Epistola Dionysij ad Seuerum Episcopum Cordubensem.* Claudius sæuit, & promulgato edicto coronantur martyrio, qui ex Persida Romam venerant. Marius & Martha, cum Audiface, ad Nymphas: qui locus est inter viam Corneliam & Portuensem. *Surius 24. Februarij*, præter alios multos Martyres.

Aurelius Claudius Aug. 2. & Paternus

271 | 11 *Dionysii.* | 1 *Aureliani.*

Hoc anno finitum bellum Gothicum, *scribit Vopiscus in Claudio*, opera planè Valeriani ducis; pulsis partim, partim occisis Barbaris. Claudius peste tactus occubuit, & Quintillus Frater creatus Imperator, occiditur ob crudelitatem à militibus die 17. *Trebell. in Claudio.* Successit fauore militum Marcus Aurelius Valerius Aurelianus, obscuris parentibus Syrmij in Pannonia natus, vir æqui amantissimus, *ex Vopisco.* Claudio suspensum fuisse clypeum in Capitolio ob victos Gothos, *ait Euseb. in Chron.* quod explicans *ibidem Scalig.* προτομὴν obseruat habuisse insculptam, vulgò medaliam, seu εἰκόνα Imperatoris. Interim nouus Imperator firmata pace in Pannoniis, regreditur in Italiam: quam Germani, (Marcomannos *vocat Vopiscus*) magna satis ex parte iam occupauerant, ingenti militum multitudine. trepidatum Romæ est, ac si instaret Imperij finis. itumque ad libros Sibyllinos: & præsertim victo Aureliano apud Placẽtiam, prima acie à Barbaris: quos tamen postea sæpe victos, omninò expulit Imperator, sub his vel sequentis anni Consulibus. *Eutropius, Sextus Aurelius, & alij.*

Flauius, & Furius Orphitus.

272 | 12 *Dionysii.* | 2 *Aureliani.*

Seditionis authores Romæ, dum in acie contra Marcomannos ageret Aurelianus, nunc regressus castigat: & Vrbẽ mœnibus tutioribus munire aggreditur: quæ tamẽ Prob. perfecit. inchoa-

Aurelianus & Pomponius.

to hoc opere, Aurelianus exercitum ducit in Asiam & Syriam: ac demùm contra Zenobiam, vbi pugnatũ acriter est, & multo vtrinque fuso sanguine, victoria tandem fauit Romanis: captáque Zenobia, ad Triumphum reseruata est. sicque Oriens rediit ad Romanum Imperium. *Zosimus, & Vopiscus.*

Conuocatur nunc secundum Concilium Antiochiæ contra Paulum Samosatenum, reuersum ad hæresim. & omnium sententia damnatus, pellitur è sede. *Euseb. lib. 7. c. 23 & 24.* vbi recenset Synodicam Epistolam, missam à Concilio ad Dionysiũ Papam, aliosque Episcopos. Substituitur Paulo Domnus, Demetriani iam anteà Episcopi filius. *Synodica.* Professio fidei, edita ab hoc Cõcilio, *extat in Ephesino.* Sed mala fide *Eusebius* partem Synodicæ de Consubstantialitate omisit. Firmilianus Cæsareæ Episcopus, vocatus ad Concilium, moritur in itinere. *Synodica.* Paulus referens ad Imperatorem de domo Episcopali, quam volebat retinere, iubetur stare sententiæ Episcopi Romani, & Christianorum in Italia. *Euseb. lib. 7. c. 24.* Obiit tandem feliciter Dionysius Papa 28 Decembris. Nam huc vsque vixisse *colligitur ex Synodica citata.* sequenti anno condita ad Ligerim Aurelia in Gallia, sumpto nomine ab Imperatore.

273. 1 Felicis I. 3 Aureliani. — Quietus, & Voldumianus

Aurelianus iterùm rebellantes Palmerianos domat, euersa regia ciuitate: & mox Ægyptum Imperio restituit. inde in Galliam proficiscens, quæ sola post tot Tyrannos debellatos restabat recuperanda, ibi Tetrico & filio occisis, restituit pristinæ integritati Romanum orbem. *Zonaras & Vopiscus.* qui insignem eius triumphum narrant, post tot deuictas nationes. nunc primùm in Britanniam missum Constantium Constantini Magni patrem *rectè colligit Baron. anno 306, num. 14. quod etiam ex anno nostro expanso 306 satis apparet.* Nam *ex Panegyrico* Britannus est: *ex Eusebio* verò, *& aliis* cœpit imperare Constantinus anno ætatis 31 natus, an. 5 Aureliani.

Vltimo anni præcedentis die Felix Papa successit Dionysio. De Persecutione verò Aureliani, quam vel octauam, vel nonã vocat, certum est, eum semel id quidem tentasse, sed diuinitùs esse reuocatum, *ait Euseb. l. 7. c. 24.* non distulit tamen Persecutionem vsque ad vltimum Imperij annum, *vt Acta Martyrum dicunt. Surius 22 Augusti in sancto Symphoriano. Leo, Feria secunda de Pentecoste, vocat* Octauam. *Augustinus 18 de Ciuitate cap. 32,* nonam appellat. an Vrbis mœnia extruxerit hoc, vel sequenti anno digladiantur authores. illud certius est, imperatum anno præcedenti opus, nunc accepisse incrementum, atque etiam anno sequenti. Vnde oriri quoque potuit dissensio de Consulibus, sub quibus hoc actum est. notant aliqui quartum annum Aureliani. referuntque ad Consulatum Taciti & Placidi circa idem tempus, templum Solis constituit magnificentissimum. *Vopiscus.* idque in septima regione. *ex Rufo & Victore.* hic Felix est, qui scripsit Epistolam ad Maximum Alexandrinum, contra Paulum Samosatenum, & Sabellium; cuius fragmentum *extat Actione 1. Concilij Chalcedonensis. &* citatur à *Cyrillo in Apologia 12 capitum.*

274 2 Felicis I. 4 Aureliani. — Claudius Tacitus, & Mænius Placidus

Zenobia triumphata, Romæ mansit, honorificè habita, Zenobiam familiam nobilem Romæ reliquit. *Trebel. Euseb. Chron. Vopisc. Zonaras.* Mentitur *Zosimus*, affirmans non venisse Romã: imò ibi perfectè Christiana consenuisse putatur. Ex qua familia volunt aliqui ortum Zenobium Episcopum Florentinum, S. Ambrosij æqualem. Aurelianus, *vt narrat Vopiscus*, hoc anno duxit in Germaniam exercitum contra eos, qui socios Imperij & confœderatos iniustè vexabant.

Christi	Pont.	Imp.		Consules.
275	3 Felicis I. 1 Eutychiani.	5 Aureliani.	De Quæstorum tumultu Romæ, & iterùm iam rebellante Ægypto, *lege Vopiscum.* Felix Papa 3. Kalendas Maij coronatur Martyrio. *Martyrol. Rom.* sanxit, seu quod erat in Traditione firmauit, vt supra sepulchra Martyrum Missæ celebrarentur. succeſſit post dies quinque Eutychianus, Tuscus, patria Lunensis. De Martyribus passis sub Aureliano Romæ, in Gallia, & Oriente, *Surius* 3 *Iulij*, & 17 *Augusti. Gregorius Turonensis de gloria Martyrum cap.* 64. *Basilius Homilia* 26. *Baronius anno Christi* 275. his Coss. nascitur in Britannia Constantinus. *ex Eus. in vit. Con. lib.* 1. *cap.* 1.	*Aurelianus Domitius Aug.* 2 & *Iul Capitolinus.*
276	2 Eutychiani.	6. Aureliani. Vacat.	*Onuphrius*, & *quidam alij* scribunt obijsse hoc anno Aurelianum Imperatorem. sanè *Zonaras & Vopiscus* dant ei sex annos, item *Eutropius*, & *Cassiodorus* saltem dãt quinque annos, & sex menses. quòd si ad numerum hunc *Eutropij*, addas sex menses vacantis Imperij, constabit sex annos numerandos ante nominatum successorem. *Onuphrius* occisum scribit quarto Kalendas Februarij, & vacasse sedem Imperialem per octo penè menses. non ergo nisi sub finem anni imperat Tacitus. occisus est Aurelianus apud Byzantium. *Vopiscus, Euseb. Chron.* ipso tertiùm Consule, *inquit Onuphrius.* Vidit vnus ferè annus quatuor Imperatores. De tempore, quo imperarunt, deque Consulibus, adeò dissentiunt dubitantque authores, vt difficile sit quicquam certi vllam in partem statuere. nos illis locum damus ex probabiliore rerum gestarum coniectura.	*Domitius Aurelianus Aug.* 3. & *Marcellinus.*
277	3 Eutychiani.	1. Tacitus, & Floriani. Probus	Hic est primus Taciti annus, excurrens à septimo Kalendas Octobris anni præcedentis, *ex Onuphrio.* tardæ huius electionis causam *narrat Vopiscus in Aureliano*, quòd exercitus Senatui, & Senatus exercitui electionem deferret. Prima Taciti expeditio fuit in Gothos & Scythas. quibus pulsis ex Asia minore, parat se ad Persicum bellum. Sed obiit in itinere. Imperauit tantùm per sex menses, & aliquot dies. Successit Florianus Taciti frater, imperans, *ex Onuphrio*, per duos menses, & viginti dies. occisus tumultu militari Tharsi Ciliciæ. probus vti mox dicam, hic aliquod Imperii habet initium. Hoc anno, defuncto Domno Antiocheno, succedit Timæus. Innotescit quoque hæresis Manichæorum author fuit Manes. hi negabant liberum arbitrium, Christum esse verè natum, baptismum esse necessarium, transmigrationem ponebãt animarũ, & duo principia, duóque regna æterna. *lege Epiphan. hæresi* 66. *& Augustinum contra Faustum, & alios Manichæos.* Quod spectat ad tempus, *Leo Sermone secundo de Pentecoste notat* innotuisse annis 260 post Resurrectionem Domini. Sed vitium est Librariorum: tantúm enim annus est 243 à Resurrectione.	*Tacitus, Aug.* 2 & *Acmilinus*
278	4 Eutychiani.	1 Probi.	Imperat Probus, Syrmij in Pannonia natus, electus quinto nonas Iulij præcedentis anni, *ex Onuphrio.* Sed hoc anno ferè ineunte, vt aliqui notant, confirmatus à Senatu. Probus ergo nunc ex Oriente pergit ad pacandam Galliam, à Francis & Germanis occupatam: cessit illi expeditio feliciter: sexaginta ciuitates recuperat, cæsis hostibus vsque ad quadraginta millia, sparsis per varias Galliæ Prouincias. *Vopiscus.*	*Probus Aug.* 2. & *Lupus.*
279	5 Eutychiani.	2 Probi.	Hoc anno Probus Illyricum petijt, *ex Vopisco.* qui Probi res gestas narrat. vnde expulit Sarmatas. mox peragrans Græciã, cùm res ibi pacãsset, multos aut in deditionem, aut in amicitiã recepit, *inquit idem Vopiscus.* inter hæc Proculus in Gallia, & Bonosus rebellant; partemque Galliæ, Hispaniæ, & maiorem Britanniam occupant. *Vopiscus.* annus est Antiochenus 325. *Euseb.*	*Probus* 3. & *Paternus.*
280	6 Eutychiani.	3 Probi.	Probus, pacatis Pamphilia, & prouincijs Isauriæ vicinis, Blemias subegit in Oriente, quorum aliquos, horrendum visu	*Messala*, & *Gratus.*

populũ, duxit in triumphum. Persæ pacem petunt, & impetrãt. Ægyptum pacat, occiso Saturnino Tyranno, natione Gallo. *Vopisc.* Triumphum Probi de Germanis & Blemijs *idem author narrat*, datamque in Circo venationẽ. Conquieuisse nunc gallicanam Ecclesiam *scribit Gregorius Turonensis cap.* 32. De Manichæis hic mentionem facit *Euseb. in chro. nos supra* 277.

281 | 7 Eutychiani. | 4 Probi. | Proculus & Bonosus, *de quibus anno Probi secundo*, nunc à Probo, regresso ab Oriente, victi occiduntur apud Coloniã. *Vopisc.* duæ traduces ex Manichæorum hæresi emergunt. *cedren.* Trophimus, & Sabatius coronantur martyrio Antiochiæ. licet enim cessaret persecutio, tamen furore Heliodori præfecturam gerentis hi occiduntur pro fide. *Metaphrastes* 19, *Septemb.* & *Surius*. | Probus 4, & Tyberianus.

282 | 8 Eutychiani. | 5 Probi. | Post pacatas, *vt dixi*, Gallias, Franci captiui, è Batauia, & alijs locis in Pontum relegati, correptis nauibus Græciam, Asiam, & Lybiam populati, penetrârunt vsque ad Oceanum, emenso Mediterraneo mari, incredibili an temeritatis, an felicitatis exemplo. *Ex Panegyrico dicto Maximino, ab Eumenio Rhetore.* Probus, *authore Vopisco*, post triumphum de Germanis & Blemijs, parans se ad Persicum bellũ, & iter per Illyricum faciens, à militibus per insidias occiditur, secũdo Nouembris, & anno imperij quinto completo cũ paucis insuper mensibus. *ita Onuphrius ex Vopisco & Aurelio Victore: licet Eutropius, Euseb. & Oros.* annum addant vnum. | Probus 5. & Victorinus.

283 | 9 Eutychiani. | 1 Cari. | Marcus Aurelius Carus Romanus, aut, *ex Sexto Aurelio*, Narbonensis, à militibus creatus Imperator, filios Carinũ & Numerianũ Cæsares dicit. *Euseb. Chron.* vbi *Scaliger* profert veteres inscriptiones. *Baronius* ex alijs inscriptionibus probat nunc imperasse Carum: & proindè Probum non multum superasse annum quintum: idemq; magis constabit ex annis Diocletiani. Carus filium Carinũ præficit Galliæ. Numerianũ ducit secum ad bellum Persicum. vbi Mesopotamiam, Persis ciuili bello implicitis, occupat. Sed ad Ctesiphontẽ cùm peruenisset lethali morbo absumptus est. *Vopisc. Eutrop. Zonar. Sidonius* fulminatũ dicit. *& Euseb. chron.* vbi tamen *Scaliger* hoc reiicit. Eusebius Alexandrinus succedit Socrati Episcopus Laodicææ. & post hunc, tandem successit Anatolius doctrina insignis, *Euseb. libro 7. cap. vltimo, Hieronym. de Scrip.* Timæo Antiocheno Episcopo succedit Cyrillus, *Euseb. chron.* Floret Dorotheus, Hebraicè & græcè doctissimus. *Euseb. libro septimo cap. vlt.* tandem anno ætatis 105, fit Martyr, tempore Iuliani Apostatæ. Eutychianus Papa martyrio coronatur. *Martyrol. sexto idus Decembris.* subrogatur Caius Papa, Dalmata, ex genere Diocletiani: idque 16 kal. Ianuarij. | Carus 2 & Carinus Cæsar.

284 | 1 Caii. | 1 Diocletiani. | Insigniores nunc Martyres recẽsentur, Chrysantus & Daria, Claudius Tribunus cum vxore & filijs, Iasone Mauro & domesticis, ac septuaginta militibus. Caro Imperatore, cùm anno vno imperasset, ad Ctesiphontem extincto, Numerianus in Oriente capessit Imperium, & mox insidijs Apri soceri sui occiditur, sub mensem Februarium. re comperta, acclamatur Imperator ab exercitu Aurelius Valerius Diocletianus, Dalmata, olim libertus Annulini Senatoris. creatur mense Martio, *ex Panegyrico illi dicto.* Carinus in Occidente vsque ad sequentem annum propagat Imperium. *Vopisc.* Post tres ferè annos putat *Scaliger* electũ Diocletianum. Sed in hunc annum 284 consentiunt planè veteres inscriptiones omnes, *quas habet Goltzius.* nec dissentit penitus *Scaliger lib. 5. Emend. & in notis Euseb. & in* | Carinus August. 2. & Numerianus 2.

Canonibus, si distingui velimus primum annum Imperij Diocletiani, ab æra quã ille dat Ægyptiorum Diocletianæa: Ærã enim quam vocat Martyrum Diocletianæam, refert ad annũ 284. initium verò Imperij Diocletiani repetit à Palilibus anni 287. sic ille in Præfat. de Emend. poster. edit. hac ὁμωνυμίᾳ de initio Diocletiani, elusit quæ eius sententiæ aduersari videbantur. de alia Martyrum æra vide an. 302. nec obstat nobis triumphus, *de quo ad annũ Christi* 301. & ratio huius temporis optima est illa, quòd secũdus Consulatus Diocletiani notetur à Cassiodoro, & aliis, ad annum Christi 285. quando etiam secundò accepit Tribunitiam potestatẽ. Epocham Diocletiani celebrem effecit Christianorum consuetudo, iuxta quam vsque ad Dionysium Exiguum, Cyclos suos Paschales efformabant: idemq; ab aliis in annorum ratione obeunda factitatum; an verò iubente Diocletiano, satis incertum est.

Controuersum hoc Diocletiani initium, dubium quoque effecit annum Christi quo *Dionysius* Cyclum exorsus est. Sed ipse, *Epistola ad Petronium Episcopum*, notat annum Diocletiani 248. consequens est nobis esse Christi annum 531 exeuntem. vide an. 527. Encænia Diocletiani aliqui in Palilia, alij in Kalendas Martias coniiciunt. Quo ad res gestas, Diocletianus Aprũ ipse occidere voluit, vt Druidarum de suo Imperio vaticinium compleret; qui imperaturum prædixerunt Diocletianũ, si Aprum aliquando occideret. breui postea occiso Carino in Occidente, quò perrexit Diocletianus, tandem integro & pacato potitur Imperio. ac Romam veniens, socium Imperij fecit Marcum Aurelium Valerium Maximianum (qui Herculius appellari voluit) commilitonem, & ex Pannonia oriundum: cui Occidentem commisit. tamen *Sextus Aurelius*, vnum annum Herculio minus dat quàm Diocletiano, aliqui etiã nunc Cæsarem tantùm, & post biennium, Augustum autumant creatum.

285 | 2 Cais. | 2 Diocletiani. | Maximianus in Galliam profectus, seditionem rusticanorum popularem compescit, Bagandarum factionem vocant, ducibus Amando & Æliano. *Eutrop. & Mamertinus in Panegyrico.* quo etiam tempore Diocletianus, Roma discedens, contra incursantes in Pãnoniam Sarmatas, reliquit ibi Gallerium, ipse in Orientem veniens, Saracenos in acie vicit, & repulit. Pace cum Persis, quam optabant, confirmata, Diocletianus Lysiam præfecit Ciliciæ. Sub quo Proconsule, spectatæ féritatis homine, passi sunt Claudius Asterius, & alij 10 Kal. Septembr. Item Cosmas & Damianus, 5 Kal. Octobr. moritur Maximus Episcopus Alexandrinus. Succedit Theonas. *Euseb. Cron.* florent Achillas, & Pierius Alexandrini Presbyteri, & Miletus in Ponto Episcopus. *Euseb. lib. 7. c. vlt. Hieron. in Scrip.* | Diocletian. 2. & Aristobulus

286 | 3 Cais. | 3 Diocletiani. | Carausius missus ad reprimendos Francos & Saxones, ipse tandem rebellans, occupat Britanniam maiorem; quam cum Imperio illius Oceani tenuit annis septem. Iulianus quidem in Italia Imperatorem se nominans, à Maximiano castigatur. *Vide Zosim. Euseb. Eutrop.* regressus in Gallias Maximianus, incursantes Herulos, & Chaibonos vnà cum Burgundionibus repressit. *Mamertinus in Panegyrico.* | Iunius Maximus 2. & Aquilinus.

287 | 4 Cais. | 4 Diocletiani. | Diocletiani & Maximiani edictum ponitur contra maleficos & Manichæos, qui tũc inualescebant in Africa, *ex antiquo Codice Gregoriano lib. 7.* Germani Galliam vastantes reprimuntur à Maximiano. Et cæsa eorum ingenti multitudine, Imperator transgressus Rhenum, Germaniam vsque ad Danubium peragrans, tantã edidit Barbarorum cædem, vt ipsi longo tempore | Diocletian. 3. & Maximianus 2.

pore abstinuerint à vexando Imperio. *Mamertinus in Panegerico.* tantundem fecit Diocletianus vltra Danubium in Gothos & Scythas.

288 | 5 Caij | 5 Diocletian. | Maximianus tentato bello contra Britanniam & Carausium, non inuentis idoneis naualis prælij ducibus, vertit se tantisper in Batauos, & ibi habitantes Francos quos ad deditionē magna ex parte coegit. Diocletianus Danubium iterùm transgressus, contra Quados & Marcomānos, fines Imperij propagat. *Eutrop. & Mamertinus in Panegyrico* 2. mox in Italiam reuocat Maximianum: deliberaturus de duobus periculosis bellis, Ægyptiaco, vbi Achillas Dux strenuus se Imperatorem dixit: & Africano, rebellantibus ibi Quinquegentianis. *Eutrop.* | *Maximus & Ianuar.*

289 | 6 Caij. | 6 Diocletian. | Duo Imperatores, post deliberationem de bellis Ægyptiaco & Africano Mediolani habitam, discedunt ipsa hyeme in suas Prouincias, celebrantque Quinquennalia, in quibus *Mamertinus* Orator primum Panegyricum pronuntiauit Maximiano Treueris. quod parùm fauet ijs, qui non nisi anno 286 volunt Maximiano concessum nomen Augusti. *lege secundum Panegyricum Mamertini.* | *Bassus 2. & Quinctianus.*

290 | 7 Caij. | 7 Diocletianus. | Dum Maximianus Treueris celebrat hoc anno diem suum natalem, *Mamertinus secundo illo suo Panegyrico*, tunc dicto, docet nunc quieuisse in Oriente & Occidente Imperium, quòd Barbaros vbique ciuilia & intestina bella haberent occupatos, in Germania, Scythia, & Perside. apud Tharsum Ciliciæ hoc anno martyrio coronati sunt Tharacus, Probus & Andronicus, Diocletiano quartùm Consule. *Extant Acta typis mandata apud* Baronium. Hieracitæ Hæretici, Gnosticorum & Manichæorum pars aliqua, agnoscuntur. *Epiphan. hæres. 67.* licet annus, quo cœperint, incertus sit. hi præter alia nuptias damnabant. | *Diocletian. 4. & Maximianus 3.*

291 | 8 Caij. | 8 Diocletianus | Ne tot deinceps bellis nō sufficerent Imperatores, cōmuni consilio habito, quisque sibi socium designat, alter Constantium Chlorum, (à pallore) qui à Claudio Imperatore genus ducebat: alter Galerium Maximianum, natione Dacum. ambo Cæsares dicti (quem titulum 13 saltem annis retinuerunt) Constantius in Britanniam redit iam Cæsar. pergit Galerius ad limites Danubij defendendos. Diocletianus Aegyptiacum bellum in se recipit, Herculio Africanum dedit. de duabus Constantij vxoribus *Sext. Aurel.* Omnibus res bellica feciliter tandem cessit. Galerio limites suos strenuè propugnante, Diocletianus varias Aegypti vrbes subegit. Constantius vrbem Gessoriacum (Gallice nunc BOVLOVGNE) expugnat: receptis in in suam potestatem præsidiarijs militibus, quos ibi Carausius reliquerat plurimos; & tantisper, dum paratur in Britanniam classis, ipse (*vt ait author Panegyrici ad Constantium*) Batauiam ingressus, multa Francorum millia, qui has & vicinas cis Rhenum terras à tempore Claudij occupauerant, vicit, & abduxit. Nam alioqui propriam Francorum sedem, fuisse à Rheno ad oram vsque Germanici maris, satis videntur ostendere *in suis Panegyricis Eumenius, & alij.* | *Iunius Tiberianus, & Cassius.* A B

292 | 9 Caij | 9 Diocletiani. | Parata Constantij classe renuntiatur Carausius in Britannia occisus ab Alecto Augusti nomen vsurpante; cui *Eutropius* triennium dat, post septem Carausij annos: atque ita non nisi exacto decennio, vult receptas Britannias. *Panegyrici* tamen, & *Sextus Aurelius* significant, eodem primo Alecti anno, Constantium parata classe traiecisse in Britanniam, euitata feliciter hostili classe, & hoc, vel sequenti anno victum occisumque Alectum, purgato insuper Britannico mari, quod | *Hannibalianus. & Asclepiadotus.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp	
293	10 *Caij.*	10 *Diocletiani.*	ab aliquot annis Saxones & Franci sub Carausio infestabant. Galerius Cæsar è Mœsia ad Ægyptiacum bellum à Diocletiano vocatus, strenuè se gessit. A quo Achillas Tyrannus (Achillæum *vocat Eutropius*) magna suorum strage victus est apud Pelusium (postea Damiata dicta est) & Alexandriam, quo confugerat Achillas, obsidione cinxit. Nunc rebellasse Armeniã *scribit Cedrenus*, ac proindè Galerius in eam prouinciam destinatur contrà Persas. *Iornandes, & Eutropius.*	*Diocletianus 5 & Maximianus 4.*
294	11 *Caij.*	11 *Diocletiani.*	Hoc anno apparet Diocletianum potitum plena victoria in Ægypto, capta & euersa Alexandria: cùm obsidio durasset octo mensibus; nono mense, tota Ægyptus recuperata redijt ad Romanum Imperium. *Cedrenus* videtur finem belli huius Ægyptiaci reijcere in annum sequentem. *Addit Eutropius*, Diocletianum post interfectum à se Achillæum, victoria acerbè vsum esse, cædibusque fœdasse Ægyptum.	*Constantius, & Galerius Cæsares.*
295	12 *Caij.*	12 *Diocletiani.*	Galerius contra Persas victoria insigni semel atque iterùm potitur. Maximianus Herculius in Africa Quinquegentianos sæpè victos, compellit in loca asperiora & accessu difficilia. Inter hæc, Germani hostiliter repetunt Gallias. hoc tempore aliquot insignes martyres passi sunt pro Christo mortem, in his Susanna, Sabini filia: Caij Papæ neptis, recusans nuptias Galerij Maximiani, obtruncatur. Item Serena vxor quondam Diocletiani, tertio Idus August. Caius hic putatur Diocletiani consobrinus. Contigit quoque Claudij, Maximi, & sociorum martyrium, 18 Februarij. De Serena Augusta, tunc Christiana, *Baronius hoc anno.*	*Mummius Tuscus, & Anullinus.*
296	13 *Caij.*	13 *Diocletiani*	Galerius in Oriente priori victoria elatus, temerè & parua manu cum hoste copioso pugnans, inter Callinicum & Carras, vincitur à Narseo Persorum rege. vnde ad Diocletianum rediens, iussus est, ignominiosè purpuratus, per aliquot passuum millia currere ante vehiculum Diocletiani. *vt narrat Eutrop.* Mox tamen, nouis datis copiis, iterùm in Armenia, magno consilio, & feliciſſimo successu pugnauit cum Narseo. quo pulso in vltimas regni solitudines, castra diripuit, cepitque Narsei vxores, & sorores, cum Persica gaza copiosissima, ac transgressus Ctesiphontem, vetus oraculum falsum esse ostendit. *quod latè narrat Pomponius Lætus in Diocletiano.* Redeuntem Galerium ingenti excepit honore Diocletianus. *Eutropius.* hæc tamen victoria sequentis anni est.	*Diocletianus 6. & Constantius 2.* A
	1 *Marcellini.*		Hoc anno Constantius pugnans in Gallia circa Lingones, aduersam & mox secundam fortunam est expertus, *ex eodem Eutropio.* nam victus ille & compulsus in ciuitatem, & vix quinque horis mediis, cùm hostes tanquam securi & sine ordine incederent, eos ita opportunè adorsus est, vt *authore Iornande* sexaginta millia Alemannorum occiderit: ingentem in hoc certamine laudem consecutus. Caius Papa coronatur martyrio 12 Aprilis: item Germanus, sed alio die, *Rom. Martyr.* quòd dicatur Caius constituisse gradus, per quos ascenderetur ad Episcopatum, intellige eum firmasse pristinos, & cauisse ne omitterentur: cùm iam à temporibus Apostolorum essent in vsu. Successit Marcellinus, 5 Non. Maij: quem *Augustinus, Optatus, Martyrologia,* & qui rectiùs sentiunt, faciũt diuersum à Marcello: licet *Eusebius* hos duos confundat. Hierosolymis moritur Hymenæus Episcopus, Succedit Zamdas: & paulò post Hermon. *Euseb. Chron. & Hist. lib. 7. cap. vlt.*	B
297	2 *Marcellini.*	14 *Diocletiani.*	Hic annus est, quo Galerius vicit Narseum, fugauitque ad extremi regni loca: propagatis Imperij finibus vsque ad Tygrim:	*Maximianus 5 & Galerius Cæsar 2.*

ſicque per vniuerſum Imperium omnia feliciſſimo in ſtatu erant. tanti eſt prudentia, conſilium, & concordia Ducum. Legio Thebæorum Chriſtianorum militum ex Oriente in Gallias nũc euocata, *inquit Baron.* martyrio coronatur apud Agaunum. Martyrium quidem *teſtatur Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis Epiſt. ad Syluium, apud Surium* 22 *Septemb.* Acta habent paſſos ſub Marcellino. Verùm an metachroniſmus ſit, ſuſpicio eſſe poteſt, ſiue quia Maximianus Herculius, ſub quo militaſſe dicuntur in Gallia tempore martyrii, Quinquegentianos nunc profligabat in Africa: ſiue quia Amandus Tyrannus, contra quem euocatam dicit *Baronius* hanc Legionem ex Oriente, extinctus eſt anno Chriſti 285. de Martyrio ergo cùm cõſtet, annus martyrij non ita certus eſt.

298 | 3 *Marcellini.* | 15 *Diocletiani.* | *Anicius Faustus* 2. *& Gallus.*

Hoc ineunte anno cœptæ ſunt Carthagine Maximiani Thermæ, & Romæ Diocletiani. *Euſeb. Chron. & in Hiſt.* Septem annis abſolutæ, & dedicatæ, Conſtantino & Gallerio Auguſtis. De vaſta earum magnitudine, *lege Marcellin. lib.* 16. harum rerum inſcriptiones habes apud *Scaligerum in Euſeb. Baronium, & Panuinum in Faſtis.* Imperatores, Chriſtianos milites huic operi dedicârunt, *Euſeb. Chron.* & opere abſoluto, ſuperſtites capitis ſententia damnatos habent Acta Martyrum, *de quibus Baron.* inſigniores Martyres, Marcellus Cẽturio, *Surius* 30 Octob. Maximus dux, Zeno, & ſocij. *Acta Marcellini, & Appendix.* Zamdæ Hieroſolymitano Epiſcopo ſuccedit Hermon, ſeu Thermon. *Euſeb. Chron.*

299 | 4 *Marcellini.* | 16 *Diocletiani.* | *Diocletianus* 7 *& Maximianus* 6.

Narrant *Eutropius, Zonaras, & Panegyrici*, nunc florentiſſimum fuiſſe, ſi vnquam aliâs, imperij Romani ſtatum; vbique firmata, conceſſaque tandem Narſeo Perſico regi pace, quam petebat: ijs tamen conditionibus, vt redditis vxoribus & liberis, manerent Romano Imperio Armenia, Meſopotamia, & Aſſyria, cum quinque aliis Prouinciis vltra Tygrim. *vide an.* 301.

300 | 5 *Marcellini.* | 17 *Diocletiani.* | *Conſtantinus, & Galerius Cæſares* 3.

Diocletianus proſpero rerum ſucceſſu elatus, ſe vt Deum adorari fecit. *Euſeb.* ornamenta gemmarum veſtibus indidit, cùm prius, *ſi Eutropio creditur*, Imperij inſigne in Chlamyde purpurea tantùm eſſet, reliqua, *inquit ille*, communia. *Vopiſcus* tamen *in Carino*, ſcribit Carinum in calceis & balteo gemmas habuiſſe. Anno præcedente obiit Cyrillus Epiſcopus Antiochenus, cui ſucceſſit Tyrannus. *Euſeb. Chron.* hoc verò anno 300, Theonæ Epiſcopo Alexandrino ſubrogatur Petrus. *Euſeb. lib.* 7. *cap. vl. & Chron.* De Anaſtaſia Publij viri clariſſimi vxore & Martyre, *Suidas in Hiſtoria, & Nicephorus libro* 14 *in fine.*

QVARTI CENTENARII Initium.

Regna. *IMperium Rom. sub Constantino auctum, firmatumque, sub filijs diuisum; sub alijs debilitatum, mansit vsque Theodosium, restitutorem penè vltimum cuius tempore cœperunt regna Gothorum, & Vandalorum.*

Status Ecclesiæ. *INcredibili temporum varietate hactenus vsa, proceliſque iactata victrix semper Ecclesia: ac superatis sub Decio & Diocletiano Persecutionibus maximis: tandem felicissimum sub Constantino in toto Romano Orbe, & posteâ sub filijs in Occidente statum habuit, clausis Idolorum templis vel etiam passim euersis. Sed pacem hanc in Oriente turbarunt Liciniana Persecutio, & Constantij Hæresis, cum Donato in Africa.*

Doctrina. CErta est Ecclesiæ in Traditionibus, & Decretis authoritas. *Basil. lib de Spir. S. c. 27. Hieron. Epist. 54 ad Marcellam. Amb. lib. 3. de fide, c. 7. Epiphan. hær. 55. Cyrill. Hieros. Catech 5 Illumi.* Primatus Petri. *Concil. Nice. Can. 39. edit. Arab. Athan. Apol. de fuga, post med. Hilar. in Matth. Can. 16* Liberum arbitrium. *Hilar. lib. 1 de Trinitate. Hieron. lib. cont. Iouin. cap. 2. Epiphan. hæres. 16. post medium.* Bona opera, & merita. *Hilar. in Matth. Can. 6. Cyrill. Hieros. Catech. 1. Illum. Hieron. lib. 2. cont. Iouin. cap. 15.* Sola fides non sufficit. *Cyril. Cat. 15. Illum. post med. Ambros. li. 2 Offic. cap. 2.* Eucharistiæ veritas, & Sacrificium. *Concil. Nicen. Can. 14. Hilar. lib. 8 de Trin. Cyril. Catech. 4. Mistag. alijque plurimi.* Pœnitentiæ Sacramentum. *Hieron. Epist. 54. ad Marcellam, post med. Hilar. in Matth. Can. 18. Basil. Interrog. 288.* Purgatorium. *Epip. hær. 75. Amb. orat. funeb. de morte Valentiniani. sub finem.* Inuocatio Sanctorum. *Cyril. Catech. 5 Mystag. Hieron. Epist. 25. de morte Blesillæ.* Reliquiæ, & Crux in honore. *Cyrill. Catech 18. ante med. Ambro. lib. de Isaac. c. 8.* Cœlibatus. *Athan. Apol. ad Constantium sub finem Ambr. lib. 1. offic. cap. 50.* Abstinentia à cibis. *Nicænum Conc. Can. 5. Basil. de laud. Ieiunij, sub initium. Amb. Ser. 23, qui est de Quadragesima.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.
301	6 Marcellini	18 Diocletiani.

DIocletianus & Maximianus Imperatores, confecto bello Persico, putantur à quibusdã hoc tantùm anno Romæ triumphasse. *Euse. Chron.* vbi tamen *Scaliger* hoc refert ad annũ Diocletiani 20. male sanè *Cassiodorus* post sex annos hoc actum esse putat: nec deest probabilis suspicio, etiam anno præcedente triumphasse; qui est Diocletiani 17. si verum illud est, *quod scribit Iornandes*, triumphasse antecedentibus liberis vxoribusque regis Persarum. Nam redière in Persidem (quod in conditionibus erat) *vt notaui an. 299.* Tardè igitur nimis, si post annum à pacis conditionibus firmatis sunt dimissi Roma.

Quiescentibus vndique bellis, conspirant hoc anno Imperatores in Christianos, & Edicta promulgant. Ro-

Consules.
Posthumius Titianus 2. & Nepotianus.
A
B

mæ itaque, anno sequenti Persecutio grauissima inchoatur. *lege Euseb. lib. 8. cap. 3. & Acta Martyrum apud Metaphrastem 26 Decemb.* vbi de Glycerio, Dorotheo, & aliis. De Andrea Tribuno; & sociis Martyr. *Metaph. 19 Augusti.* Theophila prostibuli euasit ignominiam. *Baron.*

302 | 7 *Marcellini.* | 19 *Diocletiani.* | *Constantius, & Galerius Cæsares 4.*

Hic est annus ille grauissimæ Persecutionis inchoatæ quando exierunt noua Edicta ipso tempore Dominicæ Passionis, ἐπ ἐλαυνέσης τῆς ἑορτῆς *vt loquitur Euseb.*) in templa, personas, & libros sacros. *Euseb. lib. 8. cap. 3.* Persecutionem vocat hãc decimã *Augustinus de Ciuitate libro 18. cap. 52. & Orosius libro 7. cap. 27.* hoc de comburendis libris Edictum, non vltimo, vt aliqui notant, sed hoc 19 anno Diocletiani, & his Consulibus exiisse, præter citatum *Eusebium*, testatur *August. de Baptismo contra Donatistas lib. 7. cap. 2.* de hac Martyrum & persecutionis Aera, ita ex optimis his Authoribus statuendum. Alia est (si recipitur) quam *Scaliger Præfat. de Emen.* Diocletianæam vocat. *de qua ad an. 284.*

A

Sed malè negat *Eusebius*, ante hunc annum inchoatam Persecutionem; licèt minus acerba esset illa. lapsum in professione fidei, obiecit Potamon Eusebio, *apud Epiphanium hæresi 68.* Lapsi sunt etiam multi, & qui sacros tradiderunt Codices; obtempeperantes Edicto, Traditores sunt appellati. Lactantius nunc profitebatur Rhetoricam Nicomediæ, *vt ipse ait lib. 5. cap 2. & cap 3.* de Philosopho debacchante in Christianam religionem, quem aliqui putant Porphyrium ex Iudæo Christianum, & tandem Apostatam, *vt ait Hieronymus ad Galatas, in Præfatione lib. 1.* Infames Porphyrij in Christianam religionem libros, confutarunt *Methodius Episcopus Tyri, Euseb. & Apollinaris.* tunc etiam diuino zelo excitatus *Arnobius*, vixdum Catechumenus, pro veritate cœpit scribere. *Hieronym. addit ad Chron. Euseb.*

B

MARTYRES, HOC *circiter anno.*

C

RElIqua Nicomediæ gesta, & præsertim in Martyres, *vide apud Eusebium*, rei spectatorem, *lib. 8. cap. 6.* Vbi de Petro, Dorotheo, Gorgonio ex Imperatoris familia, de Anthimo Nicomediensi Episcopo detruncato, *de quo etiam Niceph. lib. 7. cap. 6.* de aliis Martyribus Nicomediæ, & in reliqua Bithynia, *Surius 2. Ianuarij, & 11. Maij, ac 24. Octobris.* Inter Palæstinæ Martyres numerat *Eusebius* Procopium, Alphæum, Zachæum, & Romanum. Romæ patiuntur Marcellus presbyter, & petrus Exorcista: *Surius 3. Iunij.* Ex Africanis Martyribus, Felix Episcopus Thebarensis, tandem Venusiæ in Apulia gladio cæsus est. *Surius 24. Octobris.* Proconsul tunc erat Annulinus, qui etiam sub Constantino aliquandiu ibidem permansit. Numerantur porrò Crispina, 5. Decembris: Iulius, Potamia, Crispinus, Martiana, 9. Ianuarii, Candida, 20. Octob. & alij, 22. Iunii. Fuit hæc Africæ Persecutio causa Schismatis postea, quando Episcopi aliqui parentes Edicto, de Codicum traditione, sciderunt Ecclesiam, inde dicti Traditores. Ad hunc annum refertur lapsus Marcellini Papæ, si verè accidit. Nam *Augustinus de vnico Baptismo contra Petilianum capite 16*, vult esse calumniam Petiliani. Certè Acta sunt deprauata. Vbi Libra Occidua denotat 72 testes; quòd illa Libra 72 solidos contineret.

D

303 | 8 Marcellini. | 20 Diocletiani. | Habet hic annus suam in definiendis annis Diocletianæis difficultatem. Diocletianus, *ex Zosimo, & alijs*, purpuram deposuit anno Imperij 20, ac ipso Consule 9, tamē in Fastis, ac apud plerosque Scriptores post trienniū legitur Consul 10. Aut ergo post depositam purpuram gessit Consulatum (quod absurdissimum putat *Scaliger in notis Euseb. & Canon.*) aut non deposuit purpuram, nisi post 10 Consulatum; quod repugnat receptæ omnium veterum ac Fastorum Chronologiæ. Sed quid si fateamur Consulatum honorarium, priuato homini, & post abdicatum Imperium concessum? Ego certè vt iam dicam, rem definio, quicquid *ex Victore* proferat *Scaliger*. | Diocletianus 8 & Maximianus 7. A

Ergo Diocletianus exeunte vltimo hoc Imperij anno, purpuram deposuit Nicomediæ, & Maximianus Mediolani, *Euseb. Chron. Zosimus.* consentiunt reliqui Scriptores. Erit verò vltimus annus, ille, qui complectitur finem anni 303, & principium anni Christi 304 vsque ad Martium, iuxta eiusdem Imperij initium, *de quo supra* 284. estque Imperij annus 20. & *ex Zosimo*, non decimi, sed noni Consulatus. ad quem tandem annum à Ludis Sæcularibus Scueri, seu Consulatu Libonis, malè numerauit *Zos. an.* 101, vt *ex Fastis*, & aliundè satis patet. Voluit fortè (aut certè debuit) dicere anno vno, non supra, sed infra 100. *Vide annum Christi* 206. Malè etiam *Victor* Diocletiano dat an. 25. quod *Scaliger in notis Eusebij, & in Canonibus*, interpretatur de annis Æræ Diocletianæ: quam vult per quadriennium cœpisse ante eius Imperium. Sed si rectè à nobis positum est Diocletiani initium, ægrè admodùm, siue *ex Victore*, siue aliundè efficiet *Scaliger*, vt decimus Consulatus Diocletiani (quod tamen maximè contendit) contigerit ante purpuram depositam: repugnatque hæc *Scaligeri* Chronologia, tum *Zosimo & Fastis*, tum veteribus *Scriptoribus* passim: quin nec suam illam coniecturam de diuersis Æræ & Imperii initiis satis firmat. ex eodem fonte est, quòd dixerit primum Persecutionis annum incidisse in annum 19, non quidem Imperij (vt nos tamen supra probauimus) sed illius Æræ. Rectiùs verò illi, qui cum *Zosimo*, & aliis ponunt nonum Cōsulatum; esse Imperij, & finem, & annum vigesimum exeuntem: quid quod idem *Scaliger de Emendatione libro* 5, initium Diocletiani posuerit anno Christi 284. idque sine discrimine Æræ ab Imperio. causam depositæ purpuræ, benè & prolixè Pomponius Lætus attigisse videtur, in Triumpho Diocletiani, vbi de Nemesi Dea. | B C

Hoc eodem Christi anno 303, & Diocletiano adhuc Consule, habita est Cyrthæ in Nicomedia, Cyrthensis Synodus, de causa Traditorum Episcoporum. de quo scelerato Traditorum conuentu, & Actis Synodi, rem diuino reseruantis iudicio; *lege Augustinum lib. 3 contra Cresc. cap. 26, & sequenti. & Optatum Mileui. lib. 1.* Martyres habes *ex Surio* 11 *Feb.* vbi refert Acta Proconsularia, sed à Donatistis corrupta: continentque in Mensurium Episcopum Carthaginensem & Catholicum, falsam criminationem. *Vide. Baron. Eusebius refert*, inter alios Timotheum Gazensem insignem Martyrem. sub hoc octauo Consulatu Diocletiani signata sunt Acta Synodi Sinuessanæ in causa Marcellini de Thurificatione. quæ Acta licèt ab aliquo Donatista videantur conficta & edita, post tempora Augustini: Antiquitatis tamē approbatio facit, ne debeant penitùs reijci, *inquit Baronius*. Florēt nūc Trebellius Pollio, & Vopiscus, *vt dixi To. 1. c. 20.* | D

304 | 1 Marcelli I. | 1 Maximiani & Constantij. | Hic est annus noni Consulatus Diocletiani; quo per per duos mēses inchoato, ille & Maximianus Herculius purpuram deposuerunt. Succedunt designati ab ipsis successores, Maximianus Galerius in Oriente Græcia, & Illyrico: & Constantius Chlorus | Diocletianus 9 et Maximianus 8.

in Occidente & Africa. *Euseb. Chron. Zosim. & Eutrop.* Constantius tamen concessit Galerio Africam, & Italiam, contentus Hispania, & Gallis. Diocletianus in villa Dalmatiæ, quæ non procul à Salonis est, præclaro otio senuit, *inquit Eutropius.*

Marcellinus Romæ coronatur martyrio, vna cum Claudio, Cyrino, & Antonino, 6 Kal. Maij; succedit Marcellus Papa, hoc quidem anno, sed quo mense incertum. Inter Martyres numerantur Soteris Virgo Romana nobilissima, 4 Non. Feb. de qua *Ambrosius exhortatione ad Virgines.* Agnes Virgo Romana, à *Prudentio, & Ambrosio* celebrata. Sed annus præcisè non ita certus est. Paulò post eam Emerentiana collactanea. (Constantius, qui fauebat Christianis, inter hæc aberat in Britannia.) Lycius Cæsareæ: *Euseb. lib. 8. cap. 14.* Vulpianus adolescens Tyri. *Euseb.* Agape, Chionia, & Irene. *Metaphrast. 1 April.* Demetrius ex Proconsule Christianus, & Martyr. *Acta.* Iulitta, de qua *Basilius, Oratione in eam.* idem scripsit de martyrio Gordij Centurionis, & Barlaham. item Dorothea virgo Cæsariensis, & Theophilus Aduocatus. *Surius 6 Febr.* B

305. | 2. Marcelli 1. | 2. Maximiani, & Constantij. | Constantius, & Galerius 5. A

Constantinus, qui, *vt ait Aurelius Victor*, specie religionis tenebatur obses à Galerio, relicto Galerio regreditur ad patrem. *Zosimus*: post superatum in singulari certamine Barbarorum Ducem (gerebatur bellum contra Sarmatas) cui periculo putatur expositus à Galerio, vt sic interiret.

Quartus hic annus est persecutionis: saltem iniens, quæ retinuit nomen Diocletianeæ persecutionis, etiam abdicato Imperio. Inter Martyres sunt, qui sequuntur. sub Timotheo Proconsule in Campania, Ianuarius Beneuentanus Episcopus, ad cuius corpus Neapoli adhuc durat perenne miraculum sanguinis, qui ex concreto liquescit, si apponatur capiti. item Sosius, Proculus, Eutyches, & Acutius. *Acta.* de Agapio *Euseb. lib. 8. c. 16.* Passus est & Bonifacius Procuraror Aglaidis nobilissimæ fœminæ Christianæ. *Acta.* Item Pelagia virgo, Cyrenia, & Iuliana. *Acta.* & Iulitta cũ Quirico infantulo. *Surius 16 Ian.* Theonas & Sozo. *Acta.* B

Synodi aliquot decernunt Lapsos non omnes vbique, & sine discrimine recipiendos. Tunc quoque hac in causa & ne solueretur Ecclesiastica disciplina, editi sunt illi Canones Petri Alexãdrini Episcopi, qui sunt *apud Balsamonem, & Tom. 7 Bibliot. SS. PP.* & Eliberinum in Bætica Hispani habitum Consilium: cui interfuerunt Magnus ille Hosius Cordubensis, & Valerius Cæsar Augustanus. cuius tamen Consilij seueritatem excusat *Innocent. Papa, epist. ad Exuperium.* licet non exprimat nomen Consilii. de Theodosia Virgine & Martyre, *Euseb. lib 8. c. 17.*

306. | 3. Marcelli 1 | 1. Constantini I. Magni. | Constantius & Galerius 6. A

Quintus hic annus persecutionis est, & insignem habet Principum mutationem: nam Galerius Maximianus, existimans se tot Prouinciis regendis non sufficere, creat duos nepotes Cæsares, Galerium Valerium Maximinum, sororis filium, (quæ nominum similitudo fefellit non rarò pleroſque) cui datur administratio Orientis: & Seuerum, quẽ præfecit Italiæ. Acta sunt hæc 1 Mart. interim moritur Constantius Eboraci in Britannia, 8 Kal. August. *Socrat. lib. 1 c. 1. Euseb. l. 1 vitæ Constantini, c. 11.* & opportunè nunc appulit eò Constantinus filius. Vbi à patre relinquitur hæres Imperii. *Euseb. citatus.* Ergò Constantinus filius natu maior, & ex Helena quidẽ proles vnica, capessit Imperium, an. ætatis 31. *ex Socr.* Olymp. 271. an. 1 ineunte, & appetente Augusto mense, Galerio 6 Cos. idque tam ex patris testamento, vt aliqui referũt authores: quãm votis exercitus, *ex Zosimo & Victore.* B

Constantinus matrem Helenam non ex Bithynia, *vt putat Nicepho.* sed ex Britannia habuit, *vt ait Gallicanus Orator*, Britannias, *inquit Panegyr.* nobiles fecit orien-

do. nempe quo tempore Constantius missus fuit ab Aureliano Imperatore in Britanniam cũ exercitu, pacatis an. 273, Galliis. Ea verò vxor vere erat, *vt rectè ostendunt Scaliger in Euseb. & hic Baron.* Stabularia autem dicta est, quòd hospitis, licet nobilis, in Britannia esset filia. Constantino fratres fuêre ex Theodora nouerca Gallus, Iulianus, Dalmatius, & Annibalianus *(aliter Pomp. Læt.)* quibus tamen pater prætulit Constantinum: quamuis dum Cæsar crearetur, coactus fuerit repudiare Helenam, ducturus Theodoram filiam Maximiani Herculij. *Eutrop. lib. 9. Victor in Dioclet.*

Cum Romæ auditum est, Constantinum imperare, Maxentius Maximiani Herculij filius, *ex Zosimo*, vel gener, *ex nummo nuper inuento apud Baro.* inuadit Imperium, fauore Prætorianorum militum 7. Kal. Octob. *Zosim. lib. 2. Victor in Maximiano.* studet autem simulatione auocare Christianos à Constantino. *Euseb. lib. 8. c. 16.* Itaque tres hoc anno Imperium habuit Augustos. *ex Eutropio, Eusebio, Victore, Socrate, Sozomeno, & Cassiodoro.* C

Inter hæc, dum aliquantulum cessat persecutio (*Euseb. lib. 8. c. 25*) electo Cæciliano Episcopo Carthaginensi, in locum Mensurij, ortum est indè Schisma, quod postea à Donato nomen accepit, instigante Lucilla: quod mirè Africam vexauit. nam ex aduerso Schismatici Maiorinum Episcopum Carthaginensem creant, coacta Synodo 70 Episcoporum, quæ damnauit Cæcilianum. hi Ordinatores, fuerunt ex numero Traditorum, in Synodo Cyrthensi. *Optatus contra Parmen. & Augustinus contra eundem cap. 3.* Meletius Licopolis in Ægypto Episcopus, abdicatus ea dignitate à Petro Alexandrino Episcopo, facit Schisma. Vnde Meletiani. *Athanasius Apologia 2. & Socrates lib. 1. cap. 3.* in hac historia deceptus est *Epiphanius.*

307. | 4. Marcelli. I. | 2. Constantini 1. Magni. | *Constantinus & Maximianus Hercul. 9.* A

Habet hic annus cladem Seueri Cæsaris, qui perijt apud Rauennam. *Eutrop. & Hieron. in Chron.* de mortis genere & modo variant historici. Scribit tamen *Zosim. lib. 2*, perijsse insidijs Maximiani Herculij: qui, *inquit*, de Maxentio filio sollicitus, in quem à Galerio missus est Seuerus, perfidè Rauenna extraxit Seuerum, & necandum curauit à Maxentij militibus, dum Romam iret. *Victor*, si rectè designat locum mortis tres Tabernas, saltem non illas in via Appia, sed alias in agro Rauennate debuit designasse.

Galerius Maximianus mortuo Seuero creat Licinium Cæsarem. *Eutrop. lib. 10. Zosim. lib. 2. & ex nummis refert Scaliger ad Euseb.* Interim Herculius Maximianus solicitat Diocletianum ad resumendum Imperium, sed reiicitur. Constantin. in Galliis vicit Francos & Alemannos, captis eorum regibus, quos *ex Eutrop.* bestiis obiecit. *Victor, Nazar. Paneg. 3.* hi sub mortem Constantij cœperunt incursionibus Gallias vexare, duce Astarico rege, *inquit Paneg.* Constantinus anno sequente Germaniam inuadit. Maximianus Herculius, velut eiectus à filio Maxentio, adit Constant. cui struit insidias: ad quas tegendas Faustæ filiæ opera vtitur, quam ei dederat vxorem, quãdo & nomen Augusti accepit: eo vsque contentus titulo Cæsaris, licèt milites Augustum ante acclamassent. *ita Paneg.* prius duxerat Constantinus Mineruinam, ex qua Crispum susceperat. *Panegyr.* Sed his tandem Herculii insidiis à Fausta detectis, anno ferè sequenti fugit ille Massiliã, & persequente Constantino periit, vel laqueo, *ex Paneg.* vel mersus, *ex Zosimo.* B

Hoc tẽpore in Oriẽtali Ecclesia annus sextus agebatur persecutionis, multiq; Martyres claruerũt in Thebaide, & alibi in Ægyp. ex his Mẽnas, & Hermogenes. *Surius 10 Decẽb.* in Palestina Antonius, Germanus, & alii. *Eus. li. 8. c. 18. 19.* & describẽs (*cap. 27*) vitia

Maxentij Romæ, ac Maximini in Oriente & Ægypto, facit mẽtionem virginis, martyrio & prudentia insignis, quam Catharinã esse recte conijcit *Baron.* & quã Ruffinus *lib.* 8. *c.* 7, Dorotheã vocauit. sed haud valdè constat de anno horum Martyrum, & in Acta eorum, aliqua irrepserunt minus plerisque probata.

308. | 3. *Marcelli I.* | 3. *Constantini I. Magni.*

Hic annus est, qui notatur decimo Consulatu Diocletiani, *de quo supra an.* 303. Constantinus (vt pluribus placet) ducto vltra Rhenum exercitu, Bructeros, & finitimas Rheno Prouincias, ingenti clade affecit. *Panegyr.* atque iuxta Coloniam Agrippinam pontem Rheno imposuit. Eodem anno Maxentius misit in Africam exercitum, contra Alexandrinum rebellantem. *Zosim.* quod indicat accidisse post Maximiani mortem, *de qua an.* 307.

Diocletianus 10. & Galerius 7. A

MARTYRES.

HOc circiter anno, qui est persecutionis septimus, numeratur inter Martyres Pãphilus Presbyter Cæsarienſis doctissimus, vir sanctus, in Palæstina sub Firmiliano Præside. *Euseb. li* 8. *c.* 20 *&* 21. *Hiero. in Catalogo.* item passa est Aquilina annorum 12, die 13 Iunij. Fortunata, & Procopius quidam. *Niceph. lib.* 7 *cap.* 15. Maxentius Romæ grassatur in omnium facultates. *Panegyr.* Stephano Episcopo Laodicensi deserenti fidem, succedit Theodatus. *Euseb. lib.* 7. *cap. vltimo* In Illyrico Quirinus Episcopus fit Martyr. *Euseb. Chron.* & Vrsicius, sub Aristide Præside. Laodicææ passi sunt Tholus, Trophimus, & Artymon Presbyter. *Martyrol. Rom.* 11 *Martij, & octauo Octobris.* Spoleti Felix, Sirmij Irenæus Episcopus. Et in eadem Prouincia Drisipare Alexander. *Martyrol.* apud Græcos Maximus, Quintilianus, & Dada. item Theodatus, Oceanus, Ammianus, & Iulianus, Charitatinæ. *Euseb.* accessere Longinus, Leontius, Neon, & alij Martyres. Marcellus Papa Romæ damnatur ad catabulum, id est, ad stabulum vel iumentorum, vel publicorum equorum. Extant Marcelli Epistolæ. In Africa Donatistæ cogunt Concilium 270 Episc. in Cæcilianum. *de quo Augusti. Epist.* 48 *ad Vincentium.*

B

C

Vacat hic annus Consulibus, tyrannicè dominante Maxentio Romæ: proindè notatur post Consulatum Diocletiani 10. sicut sequens annus notatur post eundem Consulatum secundus. Si *Victori* creditur, obijt hoc anno in Dacia Galerius Maximianus, scilicet sexto anno à Diocletiani abdicatione, saltem inchoato. Nos tamen eius obitum, cum pluribus *historicis*, receptioribus *Fastis*, ac *Onuphrio*, sine magno detrimento possumus reijcere in annum Christi 311. quo etiã Consulatum ponitur gessisse. Cæterùm hic Galerius dictus est Armentarius; vt sic vites hanc nominum confusionẽ, apud authores valde frequentem, in his Imperatorum nominibus. dictus est & Iouius à plerisque: sicut & Diocletianus.

1.

309 | *Eusebij.* | 4. *Constantini I. Magni.*

Post Diocletiani 10. & Galerij 7. A

Marcellus Papa, post constitutum nouum cemeterium in via Salaria, & 25 titulos in Vrbe erectos, quasi Diœceses, ad sepulturas, baptismum, & pœnitentiam conuersorum ad fidem: tandem retractus in stabulum à Maxentio, moritur amictus cilicio, 17 Kal. Febr. *lege Sur.* 16 *Feb.* succedit Eusebius Græcus 5 Februar. Seditio militum & populi Romæ concitata ex incendio templi Fortunæ sedatur à Maxentio. *Zosimus.* Sophroniam matronam Romanam, & Christianas fœminas plures recensет Baronius, quæ ne dispendium pudicitiæ paterentur, mortem sibi consciscunt. *lege*

B

Ambrosium lib. 3. de Virginitate. Euseb. lib. 4. cap. 24. Excusantur ab *Augustino lib. 1. de Ciuitate cap. 21 & 26.* Martyres huius anni *lege apud Eusebium lib. 8. cap. 22.* in quibus Peleus, Nilus, Patermythius, Siluanus Gazæ Episcopus; & in Ægypto, Ioannes Cæcus, incredibilis memoriæ. Vide alios *apud Euseb. citatum cap.* 23, & de Euphrasiæ dolo, quo consecuta est martyrium, *vide Nicephorum lib. 7. cap. 23.*

1. *Eusebij.*

310. | 2. *Eusebij.* | 5. *Constantini I. Magni.*

Notatur hic annus in Fastis post Consulatum Diocletiani secundus. Estque Persecutionis nonus. *Agathias, & Nicephorus lib. 7. cap. 20,* notant ad hunc annum, initium regni Saporis Persarum regis, qui & posthumus fuit, & primo die natiuitatis suæ rex creatus: vixitque in illo imperio annis 70, licet *Zonaras* aliquantulum rem aliter narret.

Annus 2 post Consul. Diocletiani 10. A

Patitur nunc martyrium Petrus Alexandinus Episcopus. *Eus. lib. 7. c. vlt. & lib. 9. c. 5.* Acta recenset *Surius 25 Nouembris.* quorum aliqua corripit hic *Baronius*: præsertim de anathemate dicto in Arrium, qui nõ fuit ob hæresim à Petro excommunicatus, sed ob Schisma cum Meletio, licèt postea etiam ob hæresim, idque ab Alexandro, *ex Athanasio, Oratione prima contra Arianos.* Scripsit Canones de Lapsis, Indicem Persecutionis, & fragmentum de diuinitate. *Vide Concilium Chalcedonense, actione prima.* Successit Petro Achillas. *de quo Euseb. lib. 7. c. vlt.* non verò Alexander, vt malè *Epiph. hær. 68 ex commento Meletianorum.*

Achillas nimia facilitate Arrium ad communionem recepit, auxitque Presbyterio. *Sozom. lib. 1. cap. 14.* Sed forte, vt à Meletio eum auocaret. tempus quo sedit. Achillas vix annum excessit, vt rectiùs hic *Baronius*, quicquid alij dicant. Quæ hoc anno nono Persecutionis gesserit S. Antonius, martyrij cupidus, *scripsit Athanasius in eius vita.* de Potamenia virgine in lebetem missa, *Pallad. in Laus. seu de vitis SS. PP. ad Lausum c. 1.* (de Potamiena antea passa 28 Iunij sub Seuero, *agit Euseb. lib. 6. c. 4*) alios *Euseb.* recenset *lib. 8. c. 21. & 26.* Philemõ Ethnicus accepto pretio, simulans se Apolloniũ Lectorẽ (qui tormenta expauescens latebat) Diis immolans; & tandẽ conuersus, euasit Martyr: denique eius exemplo Apollonius. *Surius 14 Nouembris.*

B

311. | 3. *Eusebij* | 6. *Constantini I. Magni.*

Galerius Maximianus sine collega. A

Annus hic decimus & vltimus est persecutionis Diocletianæ. *Euseb. lib. 8. c. 26.* Galerij collegam in Consulatu aliqui ponunt Licinium: nec desunt qui legant Maximinum Consulem, pro Maximiano: nempe qui volunt cum *Victore*, Maximianum obiisse anno 309. tamen huc vsque eum vixisse plures sentiunt. quatuor iam Augusti supererant: Constantinus in Gallia, Maxentius in Italia & Africa, Maximinus in Oriente, & Licinius in Pannoniis, cum Græcia, Dalmatia, Mœsia, Dacia, & Thracia. *Euseb. Socr. Eutr. Zosi.* Hic idem annus est, cui debentur quinquennalia Constantini.

Lucianus Antiochenus Presbyter, doctrina & sanctitate cõspicuus, nunc patitur martyrium. *Euseb. lib. 8. c. 28. & lib. 9. c. 5. Hieron.* ponit sub Maximino: *Athanasius* verò *in Synopsi, in fine*, sub Maximiano. Sed de hac nominũ cõfusione, iam dixi. hic Lucianus sacram Scripturam valde adulteratã, restituit ex lingua Hebraica. *Hieron. in Luciano: & Epistola 107. & 133.* quæ editio dicta est Lucianea, frequens in vsu apud Orientales. scripsit etiam libellos de fide. Vbi dum in Sabellium acrius inuehitur, creditur Arrio materiam dedisse. Vnde tanto authore gloriabatur Arrius. ex quo factum est, vt aliqui Patres conclamauerint in Lucianum: tamen libelli illi eius, Catholici sunt; & author defenditur ab *Athanasio in Synopsi in fine.* Luciani verò discipuli, degeneres fuêre, & Ariani euaserunt. *ex Nicephoro lib. 8. cap. 31.*

B

MARTYRES CIRCA hæc tempora.

MArtyres, qui hac decennali persecutione passi sunt, & tamen annus est incertus, notantur à *Baronio* hoc anno Christi. In his præcipui fuêre, Iuliana Africani filia, Cyprianus olim magus, Iustina, Pantaleõ medicus, Pãcharius, Pastor, Victorinus, Hermolaus Presbiter, Hermippus, Anicetus, Agatonicus, Adrianus, omnes Nicomediæ passi. In Bithynia verò Euphemia, Sostenes, Menodora cum sociis. Niceæ, Cyrilla virgo. Byzantij, Eleutherius, & Mutius. Hadrianopoli, Maximus, Theodorus, Asclepiodorus. In Hellesponto Fausta, Eutropius, Basilius, Cleonicus, Sicinnius. De Agapeto Synnadorũ Episcopo, *vide* Martyrol. 14 Martij. Sebastæ in Armenia, Acatius Presbiter, Athenogenes Episcopus, cum sociis. In eadem prouincia, Oruntius, Pharnacius, Firminus, Cyriacus, & Benignus. Melitinæ, Hiero, Nicander cum socijs, Eudoxius, Zeno, Macarius, ibidem etiam Victor & Donatus. In Arabisso, Cæsarius pater Eudoxij sceleratissimi Arriani, *ex Suida*. In superiori Armenia, Lipsimes cum sociis Virginibus 33. *lege Surium* 30 *Septemb.* & in Actis Gregorij, postea ibidem Episcopi. In Mesopotamia, Febronia virgo insignis. *Metaphrastes* 15 *Iunii*. C

Eusebius lib. 8. *c.* 2. *& alibi*, scribit pacem Orientali Ecclesiæ concessam nunc à Maximino. Vbi *Baronius* Maximianum legendum putat. Certè post sex menses, mortuo tunc fortè Maximiano, (nam *ex Onuphrio* obijt circa Septembr.) Maximinus iterùm vexare cœpit Ecclesiam. *Euseb. lib.* 9. *c.* 1. Achillas Episcopus Alexandrinus moritur: succedit Alexander. sub cuius Episcopatus initium, accidit quod de Athanasio puero, qui ludens Cathecumenos baptizauit, *narrat Ruffinus lib.* 1. *c.* 14. Erat tunc Athanasius 12 annorum. nam post quindecim annos factus est Episcopus, hoc est, anno insequenti post Conciliũ Nicænum. Timotheus, veniens Romam, à Syluestro Presbytero exceptus hospitio, breui fit Martyr, ibidem, *ex Actis Syluestri*. Interim obijt Euseb. Papa mense 7 anni tertij, vt non malè videtur colligere Baronius *ex Cresconiano Indice*. hunc Papam & Marcellum non agnoscit *Theodoret. lib.* 1. *c.* 3. agnoscit tamen *Augustinus Epistola* 165. Successit Melchiades Papa, natione Afer. D

	1. *Melchiades.*		
312.	2. *Melchiadis.*	7. *Constantini I. Magni.*	*Constantinus & Licinius 2.* A

Hic annus Constantino & Licinio 2 Coss. illuxit Ecclesiæ felicissimus: nam Maximinus in Oriente, cladibus belli & pestis consternatus, pacem dedit Christianis. *Euseb. lib.* 9. *c.* 7. & in Occidente Maxentius victus à Constantino occubuit, lapsus è ponte in Tiberim, amissâ victoriâ: quando nec pacem oblatam, nec Imperij collegam admittere voluit. Euocauerat Senatus Constantinum literis suis in Maxentium. Ergo Constantinus in itinere è Gallia, captis vrbibus Susa (quæ olim Segusio est dicta) Taurino, Verona, sæpeque victis hostibus, tandem Romæ plena hac potitur victoria. *Socrat. Euseb. Sozom. Eutrop.* causæ belli huius cum Maxentio sunt *apud Nazarium in Panegyr. Constantini*. De Constantini deliberatione circa Vrbis liberationem, & Dei cultu, deque signo Crucis, *Euseb. in vita lib.* 1. *cap.* 20. 21. 22. & 23. de Cruce Labarum ornante, *cap.* 24. 25. 26. de Triumpho Constantini, multa *Baronius*. Nunc etiam Constantinus Edicta

promulgauit pro Christianis, & bonorum restitutione. *Euseb. lib* 10. *cap.* 1. & de Clericorum immunitate, *c.* 7. Cæcilianum Africæ Episcopum iuuat pecunijs, *ibid. c.* 6. Melchiadi summo Põtifici & successoribus, dono dedit regiam domum hoc est, Palatium, non quidem illud in monte Palatino; sed ædes Faustæ filiæ Maximiani Herculij, quas occiso Plantio Laterano, sibi Nero vendicauit, & post Neronem Imperiales manserunt. *Vide annum* 67, dictæ tamen Lateranenses, retento antiquissimæ familiæ Lateranensis nomine. Hanc ædium donationem *testatur Optatus Mileuitanus, lib.* 1 *contra Parmen.* qui scribit Consilium illud Romanum sequentis anni, Constantino 3 Consule, habitum fuisse in Laterano, in ædibus Faustæ: certè quòd ibi esset iam Sedes Romanorum Pontificum. & hoc ipsum ex continuata possessione clarè apparet. præsertim cùm a nullo alio legatur facta hæc donatio. De Constantini Pontificatu maximo assumpto, *Zosimus lib.* 4. idq; docent veteres inscriptiones. hanc stolam, non ad gentilem ritum, sed ob dignitatem nominis retinuerunt Christiani Imperatores, vsque ad 4 annum Gratiani. qui eam primus deposuit, laudatus ideò *ab Ambrosio*. Interhæc, mortuo Tyranno Episcopo Antiocheno, successit Vitalis. *Theodoret. lib.* 1. *c.* 3. *& Hieronym. in Chron.* Hierosolymis Hermoni subrogatur Macarius, *ex Theodoreto citato*. Sed hunc annum etiam celebrem reddit Indictionum origo, quam hic, vt sequens docet narratio, probabiliter locamus.

B

DE INDICTIONE.

Indictionum nomen.

INdictio, nomen accipere potuit, *ab indictione ludorum Panegyricorum, vel etiam largitione tunc visitata quando inter alias Principum liberalitates in Quinquennalibus, Enceniis, aut alia simili occasione remittebantur tributa. Imò & residua debitorum, & custodiæ carcerum laxabantur.* Lege Eusebium de Vicennalibus Diocletiani, & de Quinquennalibus Constantini Magni. *Hinc Græcis Indictio ἀνακαινισις est appellata, quæ vox significare potest largitionem in editione spectaculi solitam fieri. Atque hinc iam fieri potuit, vt ex horum ludorum editione peteretur ratio putandi tempora, verbi gratia, interuallum inter Quinquennalia & Vicennalia, distincta largitionibus ac ludis (quod interuallum est* 15 *annorum) deputaretur temporibus, & annis designandis. Nec certè inutile est hoc inuentum, aut ineptum ad illum finem, solum debuerant Imperatores tunc notasse, non solùm indictionis currentis annum, sed etiam quota esset excurrens indictio, vt mos erat in Olympiade numeranda. cum enim dicitur communiter indictione* 5, *indictione* 6, *solùm notatur esse quintum vel sextum annum currentis Indictionis. Nec indè constat quota sit ipsa quindennalis Indictio. Cæterum Imperatoriæ indictiones, sunt, vt dicam, distinctæ à Pontificijs, atque hæc de nomine.*

C

Quo sæculo institutæ.

Præcipua iam circa Indictiones difficultas, 3 vel 4 capita complectitur: quo sæculo cœperint? quo anno illius sæculi? & quam suæ institutionis atque originis causam habuerint? Denique quando desierint celebrari, & qua arte deprehendatur Indictionum numerus. Ac primùm quod spectat ad sæculum, quo sũt institutæ Indictiones, magna est controuersia. Scaliger in Canonibus, & anno Eusebian. 2194. & 1969, *opinatur cœpisse Antiochenam indictionem*

D

nem circa annum pugnæ Pharsalicæ, in qua vicit Cæsar: omnesque alias indictiones ab Antiochena deriuatas, & (cum Euagrio) Iustinianum, à Iustino seniore assumptum fuisse socium Imperij, anno 575 ab inchoata illa indictione Antiochena. qui assumptus est anno Christi 527. ita ille. &, ne rem nouam confinxisse videatur, tam altè repetendo Indictionum originem, numerat continuatam quasi seriem Indictionum. Sunt autem hæ, Antiochena, Adrianea, Antoniana, Pia, Aurelia, & Constantiniana. Rursus à prima ad Aureliam, numerat 15 indictiones, seu annos 225. idem author, anno Euseb. 1969 numerat ab indictione Antiochena, ad Constantinianam primam, 360. Sicut ab illa Antiochena ad Christum putat esse annos 48. quæ omnia prolixius hic recenseo, vt vel ipsa narratione refutetur, & concidat hæc sententia de origine Indictionum. Et certè multa sunt in hac opinione creditu difficilia, si ponamus quod ponit idem Scaliger anno Euseb. 1969 (& quod verum puto) Epocham Antiochenam (quæ tempora Cæsariana aliqui vocant, & Scaliger indictionem Antiochenam) cæpisse breui post pugnam Pharsalicam, qua Pompeium vicit Cæsar, seu annis sex ante Consulatum Planci & Lepidi: vt idem fatetur Scaliger. iacto, inquam, hoc fundamento, apparebit ex annis Chronologiæ, tam Romanæ, quàm Græcæ, peccatum hic esse in multis. Ac primo, quod ex Euagrio affertur, ab illa Epocha Antiochena ineunte, vsque ad Iustiniani annum primum, esse annos 575, verum non est. Nam ab ipsa acie Pharsalica, quam ponimus anno Mundi 3956, vsque ad annum Christi 527 quo cœpit regnare Iustinianus, tantum sunt anni 571. Rursus ab acie Pharsalica, seu Epocha Antiochena, (quam ille indictionem vocauit) vsque ad Christum, sunt anni 45, non autem 48. Denique ab illa prima indictione Scaligeri, vsque ad Constantinianam indictionem, malè ponuntur anni 360, rectius fortè dixisset esse 316, sic enim resultaret annus Mundi 4312, & Christi annus 312, quo ipsemet Scaliger accidisse fatetur Constantinianam indictionem. Quod sic explico. Sunt ab illa Epocha Antiochena ad Christum, anni 45. inde verò ad Encenia Constantini, sunt anni 306. ac demùm sunt quinque anni vsque ad Quinquennalia, quando inchoata dicitur & supponitur prima indictio Constantiniana. Atque hæc de ratione temporis malè subducta, iuxta hanc allatam sententiam. Quàm verò rectè initium primum indictionum repetat eadem opinio à Cæsarianis illis temporibus, mox dicetur.

Alia ergo opinio est eaque multorũ, ac inter recentiores est Baronij, anno Christi 312, qui ponunt nullam factam mentionem aut institutionem Indictionum ante seculum, & tempora Constantini, siue Imperatorias intelligas Indictiones, siue Pontificias. Quæstio hæc de seculo, quo cœperunt Indictiones, multorum exercuit ingenia. Verùm totam hanc controuersiam debere sic componi existimo. Si quæcumque Epocha (quod esset abuti nomine) vel etiam quæcumque ἐπινέμησις aut largitio Imperatoria solemnis, habenda est pro indictione, certùm est tales indictiones longè ante Constantinum fuisse in vsu, & tales quidem sub citatis Imperatoribus non malè Scaliger accidisse dixit. At verò probare debuit, ea largitionum tempora, constanter fuisse in vsu, & instituta ad annos putãdos, quod certè ille nõ præstitit, nec præstare potuit: cùm nullum certum huiusmodi Imperatoriæ indictionis, ad tempora colligenda iustitutæ, habeatur vestigium ante Quinquennalia Constantini. Oportet autem (quod iam insinuaui) distinguere Imperatorias Indictiones ad Septẽbrem inchoatas, à Pontificijs, quæ tandem incœperunt mense Ianuario. Obseruat tamen Scaliger, solas illas in Gregorij Magni Epistolis Indictiones notatas, initiũ sumere à Septẽbri. Hîc aliqui addunt Syriacam indictionem, quam Antiochenam forte intelligunt, de qua hactenus: & Euagrius χρηματισμὸν τῆς Ἀντιοχείας

appellat. Stat ergo veras indictiones quales nunc tractamus, non cœpisse ante tempora Constantini.

Quo anno cœperint.

Restat iam altera quæstio, quo præcisè anno cœperint Indictiones. Onuphrius putat primam Indictionem sub Constantino, inchoatam eo die, quo Maxentium vicit, 8 Kal. Octobr. idem sequitur Mercator anno Christi 311. in cuius, inquit, victoriæ memoriam proxima Nicæna Synodo, sequente anno 20 Constantini constitutæ sunt Indictiones. Et primum earum initium ad huius victoriæ diem, octauo Kal. Octobr. statutũ. hoc refutauit Baronius, quòd nullo authore probetur: refutauit & Scaliger lib. 5 de Emendatione, quòd Onuphrius male conijciat initium Indictionum istarum in annum Christi 313. cùm contigerit Constantino & Licinio secundum Coss. Aliera de hoc initio sententia est ipsius Scaligeri. Iam quidem ille dixit, indictiones alias fuisse in vsu ante hæc tempora: tamen illas Constantinianas fuisse institutas anno Christi 312. Propendent & alij in eundem annum, vt Baronius, & recentiores alij non pauci, quæ certè recipienda videtur. & præsertim, quia in Græcis Fastis, & Siculis id expressè citatum habetur, scilicet inchoatas Constantino & Licinio secundum Coss. Hi autem Consules notantur ad annum Christi 312. Adde, apud externos Principes non extare memoriam verarum Indictionum, ante hoc tempus, apud Ecclesiasticos verò, prima earum mentio fit in Concilio Romano sub Iulio, qui breui post Syluestrum successit Marco, & apud Ambrosium Epistola ad Episcopos Æmiliæ.

De vero Constantini initio.

Verùm adhuc cõtrouersia est inter huius opinionis authores, de ritè cõponẽda hac Indictionũ origine, cũ reliquis Constãtini annis. Scalig. notat, Constantinum cœpisse imperare anno Christi 308, vel, vt posteà ad Eusebium correxit anno 307, & tamen Quinquennalia Constantini celebrata anno Christi 312, quo scilicet institutæ sunt Indictiones. anno verò Constantini 28, vel 27, & Christi anno 327 celebrata oportet esse Vicennalia. Displicet alijs hæc ratio temporis, quare Baronius reiicit Quinquennalia ad Christi annum 310, & Vicennalia ad annum 325, qui fuit annus Concilij Nicæni receptus, & Constantini vigesimus, ex hoc principio, quod Constantinus cœperit imperare anno Christi 306. tamen Eusebius in Chron. bis ait celebrata Vicennalia; primum Nicomediæ & sequenti anno Romæ. Existimo ergo rectè quidem designari exordio Constantini annum Christi 306. cœpit enim imperare ineunte anno primo Olympiadis 271, vbi sunt anni 1080, qui additi ad annum Mundi 3227, ad quem cœpit prima Olympias, efficiunt annum 4307, qui est Christi annus 306. natus enim est, completo ferè anno 4001. Ex quibus iam apparet celebrata Quinquennalia Constantini anno Christi 311. & sic tantũ 312 anno firmatas indictiones, annũque primum primæ Indictionis occupasse Christi annum 313. atque hinc iam sequitur Vicennalia fuisse quidem in procinctu, anno Concilij Nicæni, qui est Christi 325, sed peracta tantùm anno sequenti, scilicet 326 saltem Romæ, si admittenda est illa Eusebii distinctio, quam citaui ex Chronico. Et hoc ipsum satis indicat idem Eusebius in vita Constant. lib. 3. cap. 4 & 5. cùm dicit, in ea Vicennalium celebritate, completum fuisse vigesimum annum Constantini, & rursus libro 4. c. 40, ferè, inquit, vigesimo anno, hoc est, circiter, creatus est Cæsar Constantius filius. creatum autem dicit in ea celebritate.

Mensis.

Atque hæc de anno primo indictionum. Mensis quo decreta est hæc indictionum ratio, dari potest September anni 312, Pontifices tamen indictiones, vt dixi, suas post aliquot annos à Kal. Ian. exorsi sunt. quod etiam datum anno Iuliano initium testatur, Censorinus. vide an. 751.

Nec plura de indictionum origine in præsentia. quam attigisse hic oportet, tanquam characterem in ratione temporum disquirenda non

H

I

K

inutilem: addo etiam fortè vtiliorem, quàm qui ex Cyclorum ordine, & cœlestium characterum Canone Scaligerano desumitur. Quamquam, nec huius nouæ methodi vsum damno, dummodò huic characterismo, non plus quàm oportet tribuatur. valet enim, siue ad annorum fracturas discutiendas, præsertim ob inæqualia epocharum initia nascentes, (si quis perpetuus in his minutiis esse desiderat) siue vt interdùm expendas, an historiæ conditor, vel temporis emendator cohærentia loquatur. Quò factum est, vt noua hæc methodus, apud nostri seculi criticos, magno sit in honore, & ambitiosè captetur. Sed reuera hæc ipsa etiam aliundè quàm per cyclometriam hanc, probè dignosci possunt, & vt alias monui, nec sola est hæc, nec præcipua emendandi temporis ratio. Alioqui fateri oporteret, (vt sentit, & loquitur Scaliger) tantùm ariolari & diuinare veteres omnes patres & scriptores, qui cœlesti hoc & nouo canone non sunt vsi. quin potius vt ego existimo, in multis peccare necesse est eum, qui posthabitis aliis præsidiis, velit ad hanc regulam, tanquam ad Lydium lapidem, omnia pertinaciter examinata definire. quod de anno & feria patientis Christi, aliisque similibus, quæ suo loco commemoraui, satis vt puto ostendunt.

QVA OCCASSIONE COEPERINT INDICTIONES, & quando desierint celebrari.

Ausam originis & institutionis huius, quilibet quam aptiorem ex multis iudicat, afferre poterit. L *Parùm istud refert scire, cum inuentum hoc ex hominum placito nascatur, & ex varijs occasionibus potuerit quis Principi suggerere, vt talem hanc, nouamque institueret rationem putãdi tempora. Illa Scaligeri de Quindennio Largitionum, si constaret cum Imperatorum rebus gestis posset admitti, à tempore, inquam, Constantini. nam quas ille anteâ excogitatas dedit indictiones, iam reiecimus. Sed nihil est necesse de re tam incerta amplius diuinare.*

Iam verò si quæras, quando desierint celebrari Indictiones? cœpisse quidem eas constat tunc sub Constantino, quando desijt Olympiadum computatio: vt dixi Tomo primo ad annum Mundi 3227. At verò quando ab Imperatorum rescriptis reiectæ sint, non ita compertum est. Certè Pontificiæ Indictiones adhuc in magno vsu sunt: quamuis ne illæ quidem quota sit Indictio designent, sed solùm quis sit annus excurrentis Indictionis.

Illud postremum erat, de inueniendo excurrentis Indictionis anno. sic autem reperitur. ab annis Christi quibuscumque datis aufer annos 312 (quando dixi inchoatas Indictiones) deindè à residuo tolle 15 quoties poteris, numerus remanens erit annus Indictionis currentis: verbi gratia, ab anno excurrente 1612; aufer 312. restant 1300, indè verò quoties poteris sublatis 15, restabunt decem anni, pro Indictione currẽte Pontificia, numeranda à Ianuario. vel sic, datis quibuscumque annis Domini, adijce illis 3, & totum numerum illinc resultantem, diuide per 15. numerus ex diuisione resultans residuus, erit Indictio quæsita: aut certè, si nihil supersit, signum erit Indictionem quæsitam esse 15. M

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
313.	3. Melchiadis.	8. Constantini I. Magni.	Constantinus nunc vnà cum Licinio Consulatum gerens, reddidit pacatum Imperium. *Gallicanus in Panegyr.* Nam sublatis Prætorianis militibus, & dirutis eorum castris, Licinio Mediolanum vocato, licet Ethnico, vxorem dat sororem suam Constantiam Christianam: quibus peractis, Licinius statim coactus est redire in Orientem, vbi Maximinum Licinij Prouincias inuadentem, repulit tandem ac vicit. *Zosimus*, Zonaras, *Eus. Eutrop. Socrates, Aurelius Vict.* Cõstantinus verò ad Germanos rebellantes properat, eosque subigit. *Zosimus lib.* 2. Edicta Imperatorum, pro Christianis, *apud Eusebium sunt lib.* 9 *cap.* 8. *& lib.* 10. *c.* 5. Imò & Maximini, *eodem capite octauo. author est Aurelius Victor in Diocletiano*, Diocletianum vocatum ad nuptias illas, noluisse interesse, & hausto veneno interiisse, anno 9 post depositam purpuram. Sanè à purpura deposita, hic annus est nonus, *etiam Hieronym. Eusebio, Eutropio, & Aurelio Victori:* licèt *Zosimus* videatur tantùm dare illi triennium vitæ priuatæ. Sed reuera *apud Zosimum*, illud (ὑστερον) parit difficultatem, an debeat referri ad tertium Consulatum Constantini, *vt putat Scaliger in Euseb.* an verò ad 9 Consulatum Diocletiani, *vt exponit Baronius.* nec de hausto veneno mentionem facit *Eutropius.* Addit *Hieronymus*, in villæ suæ palatio: *Scaliger* rectè, in villa sua Spalato, vt sit villæ nomen. Tunc Ludos Seculares, statis temporibus recurrentes, magno Gentilium mœrore, contempsit celebrare Constantinus. *Zosimus lib.* 2. quos tamen restituit posteà Honorius, *Onuph. de Ludis secular.* In Africa Donatistæ Schismatici petunt contra Cæcilianũ, & accipiunt, è Gallia Episcopos iudices, qui tandem Romam vocati, causam sub Melchiade examinant: & absoluto Cæciliano, damnant Donatum à Casis nigris, authorem factionis Schismaticæ. *Optatus libro primo contra Parmenianum, Euseb. lib.* 10. *c.* 15. *& Augustinus epistola* 68 *ad Ianuarium.* habitum est hoc Concilium in domo Lateranensi. *Hieronym.* verò, *epist.* 133 pro Melchiade, ponit Syluestrũ. sed locus est mendosus. Melchiadis sententiam laudat *Augustinus, epistola* 162, licèt posteriores, scilicet post centum ferè annos, eum ausi sint infamare. *August. Breuic. Collat. dist.* 3. *c.* 18. Ab hac Melchiadis sententia appellant Donatistæ ad Imperatorem, indignè certè hoc ferentem, *ex citato Optato.* sed cùm Brixiæ manens, nihil in hac reconciliatione efficere potuerit, permissum est omnibus redire in Africam. *Optat. lege Augustinum Epist.* 152. In fine huius anni, id est, quarto Decembris, moritur Melchiades, in summa Ecclesiæ felicitate tot tamen anteà passus, vt more maiorum notetur Martyr, in tabulis Ecclesiasticis.	Constantinus & Licinius 3. A B C
314	1. Syluestri I.	9. Constãtini I. Magni.	Syluester Papa eligitur, Kal. Feb. nec anteà creatus, vt citata Donatistarum historia satis docet. Et idem annus est mortis Maximini Imperatoris (Tharsi in Oriẽte) profligati ante à Licinio. *Aurel Victor, Eutrop. li.* 10. De eius mortis genere & dirutis statuis, *Eusebius lib.* 9. *c.* 8, & 9. de felicitate nũc Ecclesiæ, & gaudio, *Eusebius lib.* 10. *c.* 1. 2, & 3. de templis, *ibidem.* varia Constãtini, vt de appellationibus, de sententia, & testimonio Episcoporum, *Baronius satis prolixè.* Donatistæ obtinent ab Imperatore, fieri hoc anno nouum iudiciũ apud Arelatẽ Sextanorũ, vbi erat Cõstantinus. qui tamen prius mãdat Æliano Procõsuli Africæ, examinari ibi causam Felicis, à quo ordinatus fuit Cæcilianus. quod factum est quarto mense post Romanum Concilium, & Felix non Traditor Codicum, vt calumniabantur Donatistæ, sed innocens declaratus est. *Optatus, & Augustinus epistola* 152. Itaque cõuocato tandem Arelatensi Cõcilio, adfuêre Episcopi	Volusianus & Anianus. A

ad ducentos Kal. Augusti. *extant Acta. Vide Augustinum lib. 5. c. 5 contra epistolam Parmen.* subscriptiones tamen mẽdosæ sunt non parum, & nomina habentur præfixa secundo Concilio Arelatensi, post tempora Constantini celebrato. sedit Constantinus in Concilio, quippe in quo non de fide, sed de persona agebatur iudicium: præfuit Concilio Sylvester per legatos, Claudium, Vitum, Eugenium, & Cyriacum. Innocens pronuntiatur Cæcilianus. *Augustinus Epist. 68. Vide Eusebium de vita Const. lib. 1. c. 38.* scripta extat epistola Synodica ad Sylvestrum, vt ipse omnibus sancita publicaret. Hoc anno in Oriente celebrata sunt Concilia, in quibus actum præcipuè est de lapsis. vnũ fuit Ancyranum 18 Episcoporum. habuit 24 Canones; secundum fuit Neocæsarienſe, paulò post, per eosdem ferè Episcopos. iam Vitali Episcopo Antiocheno mortuo, successit anno sequenti Philogonius. De Metrophane Episcopo Byzantino, & illius Ecclesiæ successore *vide Baronium.*

315 2 Sylvestri. 10 Constantini I. Magni. Consulatus Constantini & Licinii 4. A

Imperia difficile concordiam custodiunt. *inquit Victor in Epitome.* post exactum à morte Maxentij triennium, successit bellum illud Licinianum Cybalense, ad Cybalas in Pannonia. vincit Licinium Cõstãtinus, Fœdus tamen post victoriã firmatur his conditionibus, vt Licinius deinceps tantum haberet Thraciam, Asiam, & Ægyptũ. *Zosim. lib. 2. Victor Epito. an. V. C. 1062.* quibus peractis, *inquit Sigonius lib. 3.* itum est Romam ad Decennalia. Ergo Licinio & Constantino 4 Coss. Decennalia Constantini celebrata sunt: tamen Christiano more, & sine sacrificiis Gentilium. *Euseb. lib. 1 de vita, cap. 41.* duos filios Crispum, & Constantinum, in iisdem Decennalibus, creauit Cæsares; *vt apertè ait Nazar. Panegyr. de quinquennalibus horum Cæsarum.* male *Victor* putat creatos anno Constantini octauo, tempore nuptiarum Licinij. malè etiam *Zosimus* retulit ad annum 12 Constantini. alios filios posteá fecit Cæsares, Constantium anno 20 Imperij, & Constantem anno 30 *Euseb. lib. 4 de vita, ca. 40* An verò nunc etiam Cæsar creatus sit Licinius iunior, *vide annum 317.* Iudæos impedientes suorum conuersionem reprimit, *l. prima de Iudæis, Cod. Theodos.* & rebellantes punit. *Chrysostomus Tom. 2. Homil. 2 contra Iudæos.*

B

De Actis Silvestri, & disputatione nescio qua, cõtra Iudæos, prolixè *Baronius*, qui obseruat pleráque ibi progressu temporis fuisse vitiata, essèque minus vera: qualia sunt illa de Helena facta Iudæa, & de Iudæorum illius temporis Pontifice. Constat enim eos caruisse Pontifice semper post Vrbis excidium. *Epiph. hæresi 30. & lege 2. 13. 14. de Iudæis, Cod. Theodosiano.*

Hoc anno manifestè innotuit Arriana hæresis; quando Arrius Presbyter Alexãdrinus, à Meletio in Thebaide Episcopo, propalatus, & pertinax in sententia, exuitur Presbyterio: ab Alexandro Episcopo anathemate obstringitur, & centum ferè Episcoporum conuentu penitùs abdicatur, seu deponitur. *lege Lactantium lib. 4. cap. vltim. Theodoret. lib. 1. cap. 2. & 3. Epiphan. hæresi 68, & 69. Orosium lib. 7. cap. 28.* hoc etiam tempore exortus est Colluthus, Alexandrinus Presbyter & hæreticus, docens Deũ non esse Creatorem malorum. *Augustin. de hæresibus. cap 65.* postea tamen sectatores eius accesserunt ad Arrianos. *Epiphan. hæresi 69. & Athanasius Apologia secunda.*

316 3 Sylvestri I. 11 Constantini I. Magni. Sabinus & Rufinus. A

Obitum Diocletiani, *de quo* 313, nescio cur in hunc annum reiiciat *Baronius*, nisi forte, quòd τὸ ὕστερον, *apud Zosimum*, referri putet ad 3 Consulatum Constantini; sic enim duodecim an-

nis vixisset priuatus: sed dissentiunt expresse Scriptores alii. *Eutropius* inter Deos relatum scribit, quod nunc à Licinio factum putatur, qui hoc iterum anno deficiens à Constantino, & post insidias, bello aperto, cõtendens, Christianos quoque persequi cœpit, *Euseb. de vita Constan. lib. 1. c. 42. 43. 44. & Historiæ lib. 10. c. 9.* acerbam Persecutionem fuisse, testatur magnus lapsorum numerus, *de quibus Concilii Nicæni Can. 11. & 12.* Sub hac Persecutione Martyres recẽset hoc anno plurimos *Baro.* in his sunt 40 milites, Ammõ, Basilius, Blasius, Seuerianus, Theodorus, Abibus, & alij. Auxentius posteâ Episcopus, nunc zonã deposuit, ne vuam offerret Baccho. *Suidas verbo Auxentius.* Nicolaus Episcopus Miræ in Lycia, coniicitur in carcerem, *Acta. lege Basilium, Oratione in 40 Martyres*, quos recenset *Baronius* passos sub Agricolao, 7 Idus Martij. Lactantius, nunc senex, scribit libros de diuina institutione. Eius scripta Gelasio apocrypha; sed ex imperitia magis, quàm aliundè. *Hieronymus de Script. & Epistola 13. & 124.* Vtinam, *inquit*, tam nostra confirmare potuisset, quàm facilè aliena destruxit.

Donatistæ post Concilia, Romanum & Arelatense, iam tandem tertiò damnantur: idque ab ipso Imperatore Mediolani, absoluto per iudicium Cæciliano. Admisit Imperator appellationem, non quidem ius Ecclesiasticum vsurpans, sed improbitati Donatistarum indulgens, vt litem componeret. Et nihilominus coactus tandem est, Schismaticos aliquos exilio & Basilicis mulctare. *ex Augustino post Collat. c. 33. & Epist. 162.* Constãtantinus Episcopis concedit, vt possint manumittere, & sic manumissi censeantur ciues Romani, *Orosius lib. 1. cap. 9. & L. 1. de iis qui in Ecclesia manumit.*

317 | 4 Sylvestri. | 12 Constantini I. Magni.

De bello Liciniano Cybalensi, quod aliqui hoc anno gestum putârunt, *vide ad annum* 315. Metrophanes Byzantinus Episcopus senio confectus, accipit successorem Alexium. *Sozom. lib. 3. c. 3.* malè *Zosimus ib. 2. & Scaliger Euseb. anno* 2340, aiunt hoc anno creatos Cæsares illos, *de quibus anno* 315, nisi fortè solum Licinium iuniorem factum nunc Cæsarem quis intelligat, ad pacem firmandam. Quinus Gallicanus, & Bassus Extraord. Coss.

318 | 5 Sylvestri I | 13 Constantini I. Magni.

Ecclesiæ felicitatem in Africa turbant Donatistæ, & in Oriente Arriani. Nam Arrius, fretus præsidio Eusebii Nicomediensis, & Eusebij Cæsarienſis, spargit litteras Encyclicas, & hæresim latissimè: propugnante fidem Alexandro Episcopo Alexandriæ. *Athanasius Orat. in Arrian. Socrat. lib. 1. c. 3. Theodoretus li. 1. c. 4.* qui vnam Encyclicam Alexandri refert, & quam rectè elucidat *Baronius.* digna est, quæ legatur. Osius Cordubensis proficiscitur in Orientem, ad has res componendas. certè Sylvestri Legatus, vt eius gesta anni sequentis indicant. *lege Athanasium Apologia secunda.* nunc deserta loca replentur agminibus Monachorum, duce Antonio, & Paphnutio, qui effossis sub Maximiano oculis insignis enituit Confessor. Pachomius profitetur vitam monasticam, *de quo Metaphrastes decimo quarto Maij.* Synodum Laodicænam, ante tempus Nicænæ Synodi, & post Neocæsarienſe Concilium habitam, incidisse in hunc, vel sequentem annum, coniectura est *Baronii*, in Appendice Tom 3. Licinius S. & Crispus.

319 | 6 Sylvestri I | 14 Constantini I. Magni.

Hic annus est, quo volunt aliqui à Constantino victos in Oriente Scythas & Sauromatas ad Istrum, rem narrat *Sozo. lib. 1. c 8.* addens & Gothos (*vide Euseb. lib. 4. de Vita c. 5. & 6.*) Sed rectiùs fortè *Sigonius lib. 3. de imperio Occidentali*, refert hoc bellum ad annum 321. Constantinus arguit literis Arrium, & confutat. *extant apud Baronium.* meminit etiã *Epiph. hæresi 69.* Osius Cordubensis Alexandriæ Concilium celebrat: generale vocatur ab Constantinus S. & Licinius iunior.

Athanasio Apologia secunda, ob præsentiam Osii, pro Legato Apostolico se gerentis, *vt eius missio à Sylvestro, & Athanasius Apologia 2, de fuga, docent.* in qua, *inquit*, Synodo, non ille Dux & Antesignanus fuit? De huius Cõcilij decretis *vide Socratem lib. 3. c. 5.* Paulinus, aliâs Paulus, succedit Philogonio Episcopo Antiocheno defuncto. cuius memoria celebratur 20 Decemb. *de hoc Paulino vide Nicephori & Hieronymi Chronicon.* Nazarius Rhetor floret: cuius Panegyricus, dictus Constantino, extat passim, & refertur à *Sigonio lib. 3, Occidentalis Imper. ad annum* 320. Scripsit hoc anno Constantinus pro Cleri immunitate. *Sozom. lib. 1. c. 9.* regreditur in Occidentem.

320 | 7 Sylvestri I. | 15 Constantini. I. Magni. | Constantinus 6. & Constantinus iunior.

His Consulibus celebrata sunt Quinquennalia Cæsarum, filiorum Constantini: qui in Decennalibus patris creati fuerũt. *ex Nazario iam citato* quicquid alij dicant. *lege Victorem, & citatũ Sigonium.* meminit *ibidem Nazarius* victoriæ Crispi contra Alemannos, qui nunc è Gallia venerat; ac quarundam legum à Constantino editarum. Sed de Iulia & Papia, quæ contra cælibatum erant, abrogatis, *vide Sozom. lib. 1. c. 9.* quarum meminerunt *Dio Hist. lib. 56. & Tacit. lib. 3.* tulit & legem Constantinus contra raptores virginum, *lib. 1. de raptu virginum*: & alias, quas recenset *hoc anno Baronius*, de pœnis debitorum, patrimonio Clericorum, & testamentis.

321 | 8. Sylvestri I. | 16 Constantini I. Magni. | Crispus, & Constantinus Cæsares.

De bello Scythico nunc gesto *dixi an.* 319. Constãtinus precibus Donatistarum fatigatus, eos reuocat ab exilio. *August. Collat. lib. 2. c. 38.* qui vt Catholicum nomẽ venarentur, submittunt subinde Episcopos varios, qui Romæ commorentur. *Augustinus Epistola 163, & 165. Optatus lib. 2.* tandem ex Shismaticis facti sunt hæretici, rebaptizantes cum Nouatianis, & negantes esse Ecclesiam, vbi est peccatum. Ticonium ex Donatistis vnũ & reluctantem illis erroribus condemnant. *Optatus lib. 2, contra Parmen. Augustinus lib. 1, contra Epist. Parmen.* nuncupati verò sũt etiam Montenses. *Epiph. hæresi 59.* fortè quòd vrbe excluſi, in montibus habitarent: item & Campitæ, *à Hieronymo contra Lucif.* ab aliis Rupitæ à rupe, vel Rupitani. Constantinus diem Solis, vel Dominicum; & Feriam sextam, seu Veneris, voluit esse Festos dies. *L. 2. Cod. Theodos. Sozom. lib. 1. c. 8.* hoc anno exeunte contigisse putat *Baronius* lapsum Constantini adhuc Cathecumeni; quando rescripsit, consuli oportere Aruspices. *L. 1. de Paganis, Cod. Theodos.* mentitur *Zosimus*, dicens adhuc fuisse Gentilem.

302. | 9 Sylvestri I. | 17 Constantini I. Magni. | Petronius, & Anitius Iulianus.

Post finitum anno præcedenti bellum contra Sauromatas, *de quo* 319. paratur hoc anno exercitus contra Licinium, res nouas in Imperium molientem, & persecutionem in Christianos. Itaque terra marique Imperator pergit in Oriẽtem, vtrinque bellum hosti illaturus. *Euseb. Zonar. Eutrop. Zosim.* Vexabat Christianos Licinius vel maximè, quòd sibi aduersos Constãtino deditos esse agnosceret. Constantinus Thessalonicæ portum, velut arcem aptam sibi delegit, vnde Licinium inuaderet. rem narrat *Sigonius anno* 322.

303 | 10 Sylvestri I. | 18 Constantini I. Magni. | Seuerus, & Iunius Ruffinus.

Vincitur à Constantino Licinius: qui fuga Byzantiũ se recepit. Victor Byzantium obsidet: inde fugiens Licinius, Chalcedonem in Bythiniam nauigat. *Euseb. Zosim. Victor. Eutrop.* Tandem commisso extremo prælio ad Lampsacum, penitùs profligatur Licinius, qua audita victoria, Byzantini Constantinum recipiunt: & mox etiam Chalcedonij. Licinius, qui Nicomediam cum paucis aufugit, captus, cogitur à Constantino, depositâ purpurâ, ad priuatam vitam secedere Thessalonicam. *Victor in Cæsaribus ad annum* V. C. 1062, notat ab interitu Maxentij

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			ad bellum Cybalense Licinianũ annos tres. anxiè, *inquit*, triennium congruere quiuêre. indè verò, exacto, *inquit*, iexennio, & rupta pace, Licinius ad Thraciam pulsus est. si ergo anno septimo Constantini obiit Maxentius: & ineunte decimo anno gestum est bellum Cybalense; restat anno 17 inchoatum bellũ ad Thraciam. cui bello perficiẽdo, si dentur 18 menses, quibus confectum esse scribit *Cedrenus*; rectè profligatum & captum damus Licinium anno Constantini 18, & occisum anno 19.	
			Supersunt capto Licinio anni 13 Monarchiæ vsque ad obitũ Constantini, *ex Victore in Epitome, & Cedreno.* post captum Licinium, Constantino cessit integrum Imperium, *ex Euseb. de vita Constantini lib. 2. c. 19, & 20.* Omnia tunc Christianis in Oriente cessêre fausta, *ex citato Eusebio.* conuulsa Idola, & diruta delubra, *recenset Metaphrastes, 6 Decemb.* vbi de Dianæ tẽplo tunc euerso, per Sanctum Nicolaum Episcopũ Myrensem, qui hoc tempore è carcere liberatus est. Cæterùm si verum est, iuniorẽ Licinium non fuisse cum aliis Cæsaribus creatum, sed anno Constantini 12; erit hic annus illius Cæsaris sextus â creatione. tamen omnes simul creatos in Decennalibus, docet *citatus Victor in Epitome*: & *Eusebius* idem significat, dùm anno nono Licinium iuniorem occisum esse scribit: & *Orosius anno 19 Cõstantini*. absente Constantino Romá, & oblato eius rescripto de Aruspicibus, (*vide an.* 321.) vexantur Christiani: vnde putatur Sylvester tunc secessisse in Soractem montem, donec rediret Constantinus; aut rescriberet, vt fecit hoc ipso anno Seuero & Ruffino Coss.	B
324	11 Sylvestri 1	19 Constantini I. Magni.	Licinius Thessalonicæ nouis rebus studens, iubetur à Constantino mulctari capite. Dubitant aliqui, an hoc, vel sequenti anno: certè ante mortem Cæsarum occisum scribunt, *Socrates & Victor.* Occisus quoque Martinianus, quem anteá Cæsarem dixit Licinius. posteà contigit mors Cæsarum, Licinii iunioris, & Crispi, *vt post alios Onuphrius, & Sigonius notarunt. item Orosius lib. 7. cap. 28. & Euseb. in Chron.* Causa mortis Licinii iunioris putatur, quia cõscius habebatur paterni sceleris. Periit Crispus, clarus victoriis, spe futurorum maximus, & ab omnibus laudatus, instinctu & calumnia Faustæ Nouercæ, *vt ait Victor.* vel ex suspicione stupri cum eadem, *vt Zosimus obtendit.* Faustam quo que vxorem occidi fecit balneo, velut in consolationẽ Helenæ lugentis Crispum. *Zosim.*	Crispus, & Constantinus Cæsares. A
			Fuit Constantinus, dùm ostem haberet, insignis Imperator: tamen post hæc scelera resipiscens, & quærens expiationem, venit tandem ad Baptismum. *Zosim. lib. 2. Sozom. lib. 1. c. 5.* addit *Zosimus*, Baptismi authorem fuisse Hispanum, sed Ægyptium; hoc est, Magum. Ita enim Christianos Sacerdotes vocabant Gentiles. Is Osius Cordubensis putatur à quibusdam. Sed contentiosum hic attingimus funem de Constantini Baptismo, certè an hoc anno fuerit baptizatus, an verò (quod etiam contigit Theodosio Magno, & plerisque aliis, illis temporibus) sub finem vitæ, quæstio est celebris, nec planè decisa. plerique cum *Sigonio, lib. 4 de Occidentali Imperio*, rem dubiã reliquerunt: tamen hoc anno Constantini 19 contigisse, multis rationibus probauit *Baron. in Martyrol. 22 Augusti, ex Zosimo, Sozom. Concilio Romano tunc habito, & aliundè.* Illud etiam dubium putatur, à quo Episcopo sit baptizatus? an ab Osio, *vt insinuat Zosimus*: an ab Eusebio Nicomediensi Arrianorum ductore, quod valdè improbabile est. an à Sylvestro, vt opinantur melioris notæ Scriptores. Hoc postremum si verum est, (*de quo citatus Baronius 22 Augusti*) valdè confirmat non sub finem vitæ, sed nunc baptizatum fuisse.	B

Postremò, quod est *in Chronico Hieronimi*, declinasse Constãtinum ad Arrianismum, fortè ab aliquo alio additum hoc est; & vt falsum, meritò ab aliis reiicitur. *lege Niceph. lib. 7. c. 45. & l. 8. c. 35.* Sanè *Photius ex Gelasio Cæsareæ Episcopo* satis hoc cõfutat. Omitto *Cedrenum*, *Anastasium Bibliothe. Martinum Polonum*, *Baronium*, *Pontacum in Euseb. & alios* qui ex professo hoc refellunt.

Constantinus Ecclesias Romæ extruxit S. Petri in Vaticano, in templo Apollinis, S. Pauli inter viam Ostiensem & Tiberim: item Lateranensem, præter dona eximia, quæ recenset *Bibliothecarius ex Archiuis Rom. Eccl.* sed de Ecclesiis & Basilicis variis, Romæ & alibi extructis à Constantino, edictis pro Christiana religione, & priuilegiis Sedi Romanæ concessis, *vide Baron. an. 324. nu. 63.* Vbi expendit legem Constantini de Primatu Romanæ Ecclesiæ: & an Patriarchales Sedes tantúm sint, Antiochena, Alexandrina, & Hierosolymitana. *vide Leonem Magnũ Epist. ad Anatolium.* Constantini porrò donatio, magnis licet controuersiis agitata, consona planè videtur tanti Principis liberalitati, quam omnes agnoscunt: præsertim sub Monarchia. Francorum certè reges hanc possessionem à Longobardis ablatam, professi sunt se tantùm restituere. Edictum tamen donationis, quod extat apud Græcos in Nomocanone, suspectum meritò est in varijs capitibus: quæ ibi habentur. C

Constantinus exeunte ferè hoc anno tendit in Orientem; & *ex Zosimo, Iornande, Cedreno, & aliys*, nouæ ciuitatis construendæ initium designat Constantinopolim. iacta tamen fundamenta, Constantino octauum Cos. à quibusdam putantur. Hoc eodem anno, qui est Consulatus Crispi, cogitur Romæ Concilium 230 Episc. 3 Kal. Iunij. vbi inter alia, fit mentio baptizati Constantini à Sylueſtro, & definita est partitio bonorum Ecclesiasticorum in 4 partes: scilicet pro Pontifice, Clero, Fabrica, & Pauperibus. Causa verò Arrianorum; Controuersiæ hoc eodem anno agitatæ, inter Asianos de Paschate; & similia, Concilio Nicæno sequenti definienda relinquuntur. *Euseb. lib. 3. cap. 5. Sozom. lib. 1. cap. 15.* Paulino mortuo sufficitur Eustathius, reiecto Eusebio. *Baroni. anno 324, numero 143, & deinceps.*

Constantinopolis.

Anni Christi.	Anni mundi.	Anni Imp.		Consules.
325	12 *Sylueſtri I*	20 *Constantini I. Magni.*	Concilium Nicænum hoc anno celebratur, & absoluitur, à 13 Kal. Iul. ad 8 Kalen. Sep. in Bithinia. Consules, Paulinum & Iulianum, notauit Conciliũ Chalcedonense Act. 2. *lege Socratem lib 1. cap. 9.* malè eodem anno finitum, negant *Couar. lib 4 variarum lect. cap. 15. & Scaliger de Emendatione*, qui *cum Nicephoro* dedit triennium, nullo probabili nixus fundamento. Consule porrò *Euseb. lib. 3 de vita, cap. 14 & lib. 4. cap. 47.* conuocatum est ex sententia Constantini, & authoritate Sylueſtri. interfuit Osius Cordubensis legatione duplici conspicuus. Vide Epistolam Legatorum ad Sylueſtrum initio. Episcopis defert iudicium totum Constantinus. *Ruffinus lib. 1. cap. 2. Euseb. lib. 3. cap 13.* Is etiam locum iisdem cessit. *Euseb. de vita lib. 2 cap. 10.* Legati Apostolici ordinem tenebant ex parte siniſtra, vt digniorem. erat enim tunc temporis potior, *Ex Concilio Chalcedonensi, Actione prima.* Eustathius Antiochenus in dextero ordine primus breuem habuit orationem. *Theodor. lib. 1. cap. 7.* cui paucis Latinè respõdit Imperator, cohortatus omnes ad pacẽ & vnionem. *Euseb. lib. 3 de vita, cap 13.* An omnia Acta extent integra, quæstio est *apud Baronium.* ille tantum Canones viginti refert: & plures fuisse certum videtur.	*Paulinus & Iulianus.* A

Nicænum

Acta.

Hic damnata hæresis Arriana, & editum est Nicænum Sym-

bolum. Arriani aliqui fraudulenter consentiunt, timentes exilium, ut exitus probauit. Decretum etiam est de Paschate celebrando die Dominico. De Paschali epistola danda deinceps ab Episcopo Alexandrino, *Leo epistola 64 ad Martianum Imperatorē*; deque Numero Aureo tūc cōstituto, *Ambrosius ad Episcopos Æmiliæ*. Compositum porrò est Schisma Meletianorum, *Theod. lib. 1. cap. 9.* Sed tamen post annum defecerunt ad Arriū, *Athanasius Apologia secunda*. Aliqua statuta de Paulianistis, seu Samosatenis, & Cataphrygis, *Can. 19* actum, sed re infecta, de Nouatianis, *ex Can. 8 Sozom. lib. 1. cap 21.* Sextus Canon, *quem citat Baron* (obscuratus *à Ruffino lib. 1. cap. 6.* dum eum in compendium redigit, atque etiam ab hæreticis:) conseruat Alexandrinæ Ecclesiæ (quam vexabat Meletius Schismaticus) Primatum suum in Ægypto: quoniam (*inquit Canon*) & Romano Episcopo hæc est consuetudo. Obscuriorem loquendi modū, explicat Chalced. Concil. Act. 16. vbi à legatis Apostolicis, Canon sic recitatur: *Quòd Ecclesia Romana semper habuit primatum: tenuit autem & Ægyptus, vt Episcopus Alexandriæ omnium habeat potestatem. quoniam & Episcopo Romano est consuetudo.* Atque in eo sensu receptum hunc canonem à patribus Chalcedonēsibus demonstrat, quòd iudices post recitationem sic interloquantur: *perpendimus omnem quidem primatum, & honorem præcipuum secundum canones, Antiquæ Romæ Archiepiscopo cōseruari.* Sensus ergo canonis Nicæni duo continet. 1, primatum supremum esse Romanæ Ecclesiæ. 2, Alexandrinum quoque primatum esse retinendum, quia Romano Episcopo ea est consuetudo, scilicet aut concedendi similes primatus aliis Ecclesiis: (quæ multis placet interpretatio) aut certè ex qua tanquam ex aliquo regiminis exemplo, (quamuis non omninò simili) colligi potest, primatum etiam Alexandrinum, non fore inutilem Ecclesiæ; sed esse retinendum. Atque ita canon ex hoc Primatu Romano, vnde Alexandrinus manat Primatus, demonstrat non esse Alexandrino dubitandū. *lege Epistolā Nicolai Papæ ad Michaelē Imperatorē. Socrates lib. 1. c. 8, & Sozo. l. 1. c. 2, aiunt*, propositū à Paphnutio Episcopo, ne Clericis coniugatis prohiberetur Matrimonii vsus. Sed falsum planè hoc est: iam enim satis constabat ex veteri vsu Ecclesiæ, de cælibatu seruando. *lege Hieronym. Epist. 50 ad Pammachium in fine.* post celebratum Concilium, decreta sunt Vicennalia Constantini, *de quibus sequenti anno.* Romæ Concilium celebratur, in quo confirmantur Decreta Nicæna. *Tom. 1 Concil.* atque hic *Euseb. Cæsarien.* finit Chronicon. succesit *Hieronymus, quem vide Præfatione ad Chronic. Euseb.*

Primatus

326 | 13 *Syluestri.* | 21 *Constantini I. Magni.*

Hoc anno celebrata esse Vicennalia Constantini, ostendi ad annū Christi 312. agendo de Indictionibus. Primas Vvandalorum sedes, *notat Ptolomæus*, fuisse regionem, quæ nunc est Polonia, & Sarmatia, vsque ad mare Balticum. indè vero dispersos, accepisse sedes versus Orientem iuxta Gothos, multi arbitrantur. certè nunc à finitimis Gothis bello pulsi sunt, & nouas sedes quærentes, pars ad Mæotidem, pars ad Constantinum se receperunt, à quo partem Pannoniæ incolendam impetrarūt, sub rege suo Haymaro, seu Vismaro, vbi sexaginta annis manserunt imperio Romano obtemperantes. *Iornandes.* Narrat porrò *Nicephorus lib 7. cap. 47*, Persas circa hunc annum cœpisse vexare Romanum Imperium, & eorum incursiones non paucis perdurasse annis. Mortuo Alexandro substituitur Athanasius. *Theod. lib. 1. c. 26. & Athanasius Apologia secunda.* Sedit annis 45. *Socrates lib. 4. cap. 6.* Vir in cuius persecutionem conspirasse videtur Orbis terrarum. *Ruffinus lib. 1. cap. 14.* Paphnutius

Constantinus septimùm, & Constantius, Cæsar.

(non ille Episcopus Concilij Nicæni, nec discipulus Antonij) terterrimus Monachus, agit legatum pro Melecianis ad Constantinum: qui tamen eos punit. *Vide Euseb. de Vita lib.* 3 *cap.* 61. & 62. Idololatriam dat pessum Imperator. *Eunapius de Vitis Phil. in Ædesio.*

Inuento Domini Sepulchro, Constantinus ibidem templũ extruxit, dictum Martyrium, id est, testimonium Resurrectionis Christi. Dicebatur etiam Basilica Constantini. Extruitur & noua Hierusalem è regione veteris, quæ impietate concidit. *Euseb. de Vita lib.* 3. *cap.* 24, & 25. de aliis Templis, *ibidem cap* 40, & 41. Helena, licèt senio grauata, petit Hierosolymam: vbi Crucem Domini inuenit, & quicquid aliqui dicant, certa historia est. *ita Paulinus Epist.* 11. *Tom.* 9 *Bibliot. Sanct. Seuerus lib.* 2. *Histor. Ruffinus lib.* 1. *cap.* 7. & 8. *Theodor. lib.* 1. *cap* 8. *Sozom. lib* 2. *cap.* 1. vbi etiam de Helenopoli, sic enim nouam illam Hierusalem à matris nomine vocari voluit Constantinus. *Nicephorus lib.* 8, *cap.* 31, & *alij*. Cæterùm ideó Gelasius Papa dubiam reliquit historiam, quia irrepserant aliqua. De Dominico Aureo extructo Antiochiæ à Constantino, *Euseb. de Vita lib.* 3 *cap.* 49. Sopater Philosophus occiditur opera Ablauij. studebat ille reuocare à fide Constantinum. *Eunapius in Vitis Philos.* Constantinus constituit tribunal Episcoporum supra omnes magistratus, L. 1 *de Episc. Iudicys Cod. Theodos.*

			De his Coss. *lege Onup. anno* 1079. Helena Constantini mater putatur hoc ferè anno obijsse. Constantia seducta fauet Arrianis. *Ruffinus lib.* 1. *cap.* 11. & moriens suasit Constantino reuocationem Arrij. *ibidem.* Proceliæ in Athanasium oriuntur, *vt ipse ait Apologia* 2. tunc ad Indos vlteriores propagatum est Euangelium, opera Frumentii & Ædesij, ubente Athanasio. *Ruffinus lib.* 1. *cap.* 9. Iberi vergẽtes ad montem Caspium, perducuntur ad fidem, per ancillam captiuam. *ibidem cap.* 10. missi eò postea Sacerdotes à Constantino. *Socrates lib.* 1. *cap.* 16. alij Iberi in Colchica conuersi sub Traiano. conuersio Iosephi Iudæi (non illius Historici) miraculosa, *Epiph. hæresi* 30.	*Constantinus, & Maximus.*
327	14 Syluestri I	22 Constantini I. Magni		
			Circa hæc tempora, cùm adhuc in Oriente versaretur Osius; habita putatur Synodus Gangrẽ. *de qua Symmachus Papa in sexta Synodo Romana.* qui affirmat eius Canones authoritate Apostolica conditos. Synodo interfuit idem Osius. Athanasius quietem aliquam nactus, visitat suam Diœcesim, alioquin vastam & corruptam. *Athanasius Apologia secunda.* & inter alia visitat Monasterium S. Pachomii, *de quo* 316. inuisit & Sanctum Antonium, vt sæpe, officij causa. *Athan. in Vita Anton. in Præfatione.* Fuit hic Antonius vel author, vel proximus institutor vitæ Monasticæ. *Athan. ibid.* Basilius imitator tantùm. *Basil. Epist.* 62. Idem institutum per Athanasium delatum postea est Romam, & indè in alias Occidentis Prouincias. *lege Ambrosium Epist* 82. *lib.* 10 *ad Vercellen.* De vario Monachorum genere *lege Hieronym. Epist.* 22. *Hieronymus in Chron.* notat hoc anno Constantini, Porphyrium reuocatum ab exilio, ad Imperatorem misso insigni volumine. hunc fuisse Philosophum illum Christianis infensissimum, *de quo supra*, putat Baronius *anno Christi* 325. ad eum non vltra tempora Diocletiani vixisse, persuadet *Scal. ad Euseb. anno* 2345.	*Ianuarius, & Iustus.*
328	15 Syluestri I	23 Constantini I Magni.		
			Post inchoata mœnium fundamenta, vbi erat quondam vetus Troia; & mutato mox consilio, electam Chalcedonem; Constantinus tandem Byzantium delegit, vbi celeberrimam Vrbem, & nouam Romam conderet, vocatis Gothis, aliisque Barbaris plurimis ad opus maturandum, *Iornandes.* Idem Con-	*Constantinus & & Constantinus Cæsar 4.*
329	16 Syluestri I	24 Constantini I. Magni.		

stantinus nunc debellat Scythas per Gallicanum, redemitque Imperium Romanum à veteri & probroso vectigali. *Euseb. in vita lib 4. cap.,5 Hieronymus in Chro.* vocat Gothos. de miraculosa Gallicani conuersione, & studio pietatis post hanc victoriam, *lege apud Surium 26 Iunÿ, in Actis Ioannis & Pauli. Sed infrà anno Iuliani Imp. primo*, de eius martyrio. habet & hic annus nouas in Athanasium calumnias Meletianorum. De tributo in pendendis Ecclesiæ linteis, *lege Athanasium Apol. 2.*

330 | 17 Sylvestri I | 25 Constantini I. Magni. | Eodem Gallicano & Symmacho Consulibus anno Actiaco 356 quicquid dicat Suidas, & Christi anno hic notato, nouæ Vrbis Constantinopolitanæ dedicatio facta est. diem huius nouæ Romæ (sic enim vocari voluit Constantinus, essèque sedem Imperij Orientalis) natalem notãt vt plurimum authores 11, Maij: quem ex Feria incidisse in annum Christi 330 *notauit Scal. in Euseb. & Hieronym. in Chron.* notat annum Constatini 25. Licet aliqui dent sequentis anni Consules. De Vrbis amplitudine *Zosimus lib. 2.* Vetus Roma præfertur, *iex Suida.* Alij aliter. Templorum extructorum, Pacis, & Apostolorum, *meminit Socrates.* illud Pacis, dictum est & Sophiæ. de Michaelio in suburbijs *Sozo. lib. 2 cap. 2.* celebrata nunc quoque sunt Quinquennalia Constantii Cæsaris, quo (simul cum Constantia Licinii olim vxore) fauente, putãtur reuocati ab exilio Euseb. Nicomedienſis & Theognis Nicenus, Arrianorum Patroni. | Galliscanus, & Symmachus.

331 | 18 Sylvestri I | 26 Constantini I. Magni. | Hic annus habuit nouam Arrianorum calumniam in Athanasium, de Arsenio. *Athanas. Apol. 2.* quem ipse Arsenius anno sequenti repertus confutauit *Ibid.* Verùm tẽporis rationem non est assequutus *Socrates lib. 1. cap. 21.* Ex hac calumnia consequuta est Arsenij huius, qui Episcopus erat, reconciliatio cum Athanasio. *Athan. Apol. 2.* euasit nunc in Africa Donatus, (*Hieronymus in Chron.*) Maiorini successor, & Pseudo-Episcopus Carthaginensis: à quo Donatistæ. *Optat. lib. 3.* Sub hoc viro superbissimo, Circumcelliones oborti; hoc est, vagantes per cellas, vicos, & nundinas. *Augusti. in Psalmum 132 Optatus lib. 3.* Grassatores hos, Donatus agnoscens, suos vocabat, tanquam Sectæ suæ defensores. *Optat. ibid.* Horum Donatistarum insania, de captando martyrio, *ibid.* Moritur Macarius Episcopus Hierosolymitanus. Succedit Maximus. *Zosimus. lib. 2. cap. 19. Martyrol. Rom. 10. Martÿ.* | Bassus, & Ablauius.

332 | 19 Sylvestri I | 27 Constantini I. Magni. | Sub hunc 26 annum Constantini, notat Vvisigothorum Historia, Vvisigothos per Sarmatiam arrepto itinere, cœpisse tentare aditum in Romanum Imperium. Horum Reges *notat Iornandes*, Araricum, & Aoricum, *de reb. Get. c. 21.* | Pacatianus, & Hilarianus.

333 | 20 Sylvestri I | 28 Constantini I. Magni. | Erat hic Dalmatius, Annibaliani fratris Constantini filius. Sub hoc Consulatu Gothi Sarmatæ, & Orientales Alemanni inuaserunt Thraciam: quos vicit ibidem Constantinus. Sed pace mox composita, præsertim cum Vvisigothis, posteâ hi dicti sunt & constituti confœderati Imperij Romani. *Iornandes, Eutrop. Hieron.* | Dalmatius, & Zenophilus.

334½ | 21 Sylvestri. | 29 Constantini I. Magni. | Atriani, nouis excogitatis in Athanasium artibus, petunt à Constantino Synodum: qui nimia certè facilitate literas concessit de Concilio Tyri habẽdo. *Athan. Apol. 2.* literæ extãt *apud Euseb. lib. 4 de Vita cap. 42.* Sarmatæ bello petiti à Gothis, coacti sunt suos armare seruos. Sed hi cùm se potentiores vidissent, expulsis dominis, locum & regnum occuparunt. Interim Sarmatæ, sicà suis pulsi, locum, quem incolerent, acceperunt à Constantino. *Hierony. & Oros.* postea tamen sedibus restitutos pristinis scribit *Ammianus.* | Optatus, & Paulinus.

Nunc

335. | 22 Syluestri I | 30 Constantini I. Magni. | Nunc Constantini acta sunt Tricennalia: quo anno Dalmatius est appellatus Cæsar. nummus indicat Cæsarem fuisse: & consentiunt Scriptores: nisi quòd *Euseb.* de tribus tantùm Cæsaribus mentionem faciat. Certè tres tantúm sequenti anno vocati sunt ad successionem. & hoc fortè intellexit *Eusebius*. habetur hoc eodem anno Conciliabulum illud Tyri in Phœnicia, 60 Episcoporvm, Præside Dionysio Comite, homine militari, *Athan. & Theodoret. lib. 1. cap 28.* Tandem venit Athanasius Tyrum cum 47 Episcopis: cui ne locum quidem dederũt. *Epiph. hæresi 68.* Accusatur Athanasius, ac refutatis calumniis, de meretrice (*Theodoret. lib. 1. cap. 30*) tandem productis falsis testibus de calice, condemnatur, deponiturque, substituto in locum eius Ischyra accusatore. *Athanas. Apol. 2. Socrates lib. 1. cap. 27. Sozom. lib. 2. c. 24.* eodem anno, & iisdem Episcopis habitum est Concilium Hierosolymitanum: vbi recipitur Arrius, simulans pœnitentiam. Arrianum vocat Concilium *Athanasius lib. de Synodis*, laudatum alioqui ab *Eusebio*, homine Arriano. professionem Arrii aliquam fuisse *narrat Sozom. lib. 2. cap. 26 & Atha. Apol. 2.* dedicatur, iubente Imperatore, ab his Episcopis templũ Tyrium. *Euseb. de vita, lib. 4. cap. 41.* & alterum Hierosolymitanum dictum Martyrium. *ibidem.* moritur nunc Sylvester Pontifex exeunte anno. | Constantius, & Augustus, & Ruffinus Ceionius Albinus. A B

336 | 1 Marci. | 31 Constantini I. Magni. | Inchoat hunc annum creatio Marci Papæ, 17 Kal. Februarii: sedit octo menses. Athanasius Tyro Costantinopolim ad Imperatorem profectus, obruitur nouis calumniis Eusebianorum, & exulare iubetur. *Athan. Apol. 2. Epiph. hæresi 68.* idque in Galliis apud Treuiros, non vt exul, sed vt confessor triumphãs de impietate, *Hieronymus in Chron.* Nec sancti Antonij literis, nec tumultu Alexandrinorum, mutat sententiam Imperator. *Sozom. lib. 2. cap. 29.* Constantinus nunc partitur filiis Imperium. Constantino natu maximo cessit auita possessio. Constantio Oriens, & vxor Eusebia, Arriana quidem, sed eruditione & prudentia insigni. Constanti iuniori pars intermedia. *Euseb. de Vita. lib. 4. c. 51.* habita etiam Synodo Constantinopoli, exulare cogitur Marcellus, Ancyræ Episcopus Orthodoxus. *Sozom. lib. 2. cap. 31.* examinata ibidem fide Arrij, & habita disceptatione inter eum & Alexandrum Episcopum Constantinopoleos. *Socrates lib. 1. cap. 25.* Sed inopinata mors Arrij consternauit Eusebianos *Ruffinus lib. 1. c. 12. Sozom. lib. 2. cap. 28.* Romæ mortuo Marco succedit Iulius Papa, 26 Octob. de Pallio Romani Pontificis. *Baron.* | Nepotianus, & Facundus. A B

337 | 1 Iulij. | 1 Constantini II. Constantij 2. & Constantis Constantini I. Magni Filiorum. | Moritur his Coss. Constantinus. Imperant tres filii. obiit 22 Maii, ipso die Pentecost. *ex Euseb.* in suburbana villa Nicomediæ, anno 3 Olymp. 278. *vt rectè Socrates.* Consentiunt alii Historici, dissentiente semper non parùm *Scaligero*, *in Euseb.* de principio & fine eius Imperii. Hic Princeps coronam lauream mutauit in auream gemmeamque, vt à Gentilibus discreparet. fortuna in bello prospera, sed quæ non superaret industriam. *Eutrop. lib. 10.* diuiso Imperio, placuit vt deinceps alter Consulum Constantinopoli eligeretur, alter Romæ. Audita iam morte Constantini, Sapores anno sequenti Nisibin obsidebit. *Hierony. Zonar.* Ablauius (fortunæ ludus & pila dictus) iubente Constantio occiditur. *Zosimus lib. 2.* frustillatim concisum *ait Eunapius, in Ædesio.* Sed vnde habet relictum fuisse à Constantino Imperii consortem? Vlri illustres, qui nunc floruerunt, recẽsentur, Ammon (*de quo Athanasius in Vita Antonij*) Claudius, Episcopus Viennensis, *ex Adone.* Macrinus, Episcopus Arelatensis; Maximinus, Treuerensis; Nectarius Viennensis, Rheti- | Feliciapus, & Titianus. A B

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			tius, Augustodunēsis; Parthenius Lampsacenus in Hellesponto, omnes Episcopi. Abrahamus Lampsacenus, atq; Anachoreta, & Iuuencus Hispanus, qui quatuor Euangelia Hexametris versibus est cōplexus. Dúm Arriani in Oriente in Nicænam fidem callidè cōspirant, mortuo iam Constantino (*Socrates lib. 2. c. 2.*) Iulius Papa Romæ habuit Concilium 116 Episcoporum, ad detectastionem Arrianismi. *Optat. Tom. 1 Concil.*	
338	2 *Iulij I.*	2 *Constātini II. Constantij II. & Constantis, Fratrum.*	Rectiús hoc anno, *cum Hieronymo in Chronico*, ponimus Saporē Persarum, regē, vastata Mesopotamia, obsediſſe Nisibin duobus mensibus: licet videatur *Scaligero* vnius anni metachronismus. Iacobi Episcopi, viri miraculis clari precibus, vrbs liberatur. *Hierony. in Chron. Theodoret. lib. 2. cap. 30.* vbi etiam de Ephrem Syro, eiusdem Iacobi Nisibeni discipulo, viro illustri. Athanasius restituitur Alexandrinæ Ecclesiæ, Constantini iunioris literis, post exilium biennij. *Theodoret. lib. 2. cap. 1. Athan Apolog. 2.* Constantius vlcere percussus, sanatur à Spiridione Episcopo. *Metaphrast. 12 Decemb. Sur. Tom. 6.*	*Polemius, & Vrsus.*
339	3 *Iulij I.*	3 *Constantini II. Constantij II. & Constantis, Fratrum.*	Reperto, vt ferebatur, Commentario quodam Constantini senioris, filius Constantius (sed ferè anno præcedente) occidi curauit Constantium patruum suum, Dalmatium Cæsarem, Optatum, & Annibalianum Dalmatij fratrem. neci subtraxit Iulianum ætas, & Gallum morbus; huius occisi Constantij filios. *lege Sigonium libro 5 Occiden. Imper.* crescente Constantini & Constantis fratrum discordiâ, Constantinus venit armatus in Pannoniam, petiturus Italiam & Africam, nempe haud contentus paterno testamento. Athanasius hoc anno petitus est nouis, sed irritis calumniis, *Apol. 2.*	*Cōstantius 2. & Constans.*
340	4 *Iulij. I.*	4 *Constantini II. Constantij 2. & Constantis, Fratrum.*	Eusebiani hoc anno timentes, ne Romanus Pontifex staret pro Athanasio, vt moras necterent, petunt Concilium. conceditur à Pontifice. Citatur, & adest Romæ Athanasius: alij per annum expectātur. tergiuersantur prætextu belli Persici, *Athanas. Apol. 2.* Interim Athanasius Romæ, Monachorum institutionem primus tradit. *Hierony. Epistola 16 ad Principiam.* Symbolum tunc, velut fidei suæ professionem scripsit. quæ remansit cum Actis Synodi. particulam, FILIOQVE indè sumpsit *Concil. Tolet. 4*, habitum anno 634, *lege caput primum ibidem.* Sæuiunt interim Arriani in Oriente, mortuo Alexandro Constantinopolitano Episcopo. Paulum succeſſorem relegant in Pontum. *Sozom. lib. 3. cap. 4.* Eustachium Antiochenum Episcopum cogunt exulare: & hoc anno obijt in exilio. *Sozem. lib. 2. cap. 17.* Eius dies Natalis colitur 26 Iulii. de hoc Eustachio *lege hic Baron. num 28 & 29.* Arrianorum confusio turbauit Episcoporum seriem vsque ad an. 408. moritur Eusebius, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus. *Socrates lib. 3. cap. 3.* Successit Acatius eius discipulus. bellum Persicum inualescit: & Constantius redit Antiochiam Syriæ *Zosim*, *Oros. lib. 7. cap. 29.* Occisus est hoc anno Constantinus iunior, bellum inferens Constanti fratri. *Eutrop. Hieron. Chron. Oros.* Cæsus est iuxta Aquileiam, ad Alsam fluuium. *Aurel. Victor, Sigonius, & alij. Zosimus* culpam belli confert in Constantem, sed solus. mortuo Constantino, summa Occidentalis Imperii in Constante remansit.	*Acyndinus, & Proculus.*
341.	5 *Iulij I.*	5 *Constantij II. & Constantis, Fratrum.*	Irrumpunt in Pannonias Scythæ. occurrit illis ex Italia Constans. Franci etiam in Gallias irrumpunt. *Socrates lib. 2. cap. 10. Sozom. lib. 3. & Hieron.* habet hic annus Antiochenum Conciliabulum, quod habuerūt Arriani: quódque malè *Gratianus dist. 16*, inter Catholica recensuit Concilia; in quo Athanasium abdicant, seu, vt aiunt, deponunt. substituúntque Euse-	*Marcellinus, & Probinus.*

bium, qui postea dictus est Emissenus. Sed ipso renuente, mittunt eò Gregorium Cappadocem, ignotum hominem. *Athan. Apol. 2. Socrates lib. 2 cap. 5.* de hoc Gregorio *lege Baron. an. 342. num. 19.* adfuêre 80 Episcopi, vel plures, pendente indictione Romanæ Synodi, quod, *vt notat Baronius*, nefas erat, conuenerunt. dolo detinent Legatos Romani Pontificis. Ergò Iulius Romæ his perspectis, & cognita causa Athanasii, eum restituit Communioni, & Ecclesiæ: qui iudicio absolutus rediit Alexandriam. *Socrates lib. 2. cap. 12.* Absolutus est & Marcellus Ancyranus. *Vide literas Iulij ad Athanasium, Apol. 2.*

342 | 6 Iulij I. | 6 Constantij II. & Constantis, Constantini I. Magni Filiorum. | Constantius 3 & Constans 2

Constans è Pannoniis in Galliam pergens, debellat Francos, expellitque. Sed pace tandem constituta, reddit confœdetatos Romani Imperii. *Socrates lib. 2. cap. 13. Hieron. in Chron. Paulus Diaconus lib. 11. Sigonius lib. 5.* Gregorius ille Cappadox à Philagrio Præside in Sedem intruditur, pulso Athanasio, & ad cædem quæsito. *Athanas. Epist. ad Solit. & Epist. ad Orthodoxos.* De Arrianorum insolentia, *lege literas Iulij apud Athanasium Apologia secunda.* Vbi de Primatu Romanæ Sedis. Athanasius Romam refugit, *Athana. Apolog. ad Constantium.* Vbi hæsit per triennium. & Synopsin scripsit, rogante Constante. *Ibid.* Eusebius, dictus Nicomediensis, moritur: verè impius, & Arrianæ hæreseos Patronus. *Socrates lib. 2. cap. 9. 13.* secutæ sunt contentiones Constantinopoli mortuo Eusebio, sed reuocatum à populo Paulum, Constantius expulit: & Macedonium designatum ab Arrianis, distulit Episcopum admittere. *Socrates lib. 2. cap. 10.* Varij Episcopi vexati ab Arrianis, ex Oriente Romam veniunt, quos Iulius Ecclesijs restituit, literis obiurgans Orientales. *Socrates libr. 2. cap. 11.* Photinus Syrmij Episcopus (Marcelli Ancyrani, cuius causa adhuc dubia erat) discipulus, nouam promit hæresim, affirmans Dei Filium solum hominem esse. *Socrates lib. 2. cap. 14.* Constans tulit legem contra Sodomitas, *L. 3. Cod. Theodos. Constante 2, & Constantio 3 Coss.*

343 | 7 Iulij I. | 7 Constantij II. & Constantis Fratrum. | Placidus & Romulus.

Oriens hoc anno caruit Consule. Cæterùm characterem hic annus habet mortẽ Pauli primi Eremitæ, & humati à S. Antonio. *Hieron. in Vita Pauli.* hoc etiam anno orta est Persecutio in Christianos, apud Persas: quos illi cæde & tributo grauârunt. *Hieron. in Chron. Sozom. lib. 2. cap. 8.* Neocæsarea Thumaturgo illustris, euersa est terræmotu, excepta Ecclesia, & Episcopo. (rectiùs Episcopio, *vt rectè obseruat Scaliger* 2340.) *Hieronymus in Chronico* Constantius vincit Persas, & triumphat, *inquit Cedrenus.*

344 | 8 Iulij I. | 8 Constantij II. & Constantis Fratrum. | Salustius, & Leontius.

Durat Persica Persecutio. Martyres hic recenset *Baronius.* interim Arriani crebras cogunt Synodos. *Athanasius Orat. prima contra Arrian.* affectant artem dicendi. *Nazian. de Laudibus Athanasii.* Secundum Concilium Antiochenum celebrant, vbi nouam edunt fidei professionem, ad abolendam hæreseos suspicionem. Hanc professionem μακροστιχὸν appellant, id est, prolixam. *Socrates lib. 2. cap. 15. lege Athanasium libro de Synodis, & Sozom. lib. 2. cap. 10.* istam professionis formam, in qua omissum erat, CONSVBSTANTIALIS verbũ, reiecit Ecclesia Romana, asserens sufficere Nicænam. *Sozom. citatus.* reiecit & Mediolanensis Eccles. *Liberius Epistola ad Constantium, Tomo nono Bibliothecæ Sanctæ.*

345 | 9 Iulij I. | 9 Constantij II. & Constantis Fratrum. | Amantius, & Albinus.

Hoc anno Constantius, Nisibi ad Persarum limites consedit, in expeditione contra Persas. in quo bello, nullum prælium contra Saporem illi prosperum fuit, *inquit Eutrop. lib. 10.* de nocturno prælio ad Singaram Mesopotamiæ vrbem, de quo postea, *lege Festum, seu Sex. Rufum.* Gallus, & Iulianus adolescentes,

crine depositò inter Clericos profitentur, hoc, vt videtur, anno. De Mardonio, & Maximo Philosophis Ethnicis, Iuliani præceptoribus. *Sozom. lib.5 .cap.2.* hunc Maximum fuisse Magum, *testatur Eunapius.*

346 | 10 *Iulij 1.* | 10 *Constantij II & Constantis, Fratrum.* | Hic annus est ille quartus, cõmorantis Romæ Athanasij quo *ipse scribit in Apologia* se vocatum à Constante Mediolanum. Communiter notatur post Consulatum Amantij. hoc eodem anno indictum est Sardicense Concilium, idque operâ Iulij Papæ. *vtidem Athan. significat. lege Sozom. lib.3. cap 9. & Socrat. lib.2 cap.16.* Celebratur Concilium Agrippinense, seu Colonienſe: in quo damnatus dicitur Euphrates, illius sedis Episcopus, negans Christi Diuinitatem. Sed cùm sequenti anno functus sit eximiâ legatione ex Synodo Sardicensi ad Constantium, tota hæc condemnatio redditur aliquibus suspecta impostoræ. hoc anno Romæ, & alibi clauduntur Idolorum templa. *lege 4 de Paganis Cod. Theodos.* | *Constantius 4 & Constans 3.*

347 | 11 *Iulij 1.* | 11. *Constãtij II. & Constantis, Fratrum.* | De hoc Consulatu rectè notato, *lege Sozom. lib.3. & Socratem lib.2.ca.30.* celebratur Synodus Oecumenica Sardicensis, Episcoporum 300 ex Occidente, & 70 ex Oriente. *Athan. Apol.2, & Epist. ad Solitarios. Sozom.lib.3. cap.11. Socrat. lib.2. cap.15.* Sardica hæc Illyriæ ciuitas est, in confinio vtriusque Imperij, non verò Sardis Asiæ minoris. Errat *Gratianus dist 16.cap. 11* de numero Episcoporum. aderant Legati Iulii. *ex Athanasio Apol. 2.* Osius verò patronum agebat, rogans sententias. *ex Sozom. citato.* adsunt ex Nicænis Patribus Paphnutius, Spiridion, &c. adsunt Arriani: sed (vt conuenerant) ingressi vrbem, recedunt, timentes causæ suæ. *Theodoret. lib.2. cap.8. & Athanasius Apol.2.* citantur tamen. Tandem cognita causa; Athanasius innocens declaratur. Item Marcellus, & alij Ecclesijs restituti sunt damnatis & excommunicatis Arrianis. *Athan. Epist. ad Solitarios.* damnatus est & Photinus Episcopus. *Ephipan. hæresi 71.* literæ Synodi ad varios de hac re extant *apud Baron.* Sic *Athan. Apol.2 & Theodoretus libr.2, cap.8.* tamen decepti sunt *Theodoretus & Sozomenus* in Appendice falsò addita Epistolæ Concilij: imò & *Vigilius Episcopus Tridentinus*, qui putauit fidei regulam & professionem editam in hoc Concilio. Nam author est *Athanasius ad Antiochenos*, fuisse Patres contentos Nicæno Symbolo, ne apice quidem addito. Ediderunt verò Canones 21, quos explicat *Baronius.*

Cæterùm huic legitimo & vero Sardicensi Concilio, duo obfuerunt. Primò, quòd Marcellum, cùm esset Sabellianus, restituisset. Verùm constat *ex Marcelli Epistola apud Epiphanium hæresi 72*, eum ante, professione Catholicum fuisse. Si posteà delirauit, vel tunc hæresim occultauit, nihil hoc contra Patres Concilii. Secundum fuit nomen ab Arrianis impositum falsò: nam digressi indè Arriani, Conciliabulum suum habuerunt Philippis in Thracia: & illud publicârunt nomine veri Concilii, ac diuulgârunt vbique authoritate Constantii. Hinc *Augustinus contra Crescentium Donatist. libro tertio capite 34* absolutè Arrianum vocat Sardicense Concilium. hi ergo sunt, qui damnarunt Osium, & alios; ipsum etiam Romanum Pontificem. *Socrates lib.2.cap.36. Sozom.lib.2.cap.10.* Formulam fidei ediderunt, sine verbo CONSVBSTANTIALIS: extátque *apud Hilarium libro de Synodis.* Verùm cùm aliquas positiones Arrii damnassent, dicti sunt Semiarriani. *Epiph. hæresi 73.*

348 | 12 *Iulij 1.* | 12 *Constantij II. & Constantis, Fratrum.* | Sapores, post Nisibin ter, ac frustra obsessam, tandem potitur victoria contra Romanos apud Singaram, quam etiam cum aliis aliquot vrbibus recepit. *Hieronym. Chron.* Sub finem | *Philippus & Salleas.*

anni superioris, legati á Synodo Sardicensi ad Constantium destinati, Vicentius Campanus,& Euphratas Agrippinæ Episcopus; hoc anno, circa festum Paschale Antiochiæ calumnias patiuntur ab Arrianis,subornata meretrice. Sed detectâ fraude Constantius mitior factus, reuocat relegatos, ex Alexandria. *Athan. ad Solitarios Theod. lib. 2. cap.* 8. 9. 10. Constans Imperator, Paulum & Macarium Episcopos, mittit in Africam Legatos. restituuntres Africanæ Ecclesiæ, expulso Donato. *Optatus libro* 3, *Hieronym. Chron.* mox per Gratum Episcopum Carthaginensem Catholicum, (qui Sardicensi Concilio interfuit) celebratur Concilium,in quo inter alia, sublata est rebaptizatio Donatistarum: dictumque est hoc Concilium Carthaginense primum: scilicet ex ijs, quæ extant: alioqui priora fuêre. deturbatis Schimaticis Episcopis, & redditâ pace in Africa, hæc tempora Macariana vocat Augustinus, & sanè felicia, quæ durarunt vsque ad Iulianum. *Optatus Mileuit, lib,* 2.

Oriens hoc anno Consulem non habuit. Cùm Constantius premeretur bello Persico: timeretque á Constante fratre nouum bellum, qui ternis & minacibus literis scripsit pro Athanasio, (*Athanas. Apol,* 2. *& Socrat. lib.* 2. *cap.* 18.) restituitur tandem Athanasius. rediit è Gallia primùm Romam: indè Antiochiã. Denegata Arrianis Ecclesia ab Athanasio, *lege Sozomenum lib.* 3. *cap.* 19. Elusit enim Constantii petitionem, volentis Alexandriæ concedi Arrianis Ecclesiam: dùm ipse Athanasius similem Catholicis reposcit Antiochiæ.

In Occidente Vlpius, & Catullinus.

Habet hic annus mortem Constantis Imperatoris,restitutoris Africanæ Ecclesiæ: & quem laudat *Athanasius lib.* 2. *de Syn.* occisi à Magnentio Tyranno, Legato exercitus:Christiano tamen,& natione Gallo. *Socrates libro* 2. *cap.* 9. *&* 10. *Zosimus lib.* 4. *cap.* 1. *Hieronymus* verò *in Chron.* occisum ait in castro,cui Helenæ nomen,hodie Helna vocatur,apud Pyrenæos montes, in ipsis faucibus. Magnentius Augustoduni sumpta purpura, Decentium fratrem creat Cæsarem. *Zosimus libr.* 2. Vetranio, qui Illyricis, & Britanniæ præerat à militibus acclamatur Imperator. Et Romæ Augusti nomen sumit Nepotianus,nepos magni Constantini,ex sorore Eutropia; Sed 18 die occiditur, mandante Magnentio. *Zosim. lib.* 2. *Victor, & alij.* sic Galliis, Italia,& Africâ potitur Magnentius. Interim (licèt, Constantis morte,erectis & renitentibus Arrianis) Athanasius, iubente Constantio, rediit Alexandriam. *Apol.* 2, *& Epist. ad Solitar. Theodo. lib* 2 *cap.* 12. Vrsatius & Valens Arriani, apud Mediolanum conuersi, pœnitentiam agunt Romæ. *Athanas. ad Solitar.*

Sergius, & Nigrianus.

Hic annus,ob tyrannidem, transactus sine Consulibus, notatur post Sergij Cos. & nutante iam Imperio, Constantius, quòd nullos haberet liberos, Gallum creat Cæsarem, agês Antiochiæ. *Sozom. lib.* 1. *c.* 18. Gallus loculũ Babylæ Martyris,olim Episcopi Antiocheni,transfert in Templum Apollinis, expiatum: obmutescitque ibi deinceps Oraculum Daphniticum. *Sozom. lib.* 5. *cap.* 8. hinc *Chrysostomus* Babylam dixit Idoli κακὸν γειτόνημα. Sapores,hoc Imperii statu Tragico erectus, Nisibin obsidet;sed,amissis suorum viginti millibus,cogitur re infecta abire,&occurrere Messagetis,qui alia ex parte regnum inuadebãt. *Zonaras.* interim Constantius Sirmij Vetranionem redigit in ordinem, & exercitum præmittit contra Magnentium. floret Romæ Marius Victorinus. Ethnici,à Constantio in Tyrannos parãte exercitum, exuti militia; & expulsi vrbibus,circa pagos, Deos suos colentes,dicti sunt nunc primùm Pagani. *lege Theod. lib.* 1 *cap.* 3. Occasione huius legis Constantii, iubentis baptizari

Post Consulatum Sergii, & Nigriani.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.
349	13 *Iulij.*	13 *Constantij II. & Constantis, Fratrum.*
350	14 *Iulij.*	14 *Constantij II.*
351	15 *Iulij.*	15 *Constantij II.*

omnes qui militarent, Martinus adhuc Cathecumenus est baptizatus, ætatis anno 35. natus enim est anno Constantini II, *ex Greg. Turonensi, Hist. lib. 1. cap. 16.* Maximus Episcopus Hierosolymitanus moritur. *Hieronym. in Chron.* deinceps occupata est hæc Ecclesia ab Arrianis, & confusa successio: tamen Cyrillus, qui successit Maximo, scribitur Catholicus *à Nicephoro in Chron. Vide Hieron. de Scriptor.* quatuor Cyrillos Hierosolymitanos in Chronico ponit *Hieronymus*: quos etiam recenset *Baron. hic nu. 26.* certè ex his, author Catecheseon fuit Catholicus, vt eius scripta testãtur, & obijt an. 386. *vti noto ad eum annũ.* iterùm ab Arrianis vexatur Athanasius, *ex Apologia ad Constantium.* Paulo Episcopo Constantinopolitano prius pulso, iubente Constantio, nunc subrogatur Macedonius, *Socrates lib. 3. cap. 12. Sozom. lib. 3. cap. 8.* hic narrationis ordinem inuertit. breui Paulus strãgulatur ab Arrianis, *Athan. Apol. de fuga.*

Constantius 5. & Gallus Cæsar.

352. 16. *Iulii 1.* 16 *Constantini II.*

Magnentius è Galliis, & Constantius Syrmio, collectis magnis vtrinque copiis, occurrunt ad Mursam: vbi sequenti anno pugnatum est. Iulius Papa moritur pridiè Idus Aprilis. *Vaticani Indices.* Succedit Liberius Romanus, octauo Maij. Epistolæ aliquot, quæ verè sunt Appolinaris falsò ascribuntur huic Iulio *à Gennadio. lege Leontium de Sanctis, Tom. 9 Bibliot.* SS. PP. Liberius, acceptis literis ab Arrianis, petentibus Communionem, & ab Ægypti Episcopis pro Athanasio, negat Communionẽ, & legationem decernit ad Constantium. *Liberius Epistola ad Cõstantium.* Interim in Pannonia Vetranio, redactus in ordinem, placidè consenescit, in prædio Bithiniæ amœno. *Zosimus.*

I. *Liberius.*

Constantius 6. & Gallus 2.

353. 2. *Liberius.* 17. *Constantij II.*

Occidens caret Consule, ob bellum contra Magnentium. Pugnatur hoc anno à duobus Ducibus, Tyranno, & hæretico sed legitimo Principe, cruce vtrinque armatis. Ex hoc iam inter Christianos bello, ingens accepit vulnus Romanum Imperium: nam cæsis in acie ad quinquaginta millia ex lectissimis, nunquam deinceps potuit fines suos ab hostili incursione propugnare. Cæterùm vincit Constantius. Tyrannus Magnentius victus, meritas dat pœnas ob cædem Constantis. *Zosimus, Victor, Eutropius.* Murcæ primùm victus est: *Hieron. Chron.* (in Pannonia esse contendit *Scaliger anno* 2366) & postea Lugduni: Decentius Cæsar ad laqueum voluntariũ impulsus, ibi perijt propria manu. *Hieron. Chron. Ammianus, Marcellinus, & alij.* Sed Constantius totius Imperij Dominus euadens, factus est & solito insolentior, & Valentis dolo, Arrianis magis addictus. De apparitione Crucis Hierosolymis tempore huius victoriæ, *Zonaras libro 2. capite 14.* Confecto hoc bello, Constantius Arelate in Galliis agebat. *Ammianus libro 14, vbi ait,* Orientale Imperium nunc ab Isauricis latronibus, & Persis vexatum. Gallus Cæsar in Oriente Iudæos comprimit, igni traditis eorum ciuitatibus. *Aurelius Victor, Hieronymus Chron. Sozom. lib. 4 capite 6. Socrates libro 2. capite 33.* mittuntur Legati Liberii ad Constantium, qui exilium edixit, si quis non subscriberet in damnationẽ Athanasii. subscribunt plures, lapsi turpiter. *Athanasius Apol. ad Constantium, & Epist. ad Osium.* In Arelatensi Concilio nunc habito multi Episcopi Catholici mulctantur exilio, Paulinus. Rhodanius, & alij. *Ruffinus lib. 1. Seuerus lib. 2. Baron.*

A

B

Constantius 7. & Gallus 3.

354 3 *Liberij,* 18 *Constantij II.*

Missa secunda legatio, Luciferi Calar. Pancratii, & Hilarii, à Liberio ad Constantium Arelatem: impetratur sequentis anni Concilium Mediolanense, *ex literis ad Eusebium Vercell.* extant *in Actis Eusebij.* Constantius pace composita cum Germanis, venit Mediolanum, *Ammianus libro 14.* Nunc Romæ degebat Mineruius Rhetor Burdigalensis, præceptor Ausonij-

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			Hieronym. Chron. item Gennadius Rhetor. Ibidem florebant Anatolius clarus Orator, charusque Imperatori,& Proæresius, vt rex Eloquentiæ, statua Romæ donatus. *Sozom. lib. 6. cap.* 17. Porrò Athenis (vbi tunc studia valdè florebant) Musonius, item Homerius, & Libanius, præceptores Gregorij Nazianzeni,& Basilij. *Ex Sozomeno.* Gallus Cæsar, Constantio suspectus, qui (*ex Ammiano*) asperitate nimia, cũcta fœdabat in Istria, occiditur iubente Constantio. *Hieronym. Chron*, Ammianus *libro* 14, 15. vbi de Iuliano, qui etiam in suspicionem coniurationis venerat, euocato ab Imperatore,& iterum misso Athenas studiorum causa, tunc Gregorius agebat Athenis 30 annum, *ex Carmine de Vita sua*: ergò natus anno Christi 324, & ante Concilum Nicænum, quando pater adhuc Ethnicus erat.	
355.	4. *Liberij.*	19. *Constantii II.*	Concilium Mediolanense celebratur 300 Episcoporum, his Consulibus. Sed mutata est Synodus in seculare iudicium, Constantij consilio, & vi Tyrannica. cogunturque Episcopi, qui nolebant in Athanasium subscribere, exulare. inter exules, Lucifer Calaritanus, Pancratius, & Eusebius Vercellensis. Athan. *ad Solitarios, & Hilarius Epistola ad Constantium.* Liberius quoque tentatur, vt subscribat, sed recusans exulat, substituto Felice, Catholico quidem, sed communicante cum Arrianis. *Theodor. lib. 2. cap. 16. Ammianus libro* 15. *Hieronym. Chron.* Athanasius *ad Solitar.* Tentatur quoque,& resistit Osius Cordubẽsis, iam centenarius. Athanas. *ad Solitar.* Tunc ad Constantium scripsit,& liberè, Hilarius Episcopus Pictauensis, à quo tamen putatur abstinuisse, ob Barbaros irruentes in Gallias. creat Iulianum Cæsarem. cogitans Occidenti eundem præficere. Ammianus *libr.* 15. Rectè hoc anno *Socrat. Scaliger, & alij.*	*Arbitio & Lolliano.*
356.	5. *Liberii.*	20. *Constantij II.*	Sub hoc Consulatu pœnam capitis edicit Constantius in Idololatras. *Codic. Theodos. de mal. & Mathem.* & contra Apostatas. *libr. 6. de Paganis ibidem.* Athanasius vi pellitur Alexandria, substituto non quidem Gregorio Cappadoce ab Arrianis, *de quo supra* 341, sed Georgio, *inquit Baron. uum.* 11. *an.* 356. latetque in eremo, vsque ad obitum Constantii. *lege Apol. eius de fuga, & Epistol. ad Solitar.* ibidem latens, multa scripsit. scripsit etiam sua tunc Lucifer Calaritanus, latens in exilio. de loco latebrarum Athanasii non omninò constat. *legi potest Sozom. lib. 4. c.* 9 certè quod hic author de latebris apud Virginem scribit, falsum est. mortuus est in exilio Dionysius Mediolanensis Episcopus. Ambros. *epist. ad Vercell.* & Paulinus Treuerensis, anno 23 Constantii. *Hieronym. Chron.* habetur Biterrense Concilium, in quo Hilarius missus est in exilium, procurante Saturnino Episcopo Arriano Arelatensi. *vide Ruffinum lib. 1. cap.* 20. Constantius Romam venit, & triumphum agens de Magnentio, concessisse dicitur matronis reditum Liberii. *Theodoret. lib. 2. cap* 17. Martinus petit honestam missionem à bello. *Seuerus in Vita Martini cap.* 3.	*Constantius 8. & Iulianus Cæsar.*
357.	6. *Liberij.*	21. *Constantij II.*	Quadi, & Sarmatæ depopulantur Rhetias, (hodie Grisonũ Prouincia est) & Pannoniam: coactusque Constantius eò proficisci, hostes repressit ac repulit. tunc Curia vrbs Grisonum primaria extructa putatur. Iulianus primo Vere, incursantes Germanos Lugdunum vsque, primùm fudit. mox congregatos in vnum septem Alemannorum reges, ad Argentoratum excepit iustâ acie, & insignem reportauit victoriam. Captus est Chonodomarius Rex, acclamatusque Iulianus Imperator ab exercitu, quem tamen ille honorem nunc quidem recusat, *Ammianus lib.* 16 hanc valdè exaggerat victoriam *Zosimus.* Obeliscus in Circo maximo erigitur, Constan-	*Constantius 9. & Iulianus.*

tio nonùm Consule. *Ammianus lib. 17 sub initium.* Is nunc ante ædem Lateranensem est, opera Sixti Quinti. Victoria hæc Iuliani, occasio fuit Constantio claudendi Ianum, velut iam pacato Imperio.

Certum est (quicquid dicant *Socrates & Sozom.*) nunc habitum esse Sirmiense Concilium: quia lapsus Osij, qui tunc accidit, (*ex Athanasio ad Solitar.*) scilicet anno post exilium, non potuit antea accidisse. Resipuit moriens, *ex Athanasio ad Solitarios.* de subscriptione hac Osii, *Socrat. l. 2. cap. 26. Sozom. lib. 4. cap. 5.* lapsus est & Liberius, *ex Hieron. Chron.* per vim, *inquit Athan. ad Solitar. Vide Sozom. lib. 4. cap. 14.* Eum tamen non fuisse hæreticum, tuetur hoc anno Baronius. Liberius post subscriptionem in damnationem Athanasii, mox restituitur, consentientibus iam Arrianis. Cæterùm in hoc Sirmiensi Conciliabulo, damnãt Arriani Photinum. *Sozom. lib. 4. c. 5.* antea in Sardicensi damnatum. *Epiph. Hæresi. 71.* Sed & inconstantes fuerunt, pluribus editis fidei formulis. *Athanasius de Synodis. Vide Socratem lib. 2. c. 25.* affectabant Photini parum dissentientis ab Arrianis damnationem; vt viderentur Catholici. nam alioqui, Filij Diuinitatem omnes negabant. *Lucifer, de non parcendo in Deum delinquenti*; & cùm Filium Dei creaturam dicerent omnes, alij ante omnia, Photinus post omnia creatum dicebat; addebatque non fuisse ante Mariam Virginem. *Vide Epiph. hæres. 71. & 73. Vincent. Lerin. cap. 16. Sozom. lib. 4, cap. 5.*

Lapsi. — B

Sapores minacibus literis datis ad Constantium, repetit Mesopotamiam & Armeniam, fratrem se Solis & Lunæ nominans. Constantius Sarmatas & Quados, adhuc populantes Pannoniam & Mœsiam, vincit, & ad pacẽ petendam cogit, inde dictus Sarmaticus. Sirmiũ rediit, quò redierunt, re infecta, Legati ad Saporem missi de pace constituenda. Iuthungi, Alemannorum populi finitimi, Rhetias irrumpunt: quos missus eò Barbatio magister peditum, in fugam vertit. Iulianus, transacta Parisiis hyeme, Francos petit, quos Salios vocãt: qui sedes apud Texiandriã in Romano solo posuerant. hos subitò adorsus, cõpulit ad deditionem. mox Rhenum transgressus (domitis priùs Chamanis) damna grauia intulit Alemannis, coegitque ad pacẽ petendam. Ammianus Marcel. Constantius cùm Sirmium venisset, iussit ossa S. Andreæ Apostoli transferri ex vrbe Patris, Constantinopolim. *Hieronym. Chron.* Obiit S. Antonius Monachus. *Athanas. in eius Vita*: qui eius pallium accepit, latens adhuc.

Liberius restitutus, & communicans cum Arrianis, Romam venit; sed à Catholicis non recipitur, Felix, se ab Arrianis segregans, vt verus Pontifex salutarur. de hac perturbatione Romanæ Ecclesiæ *Sozom. lib. 4. cap. 14.* Felix interim Constantium damnat, & martytio coronatur. id ex plurium sententia, eaque probabiliori euincit hic *Baronius.* Sed Liberius etiam postea resipuit, vt dicetur. de Ariminensi Concilio decreto nunc, *vide Sozom. lib. 4. cap. 15.* Hilarius hoc anno (qui est tertius exilij, *vt ipse præfatur*) scribit librum de Synodis; vbi varias fidei formulas in potiorem ille sensum interpretatur: rem tamen piorum sententiæ subiicit. Nicomedia terræ motu concutitur. *Hieron. Chron. Sozom. lib. 4. cap. 14.* idque Cereali Consule, *ex Ammiano citato, & Aurelio Victore in Lucio Vero.*

Interim, dum Constantius in Illyrico pugnat contra Sarmatas: & Iulianus, iterùm rransgressus Rhenum, Alemannos ex improuiso adorsus, cogit ad pacem petendam; Sapores Mesopotamiam inuadens, Amidam vrbem expugnauit. *Ammianus Marcellinus lib. 19.* habet hic annus duo Concilia: Ariminen-

Anni Christi.	Anni Pont.	Ann Imp.		Consules
358	7 Liberii.	22 Constantii II.	Felix.	Tatianus, & Cerealis. — A / B
359	8 Liberii. I.	23 Constantij II. & Constantini I. Magni Filij.		Eusebius, Hypatius. — A

se, Episcoporum 400, *ex Seuero lib. 2.* & Seleucien se. *Athanasius de Synodis.* ea indixit Constantius, quando malè ei succesſerũt res in Oriente contra Persas. *Ammianus* in Ariminensi, vbi erant Occidentales Episcopi, damnantur Vrsatius, Valens, & alij Arriani: comprobaturque Nicæna fides. *Athanas. de Synodis, & Hilarius in Fragmentis nuper editis, quæ referuntur à* Baronio: nec aliud actum in Ariminensi Synodo legitima, missáque est legatio ad Constantium. *Athanasius supra, Sozom. lib. 4. cap.* 16. & hunc conuentum laudat *Ambrosius, Epistola* 32, *cum Athanasio, Hilario, & aliis.* Cæterũm post multos menses, illata vi Legatis, ad Constantium missis, & Episcopis moræ tædio, minis, & dolo, præsertim Valentis Episcopi victis, vincunt Arriani, & hæresim stabiliunt. *Seuerus lib. 2. Hieronym. contra Luciferianos:* addens ingemuisse tunc Orbem terrarum, *Athanas. Hilar. Ambros. citati. & Damasius apud Theodoretum lib. 2 cap.* 13. Pagus Italiæ à secessu Catholicorum Catholica indè vocatur, *vt habet Traditio,* est inter Ariminum & Pisaurum. Posthæc Liberius, qui resipuit, recusans subscribere, Vrbe pellitur iam secundò, *Sozom. lib. 4 cap.* 18. *Acta Liberij.* Gaudentius Ariminensis Episcopus Martyr pro fide Nicæna efficitur. *Acta.* alii exilio mulctati. hoc anno moriuntur Rhodanius Episcopus Tolosanus exul, *Seuerus lib. 2.* & Paulinus Episcopus Treuerẽsis, exul apud Phrygiam. *Martyrol. pridie Kalen. Septembris,* altera Synodus huius anni fuit Seleucien sis in Isauria, ferè 160 Episcoporum, cui interfuit Hilarius. *Seuerus lib. 2.* hîc contenderunt Acatiani (asserentes Christum omnis cum Patre substantiæ [expertem) aduersus Semiarrianos, assertores Diuinæ substantiæ in Christo, sed suo sensu, hoc est, ἀνευ ὁμοιότητος, seu absque Consubstantialitatis mentione, tantum ex similitudine. Acatiani damnati, veniunt Constantinopolim ad Imperatorem: vbi conuocatis 50 Episcopis, nouam & nonam iam fidei formam edunt: nomen quoque substantiæ tollunt; sicut anteá nomen substantiæ, damnatis Semiarrianis. *Athanasius de Synodis, Socrates lib. 2. c. 31. 32 33. Epiph. hæresi 73. lege Theodoretum lib. 2. c. 27* de habita disceptatione coram Imperatore. Interim eò perfertur Ariminensis formula, omninò pugnans cum hac Constantinopolitana. Sed (quod monstrum est) vtramque subscriptione firmant. vnam Occidenti, alteram Orienti designat Imperator. *Socrates citatus.*

360 | 9 *Liberij.* | 24 *Constantij II.* | Sapores Singaram vrbem vi capit: interim Iulianus in Galliis acclamatur Imperator, sed Constantius (cui res ea summoperè displicuit) cogitur occurrere Persis: vbi nihil ei feliciter succesſit. *Ammian. lib. 20.* Scoti & Picti inuadunt maiorem Britanniam, qua parte Romanis parebat. Sed Lupicinus Dux, à Iuliano missus, hostes repulit. Hilarius, qui tres obtulit Constantio libellos, petens vt differendo de fide auditretur contra Arrianos, iussus est quasi perturbator Orientis redire in Galliam. *Seuerus lib. 2.* & quidem hoc anno *ex Hieronym. Chron.* licèt *idem contra Lucifetianos*, dicat rediisse anno sequenti. ab hoc Hilarii reditu, *dixit Hieronymus,* Galliam caruisse monstris. | *Constantio 6. & Iuliano 3.*

A

Macedonius, dissentiens ab Acatio, (qui Filium Patri per omnia dissimilem ponebat) Filium dicebat saltem Patri similẽ in substantia: nunc etiam negat Diuinitatem Spiritus Sancti, noua hæresi. sic in deteriùs vergunt, qui semel errant in fide. consentiunt illi, quotquot ab Acatianis abdicati fuerunt: scilicet Eustathius, Basilius Ancyranus, &c. *Sozom. libro 4. cap. 26. Hieronym. de Scriptor. in Basilio.* Eleusius huius hæresis propagator fuit, & sectæ author putatus. *Nazianz. ad Nectarium.* Eudo-

B

xius,& Acacius conspirant in fidem Nicænam. *Sozom. libro 4. cap.25.* Eunomius Cyzici Episcopus, docet se Diuinam naturam penitùs nosse. *Theodoret.lib. 4 hæret. fab.* & fidem solam sufficere ad salutem, *ex Augustino de hæresibus cap. 54.* Meletius datus Antiochiæ Episcopus, conuertitur, & exulat. *Sozom. lib. 4. ca. 24.* conuocatur de hac re Synodus Antiochena vltima Arrianorum, sub Constantio, & omnium pessima. *ibidem cap. 28.*

361 | 10 Liberii. | 25 Constantii II. Constantini I. Magni Filii. Iulianus Apostata | Diffidens Iulianus posse se Constantium placare, statuit tandem aperto Marte occupare Imperium. Constantinopolim ergo properat, *ex Ammiano.* Sed Constantius regrediens ab inchoata expeditione Persica (pactis vtcunque induciis, cum Sapore) moritur in itinere. Historiam scribunt *Ammianus lib. 22. Victor, & Cedrenus.* accidit his Consulibus, *ex Rescripto tunc dato, L.16 de Episcopis, Codic. Theodos.* locus mortis est ad Tauri radices, & *ex Ammiano*, Mopsuestiæ; *ex Cedreno*, Mopsocrenis. *ex Hieronymo*, in Mopsi viculo: moriens, magno dolore hosti reliquit Imperium. *Epistola 3 ad Heliodorum.* | Florentius. & Taurus. A

Iulianus statim Christianam religionem solemniter abnegat. *Prudentius in Hymno 10 περὶ στεφάνων.* templa Deorum aperit. *Ammianus lib. 22.* Domesticos Cõstantij (hi Catholicos vexauerant) morti vel exilio afficit. *Ammianus lib. 22. Socrat. lib. 3. cap. 1.* vbi de nece Eusebij. & ad conciliandos animos, restituit Episcopos in exilium actos à Constantio. *Socrat. lib. 3 cap. 4.* Etiam Athanasium. *Hieronymus contra Luciferia. Tom 2.* Victorem Historicum, virum Consularem, hoc anno præfecit secundæ Pannoniæ. *Victor in Iuliano.* de Eustathio Sebasteno Monacho *consule hic Baronium.* magna certè hoc anno orta sunt Monachorum quorundam deliria, quæ tandem abierunt in hæresim. *de quibus Epiphanius in Anacephaleosi, & hæresi 40.* in his fuit hæresis Messalianorum, qui & Euchaitæ dicti sunt, id est, præcatores. hi, contemptis aliis omnibus, dicebant semper orandum. *Epiphan. hæresi 80.* tollebant ieiunia, & Sacramenta, *Theodoret. libro 4 hæret fab.* de similibus etiam nugis refutatis, *vide Concilium Gangrense sub Constantio, de quo supra.* | B

362 | 11 Liberii. 1. | 1 Iuliani Apostatæ. | Florere incipiunt viri illustres. ex his Catholicos (sed venire recusantes) inuitat ad se Iulianus, Basilium (*Iulian. Epist. 12*) & Cæsarium, Gregorii Nazianzeni fratrem (*Nazianz. Epist. 17*) coluit verò Philosophos, Oribasium, (*Eunap. in Vitis Philosophorum*) Libanium (*Iulian. Epist. 14.*) & Maximum. *idem Epist. 16.* sed ferè vt Magos. *Chrysost. orat. contra gentes*, qui etiam tunc fuit auditor Libanii de Acebolio nutante ad nutum Principis in religione, *Socrates*, & *Chrysostomus Sermone de Innocentibus.* | Mamertius & Neuitta, A

Labarum mutat Iulianus, sublata Cruce. *Sozom. lib. 5. cap. 16.* Prætorianos, quibus concredita erat Imperatoris salus, voluit esse deorum cultores. *Socrates lib. 3 cap. 11.* Valentinianus, Valens, & Iouianus, ne fidem proderent, Baltheum deponũt. *Theodoret. lib. 3. cap. 3. & Socrates lib. 4. cap. 1.* omnésque postea Imperium consecuti sunt, in præmium persecutionis. acta sunt hæc Constantinopoli. quicquid dicat *Sozom.* nunc contigit Basilij fuga. *de qua ipse Epistola 39, & 141.* laudatur à Libanio. *ibidem Epistola 143.* ordinatur Presbyter cum Nazianzeno, *epist. 11.* varios Basilios hic recenset *Baronius*, & aliquot Martyres. | B

Misopogon scribitur á Iuliano, (Idoliano, *ex Nazianz. orat. in Iulianum*) apud Antiochenos, qui desiderabant K. id est Cõstantinum, & bellum detestantur in X. id est, in Christum. *Socrates lib. 3. cap. 5.* ex Apollinis Daphnici templo, semouet Iu- | C

lianus Reliquias Babylæ,& mox templum illud celeberrimum diuinitùs combustum est. *lege Ruffinum libro 2. cap.* 36. *Socrat. Theodoret. & præsertim Chrysostom. orat. contra Gentes, Tom.* 5. Iulianus fœdat cibaria, & fontes Idolothytis Antiochiæ. *Theodoret. lib.* 3. *cap.* 14. de Gazensi persecutione, *Sozom. lib.* 5. *cap.* 8. Sebaste in Palæstina cremantur ossa Ioannis Baptistæ *Theodor. lib.* 8. *cap.* 16. Item & Elisei ossa, *ex Nicephoro lib.* 10. *c.* 13. Georgius Episcopus Alexandrinus Arrianæ factionis, necatur à Gentilibus. *Ammianus lib.* 22.

Athanasius redit Alexandriam. *Nazianz Orat. de laudib. Athanas.* vbi mox habetur Concilium, quo Sathanæ faucibus ereptus est Mundus, *inquit Hieronymus contra Luciferianos.* Eò perrexit Eusebius Vercellensis. *Ruffinus c.* 27. *&* 28. Statutum primò, de Lapsis recipiendis. *Ruffinus lib.* 1. *cap.* 28. Sopita cõtrouersia. an vna tantùm, vel tres hypostases essent in diuinis. *Socrates lib.* 3. *cap.* 4. rectè enim vtrumque, si vnam hypostasim dicen es intelligebant οὐσίαν. Stabilitur denique, & Nicæna fides,& Trinitas tota. omnia habentur *in Epistola, quæ est apud Athanasium ad Antiochenos.* confirmata porrò sunt à Romano Põtifice. *Athanas. Epist. ad Ruffinianum: extat ea in Nicæno Cõcilio secundo, articulo* 1. D

Atque hinc iam nata est dissensio Luciferi Calar. (qui per Legatos aderat Concilio) cum Eusebio: aut quia Eusebius electionem Paulini Antiochiæ improbabat, *ex Socrate lib.* 3. *c.* 7, aut quia Lucifer improbabat receptionem Lapsorum, statutam in eodem Concilio. *ex Seuero libro secundo.* separatque se Lucifer à communione recipientium Lapsos. indè Luciferianorũ Schisma. *Ruffinus lib.* 10. *c.* 30. rediens in Sardiniam, ibidem obiit sine pace Ecclesiæ. *Ruffinus citatus.* Hilarius Diaconus, confessione anteâ nobilis, & Luciferi socius, ad Schisma adiecit hæresim Anabaptismi. *Hieronymus contra Lucifer.* vbi eum vocat Orbis Deucalionem. Sanctum Hilarium Episcopum calumniatus est Ruffinus, vt nunc faciunt Centuriatores, putantes Luciferianum. Sed errant in nomine Hilarii Diaconi. *ex Hieron. contra Ruffin. lib.* 2 *cap.* 2.

Athanasius vexatus cogitur à Iuliano recedere Alexandria. *Sozom. lib.* 5. *c.* 14. tunc nauigio conuerso elusit insequentes, rediens Alexandriam, vbi delituit. Romæ excitatur Persecutio. de Gallicani, Ioannis, & Pauli martyrio, *Baron.* Vexatur aliquantulùm Africa, agentibus Donatistis. *Optatus lib.* 2. *cap.* 6. Iulianus, reuocatis priuilegiis, vetat Christianos docere. *Ammianus lib.* 22. quando Victorinus Rhetor coactus est cathedram deserere. *Augustinus lib.* 8 *Confess. cap.* 2. Dignitates prohibet dari Christianis. *Sozom. lib.* 5. *c.* 17. tunc enituit Victricius miles Confessor, & posteà Episcopus Rothomagensis. *Martyrolog.* 7 *Augusti.* E

363 | 12 Liberij. | 2 Iuliani Apostatæ.

Iulianus per Imperij Prouincias creat Præfectos, sed quales ipse optabat: & fauens Iudæis (sanè in odium Christianorum) Hierosolymorum Templum restaurare incipit, prodigiis tamen impeditur. *Ammianus lib.* 23. *lege Sozom. lib.* 5. *cap.* 21. *& Orosium lib.* 7. *c.* 30. Pergens primo Vere in Persas, auxilia multarum gentium oblata recusat. *Ammianus lib.* 23. vouet se post reditum immolaturum Christianos. *Hieronym. Chron.* Libanius Sophista, expectans Iuliani victoriam, irridens petiit à doctore Christiano, quid ageret Fabri filius? loculum, inquit ille, fabricat Iuliano. *Theodoret. lib.* 3. *c.* 18. *& Tripar. lib* 6 *c.* 44. in hac expeditione scribebat in Christum libros. *Hieronym. Epist.* 84. quos cõfutat *Cyrillus decem libris cõtra Iulianum.* tandem transgressus vrbẽ

Iulianus 4. *& Salustius,* A

Cteſiphontem, coniicitur incautus in locorum difficultates, ſed de certamine, & amiſſa victoria, *Ammianus* 24, & 25. *Zoſimus lib.* 3. *Eutropius in fine ſuæ Hiſtoriæ*. de morte Iuliani maxima eſt authorum diſcrepantia: præſertim à quo percuſſus ſit. *lege Nazianz.* Erat tum puer Hieronymus ſub Donato Grammaticæ auditor. *Hierony. in Habacuc cap.* 3. Baſilius accuſatur à Sabellianis ob Monachiſmum, vt author nouitatis. *Baſilius Epiſt.* 63.

Ionianus. Iouianus Primicerius, id eſt, Domeſticorum ordinis primus, eligitur Imperator, ſine vlla mora à Ducibus. *Ammianus li.* 25. vir verè Chriſtianus, excelſi animi, & qui noluit prius Imperiũ capeſſere, quàm milites ſe Chriſtianos clamaſſent. *Theodoret. lib.* 4. *c.* 1. *Sozom. lib.* 6. *c.* 3. Optimus & Orthodoxus Princeps, nõ tam Imperij quàm cladis hæreditatem conſecutus, vt exercitũ ſeruaret, pacem conceſſit iniquis conditionibus: nam Suza, quinque Tranſtigritanæ regiones, Niſibis, & Singara, tranſierunt in iura Perſarum: *Ammianus lib.* 25. *Nazianz. lib* 2. *in Iuli.* reſtituit cultum Chriſtianorum. *Sozom. lib.* 6. *c.* 3. hæreticis reſpondet, ſe contentionem odiſſe. Et ita eos pacat. *Socrat. lib.* 3. *c.* 20. & 21. B

Melerius, Acatius, & quidã alii, habito Concilio Antiochiæ 27 Epiſcoporũ, offerunt Iouiano fidei profeſſionẽ: ibique Nicenã fidem confirmatam credunt, *Socrat. lib* 3 *c.* 21. & *Sozom. lib.* 6. *c.* 4. tamen hæc Synodus, vt Arriana, *notatur à Hieronymo in Chron.* nec diſſentit *Athanaſius*: quibus certè potiùs deferendum, quàm Socrati. verba formulæ ſuſpecta sũt illa, ὅτι ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ πατρὶ. *lege Pontaci obſeruationem anno* 1 Iouiani. Illud ſaltem certum eſt, confirmatam fuiſſe Nicenam fidem in Synodo Alexandrina ſub Athanaſio. *Theodoret. lib.* 4. *cap.* 3. Athanaſius calumniis petitus apud Imperatorem (hæreticorum opera) iubetur tamen liberè viuere, & quo vellet, modo Eccleſias regere ſuas. *Epiphanius hæreſi* 68. *Sozom. lib.* 6. *cap.* 4. & 5. Imperator ſub finem anni Antiochia diſcedit, iturus Conſtantinopolim. C

364	13 *Liberii.*	1 *Iouiani.*	Hic annus eſt ille biſſextilis, *de quo Tom. primo c.* 19. *n.* 5. quo obiit Iouianus, nocturno & improuiſo caſu, *ex Ammian. Hierony. Chron. & Eutrop.* octo menſes imperaſſe *notat Victor.* Valentinianus è Pannonia oriundus (reuocatus ab exilio à Iouiano) magno conſenſu eligitur Imperator, quinto Kalen. Martii, vel ſexto Kalend. *vt Scaliger in Notis obſeruat*, proprer annum illum intercalarem. *Ammianus, Victor, Socrates lib.* 4. *cap.* 1. Eclipſin huius anni lunarem notat *Theon. lib.* 6 *ad Ptolem.* & rectè ait accidiſſe ann. 81 à Diocletiano creato Imperatore; vt noſtri hic anni expanſi docent. Valentem fratrem declaratum Auguſtũ, aſſumit conſortem Imperii. *Zoſimus lib.* 4. *Ammianus lib.* 26. Valentinianus Labarũ reſtituit: & ob frequẽtes Barbaros, audita Iuliani morte, vndique inuadentes Imperium, Valenti Orientem relinquit. *Ammianus lib.* 26. Mauri Africam vexant, Quadi Pannoniam, Germani Galliam & Rhetias, Scoti, Pictique Romanam Britanniam. Denique Procopius Tyrannus, cognatus, vt dicebat, Iuliani, inuadit Imperium Orientis fauentibus Gothis. Profeſſores literarum Chriſtiani reſtituuntur. *l.* 6 *Cod. Theodoſ. de Med. & Profeſſ.* Cæſarius Nazianzeni frater fit Quæſtor, & mox Comes rerum priuatarum. *Nazianz. Orat. de laudib. Cæſarii.*	*Iouianus Auguſtus, & Varronianus.* A
		1. Valentiniani 1. et Valẽtis.		B
365	14 *Liberij.*	2 *Valentiniani 1. et Valẽtis.*	Procopius Tyrannus, præliis, & felici ſucceſſu exagitat Valentem. *Marcellinus lib.* 26, & *Zoſimus lib.* 4. Valens, qui ſe Arrianæ dedit perfidiæ, rogatus permiſit Lampſacenum Conciliũ	*Valẽtinianus & Valens.* A

his Consulibus. Irrumpunt in Gallias Germani: & cùm proxima quæque Rheno loca diripuissent, redeunt domum impunè. præmissum in Gallias Dagalaiphum, peditum magistrũ, subsequitur Valentinianus.

De illo nunc Lampsaci in Hellesponto habito Concilio Lãpsaceno, *lege Socratem lib. 4. cap. 4.* Errat *Sozom. lib 6. cap. 7*, putans fuisse Catholicum: nam hæreticum *vocant* Basilius, *epistola 72, & 82, & Socrates citatus*: habitumque est à Semiarrianis, contra Arrianos deteriores, seu Acatianos. *de quibus anno 359.* quia tamen non agebatur contra Nicenam fidem, vocati sũt eò etiam Catholici aliqui. *Basilius epistola 79.* Damnata est professio Ariminensis, lataque sententia in Acatium, & Eudoxiũ. *Socrates lib. 4 cap. 4.* addita tamen est in hoc Concilio negatio Diuinitatis Spiritus Sancti, ex sententia Macedonii. *Socrates ibidem.* missi dicuntur à Concilio Legati ad Liberium, mentientes se fidem Nicenam recepisse, & sic dolosè ab eo impetrarunt communionem, ac restitutionem quorundam Episcoporum. *Socrates lib. 4. cap. 11.* At malè saltem notat annum legationis post triennium fuisse, si ea ad Liberium fuit. colligit Sigonius *libro 7, anno 166*, Macedonianos, qui transire ad fidem Catholicam decreuerant, pacem à Liberio accepisse: deceptionis tamen non meminit. Hoc anno contigit terræmotus ingens, & mira inundatio matis, *ex Ammiano*, qui notat hos Consules, & annum. *Hieronym. in Chron. & in Vita Hilarionis.* B

366 | 15 Liberii. | 3 Valentiniani I. et Valētis, | Extinctis hoc anno Procopio, & consanguineis Iuliani, emarcuit quidem gentilitas: at infelix Valens euadens Arrianus, vxoris Arrianæ blanditiis, baptizatur ab Eudoxio, *Theodoretus libro 4, cap. 11. Ammianus lib. 27.* Procopius ergò Constantinopoli, Valens Antiochiá in Phrygiam veniunt, iustaque acie pugnatum est. Victus quidem Valens discessit, exeunte Maio, sed postea Procopius à suis Ducibus victus ad Valentẽ perductus, capite truncatur, 12 Kalend. Augusti. *Ammianus & Zosimus*, Germani iterùm Gallias repetentes, vincunt, & vincuntur tandẽ à Valẽtiniani nouo Duce Iouino. *Ammianus l. 26.* Gratianus, & Dagalaiphus. A

Ad fidem Orthodoxam propugnandam veniunt ex eremo Basilius, & Gregorius. *Nazianz. Apol. 1, & epist. 19 & 14.* Hic Gregorius filius, rediens fit patri Gregorio adiutor, Nazianzi. Non verò Episcopus, vt aliqui putant. *lege Baron.* Basilius redit in gratiam cum Eusebio Episcopo Neocæsarienſi, erga quem posteá tantâ fuit obseruantiá, vt extinxerit omnem præteritam suspicionem. *Nazianzen. Orat. de laudibus Basilij.* Concilium in Caria ab Arrianis celebratur, receptaque est professio Antiochena. *Sozom. lib. 6. cap. 12.* moritur Acatius. *Hieronym. in Acatio.* floret Themistius Philosophus & Orator. nascitur Valentinianus Iunior. *Socrates lib. 4. cap. 9.* Basilica, dicta Liberij, in monte Exquilino, quem annum habeat, incertum est. rem ipsam describunt, *Sigonius lib. 7. anno 366, & Baron. anno sequenti.* Paulus Aigineta Medicus floruisse putatur circa hæc tempora. B

367 | 16 Liberii. | 4 Valentiniani I. et Valētis. | Valentinianus Gratianum filium Augustum creat, ac sociũ Imperij. Eodem anno expeditionem ducit feliciter in Alemannos, misso Theodosio peditum Magistro contra Scotos & Pictos; qui occisis Romanis Ducibus Britanniam penè occupauerant. Theodosius, fugatis aliis, Scotos etiam ad suas paludes redegit, *vt narrat Sigonius hoc anno, ista persequens; post Ammianum lib. 27. Socratem lib. 4. c. 10. & alios.* Lupicanus, & Ieuinus. A

Iam moritur Liberius quinto idus Septemb. Nam nunc cõtigit Schisma contra Damasi successoris electionem, *ex Am-*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules
			miano lib. 27. scilicet sub Præfecto Vincentio, cuius Præfectura incidit in Consules huius anni. *ex L. 3 de Indulgentiis, Cod. Theodos.* Liberium laudant Patres, *Ambrosius lib. 3 de Virginitate: Basilius Epist. 74. Epiph. hæresi 75.* Post sex dies eligitur Damasus, Hispanus: & legitime, vt omnes consentiunt: posteâ tamẽ acclamatur eodem anno in Schismate Vrsicinus. *ex Ammiano lib.* 27. vbi homo Ethnicus res nostras ignorans, taxat luxum Romani Pontificis, quem patronum sedulò quæsitum habent in honore nostri temporis hæretici.	B
		1 Gratianus	Marcellino & Iustino Schismaticis, Vrsicini fautoribus, non esse credendum contra Damasum, *docet Ruffinus lib. 2. c. 10.* Damasum etiam laudant: *Hieronymus in Chron. & epistola 50. Socrat. lib. 4. cap. 24. Sozom. & aly.* à Valentiniano, nunc Gratianũ filium creatum Cæsarem & Augustum, *testantur Socrat. lib. 4. c. 10. & Ammianus lib.* 27. Grando & fames vexant Orientem. *Socrates ibidem, Hieronymus in Chron. & Nazianz. Orat. de plaga grandinis.* miræ magnitudinis grando, λίθοις ἐμφερής, *inquit Socrates. cap. 10.*	
368	2 Damasi I	5 Valentiniani I. et Valẽtis. 2 Gratiani.	Terræmotus Nicæam Bithyniæ concutit. *Socrates lib. 4. cap. 10.* contigit 11 Kalend Octobris, sub hoc Consulatu. obiit Cæsarius, & orat Nazianzenus pro mortuo. *Nazianz. Orat. de Laudibus Cæsar.* Vrsicinus Schismaticus Vrbe pellitur. *Ammianus lib. 27.* mortuo Donato Episcopo Carthaginensi, substituitur Parmenianus, eiusdem sectæ: in quem scripsit Optatus, in Numidia Episcopus. Diuersus est hic Optatus à tribus aliis Optatis Donatistis, qui eodem tempore vixerunt.	*Duo Augusti, Valẽtinianus, & Valens 2.*
369	3 Damasi I.	6 Valentiniani I. et Valẽtis. 3 Gratiani.	Agon Constantinopoli à Valente redditus scribitur, *apud Hieronymum in Chronic.* ludicra Paganica indicat esse *Cedrenus*, quo tempore Olybrius Præfecturam Vrbanam gessit. *L. 1. Codic. Theodos. de fructibus, & lit. expend.* successit Anitius Probus, *Ammianus lib. 27*, qui Ambrosium præfecit Æmiliæ, annorum tunc 36. Hilarius hoc anno 10, à Concilio Arim. *de quo 359*, agebat Mediolani contra Auxentium. *Hilarius Epist. contra Auxentium*: ergò non nisi hoc anno moritur Hilarius, quicquid dicat *Gregorius Turon. Histori. libro 1. capite. 39.* De eius Scriptis, *Hieronymus in Hilario.* Vitam scripsit *Vincentius Fortunatus. Vide Sozom. libro 3. cap. 14 & 18, & Claudium Mamertum de statu animæ libro 2.* vbi nævos notat Hilarij. Romæ in Concilio 90 Episcoporum, damnatur Auxentius. *Sozom. lib. 6. cap. 23.* sed fauente Imperatore, non nisi morte abdicari, deponique potuit, id est, post quinquennium. Basilius substituitur morienti Eusebio Episcopo Cæsareæ Cappadociæ: nempe nouem mensibus ante Concilium Antiochenum. *Gregorius Nyssenus Epist. ad Olympium.* hic Gregorius Nyssenus Basilij frater, in dicendi facultate par veteribus habetur: non tamen constat, quo anno Nyssæ Episcopus factus sit. *Baronius.* Sapores Persarum Rex, ruptâ pace, Armeniam inuadens, Arsacem Regem Christianũ captum enecat. *Ammianus lib. 27.*	*Valentinianus puer, & Aurelius Victor.* A B
370	4 Damasi I	7 Valentiniani II. et Valẽtis 4 Gratiani	Finitur Gothicum bellum triennale, sub Valente contra Athanaricum, redemptâ pecuniis pace. *Ammianus lib. 27.* Gothorum Historiæ nunc notant inchoatum Gothicum regnũ, sub hoc primo rege Athanarico. Theodosius missus à Valentiniano contra Alemannos, editâ ingenti strage, captiuos abducit in Italiam plurimos. *Ammianus libro 28. Orosius.* Notatur etiã hic annus ex inchoata Persecutione Valentis, Edicto edito in aduersantes Episcopos. *Sozom. libro 6, capite 12.* Athanasium quidẽ, Paulinum Antiochenum & Epiphanium, reueritus putatur Imperator. Sed alii multi in exilium pulsi.	*Valentinianus & Valens 3.*

Hieronymus Epistola 61. Sozom, libro 6. cap. 7. de hac Persecutione *lege Theodoretum lib. 4. capite* 12, 13. *&* 14. vbi de exilio Eusebii Samosatheni. *lege etiam Basilium Epistola* 8. *&* 12 de pulso Gregorio Nysseno. Impeditur Valens diuinitùs ab exilio Basilij. *Theodoretus libro* 4. *capite* 17. *Socrates lib. 4. capite* 21. quæstiones habitæ in scrutantes de vita Imperatoris: & neci dantur omnes quorum nomina initium habebant, *Theodo. Sozom. lib 6. capite* 35. *Ammianus lib. 29. Socrates lib. 4. capite* 19. *&* 25. occisi alii etiam Philosophi. *Zosim. lib. 4.* quin & Maximus Philosophus Iuliani moderator. *Ammianus lib.* 29. Gothi longè antea Christiani Catholici (*ex Augustino de Ciuitate libro* 18. *cap.* 52.] nunc orto ibi bello, inter Athanaricum & Phrytigernem, cui fauebat Valens, multi euaserunt Arriani. *Orosius lib. 7. capite 7. & Theodoretus libro* 4, *capite vltimo.* quando etiam ibidem orta est Audianorum hæresis. *de qua Epiph. hæresi* 70.

371 | 5 Damasi I. | 8 Valentiniani I. et Valētis. 5 Gratiani.

Theodosius Iunior, postea Imperator, nunc Mœsiæ Dux Sarmaas pellit: & Theodosius pater Arelate in Africam mittitur contra Firmum Tyrannum in Mauritania. *Victor & Ammianus lib.* 29. Vrsicinus cum sociis Schismaticis, Marcellino Presbytero, & aliis exulat, *ex Rescripto, quod extat apud Baronium.* Basilius, visitans Armeniam minorem, recipit Eustathium Catholicum se profitentem, quo nomine in inuidiam est vocatus *Basilius epistola 6. in addit.* sed ille rediit breui ad vomitum. *Basil. epist.* 15. *in addit.* Traducitur Basilius, vt malè sentiens de spiritu Sancto. *Basilius epistola* 73. *Nazianz. epistola. 26. lege Basilium ad Amphilochium capite* 1. 7. 25. *&* 29.

Gratianus 2, & Anicius Petronius Probus.

Basilius Gregorium iuniorem, scilicet Nazianzenum, renuentem ordinat Episcopum Sasimorum. *Nazianz. Orat. ad ad patrem, & Carmine de vita sua*, nec alterius vrbis Episcopus fuit. *Nazianz. Epistola* 42 *ad Gregorium Nyssenum.* Meritò miratur *Baronius* cur trium Sedium habitus sit Episcopus. nunquã ergò Nazianzi Episcopus fuit Gregorius iste iunior, dictus Nazianzenus: sed patris ibi coadiutor, quamdiu viuebat, nec diutiùs, *ex Nazianzen. Oration. octaua. quæ est ad patrem. lege Epistolam quadrageſimam ſecundam & ſexageſimam quintam de Cœlibatu patris. late hic Baronius.* Certè antequam esset Episcopus, genuit Gregorium hunc iuniorem, imò antequam esset Baptizatus pater. *Nazianz. Orat. de funere patris*, quicquid in Carmine poeticè dicat idem filius, scribens patrem priùs operantem sacris, quàm ipse nasceretur.

Οὕπω τοσοῦτον ἐκμεμέτρηκας βίον,
Ὅσος δέδηλθε θυσιῶν ἐμοὶ χρόνος. *Num.* 35.
Nondum tot anni sunt tui,
Quot iam in sacris mihi sunt peracti victimis.

Sed *vide supra ad annum Christi* 354. Eusebius Vercellensis diem claudit. *Hieronymus in Chron.* sed an Confessor, an Martyr variant plurimum Scriptores. Luciferiani infensi redeuntibus ad communionem, secedunt vt Schismatici in Hispaniam. *Hieronymus contra Lucifer.* Putantur hoc ipso sæculo, quo cœperũt, extincti.

372 | 6 Damasi I. | 9 Valentiniani I. et Valētis. 6 Gratiani.

Florent Hieronymus, & Euagrius Hieronymi comes. Ruffinus & Melania petegrè eunt in Ægyptum. *Hieronymus epistola quinta & 41. Ruffinus lib. 2. cap. 4.* sequente anno Hierosolymam. *Hironymus in Chron.* de vita Hieronymi *Baron.* Hoc anno consulit Hieronymus Damasum, vt Sedem veritatis, de tribus hypostasibus. *Epistola* 57, *&* 58. scribit priorem Commentarium in Abdiam, agens iam annum 30, *vt ibidem in Præfa-*

Modestus, & Arintheus.

ione. vixit annos 78. Obiit Gregorius, pater Nazianzeni, annò ætatis ferè 100. *Nazianz. Orat. de funere patris.* moritur & Athanasius Alexandriæ, creatus Episcopus anno Christi 326. *lege Nazianz. de Laudibus Athanasii.* subrogatur Petrus Episcopus Orthodoxus, sed breui eiicitur. *Theodoret. lib. 4 cap. 18. 19.* Vita cessit Hilarion annorum 80. *Hieronymus in eius Vita.* Epiphanius primùm monachus Palestinus, post Episcopus Salaminæ in Cypro, in notescit. *Sozom. lib. 6. cap. 32.* de Didymo Alexandriæ Monacho cæco & erudito: qui Melaniæ, doctrinam Origenis instillauit, *lege Ruffinum lib. 2. cap. 7. Sozom. lib. 7. cap. 14, & Theodoret. lib. 4. c. 27.* Moyses ex Monacho Episcopus, Saracenos conuertit ad fidem. *Ruffinus ibidem cap. 6, & Sozom. lib. 6. cap. 38.*

373 | 7 Damasi I. | 10 Valentiniani I. et Valētis 7 Gratiani. | Quadi & Sarmatæ, ob Gabinium eorum regem à Valentiniano occisum, correptis armis, inuadunt, Duce Perca, Prouincias Imperii, vsque Aquileiam: & magnis onusti spoliis regrediuntur. *Ammianus libro vigesimo nono.* Hunni è Scythia Asiatica oriundi, Mœotidem transgressi, inuadunt Ostrogothos, & demùm Gothos omnes (hos Gothos, olim Getas & Scythas Europæos nominabant, cis Tanaim & Mœotidem habitantes) ac post annos aliquot, circiter 25, Pannonias occuparunt. *lege Iornandem de rebus Geticis, à capite vigesimoquinto, & deinceps, & Sigebertum.* Petro Alexandrino Episcopo adhuc Romæ commorante, Damasus Romæ Concilium cogit, damnatque Apollinaristarum hæresim, cum authore & assectis. *Sozom. libro sexto, capite vigesimo tertio, vigesimo quarto. Theodoret. capite decimo & vndecimo.* carnem solam sine mente assumptam à Christo dicebant, inter alia absurda. historiam lege *apud Theodoretum lib. quarto fab. Hieronym. ad Ocean. epistola vigesima secunda & Nazianz. epistola prima ad Cledon.* Christum esse hominem Dominicum, fuit vox Apollinaristarum. *Nazianz. ibid.* Et non vsurpanda, *ex Augustino Retractatiō. lib. 1. cap. 19.* Collyridiani hæretici, beatam Virginem vt Deum colebant. *Epiphan. hæresi septuagesima octaua.* Firmus Mauritaniæ Regulus, exercens tyrannidem in Africa, extinctus est opera Theodosii, patris Theodosii Imperatoris. *Victor, & Ammianus sub finem lib. 29.* & tamen ab ingrato Imperatore Valente, iubetur iniustè occidi, moriturque vir optimus. *Orosius lib. 7. cap. 33.* Putatur Valens hic timuisse illud *Theod.* de quo 370. Quadi & Marcomanni Aquileiam obsident. *Ammianus.* | Valentinianus, & Valens Augusti.

374 | 8 Damasi I. | 11 Valentiniani I. et Valētis 8 Gratiani. | Hic annus est Diocletiani 90. rectè his Consulibus consignatus *ab Epiph. sub finem Anchorati.* Mortuo Auxentio Episcopo Arriano Mediolani, substituitur Ambrosius; post fugam inuentus, baptizatur: erat enim catechumenus, & post dies octo ordinatur. *Paulinus in Vita Ambrosii, Hiero. in Chron.* eius electio aliquantulum præter Canones facta, approbatur abundè per Episcopos. *Ambr. Epist. 82 ad Vercellen.* in Gallia celebratur Concilium Valentinum. *Tomo 1 Conciliorum.* pauci extant Canones. | Gratianus 3. et Aequitius

375 | 9 Damasi I. | 12 Valentiniani I. et Valētis. 9 Gratiani. | Ἀνυπάτευτος ἔτος. sanè *ex Hieronym. in Chron.* caret ordinariis. Sanctus Martinus creatur nunc Episcopus, impetrat à Valentiniano quæ vult, non sine miraculo. *Seuerus Dialog. lib. 1. c. 6.* Valentinianus subita sanguinis eruptione moritur, Quadorum respondens legationi in Illyrico. *Victor.* Gratianus anno Christi 367 nuncupatus Augustus, nunc incipit solus imperare cum Valente. *Hieronymus in Chron. Ammianus lib. 30. Socrates lib. 4. cap. 26* Valens cogit Monachos ad militiam. *Hieron. in Chron.* Ambrosius in suo munere obeundo, accepit à Damaso Simplicianum, doctissimum & sanctum adiutorem, ac | Post Consulatum Gratiani, & Aequitii.

monitorem. *Augustinus Confessionum libro octauo capite secundo, lege Ambrosium Epistol. secunda.* quotidiè Sacrificium celebrat. *Epistola ad Sororem.* à tribus abstinebat, scilicet ne vlli vxorem quæreret, ne vlli suaderet militiam, & ne apud vllum accederet ad conuiuium. *Paulin. Possidius cap.* 27. Photinus Hæresiarcha moritur. *Hieronym. in Chron.*

376 | 10 Damasi I. | 13 Valentis 10 Gratiani. 1 Valentiniani II. Iunioris.

Valentinianus Iunior, post obitum patris Valentiniani, consors Imperii à Gratiano fratre factus, adhuc puer imperat, & in Italiam venit his Consulibus. *Hieronym. in Chron.* Eius electionem prius factam à Ducibus, probauit Gratianus: & sic Occidens duos accepit Imperatores: quadrimum aliqui faciunt nunc, istum Valentinianum: quem tamen anno 366 natum *prodit Socrates lib. 4. cap. 9.* vt ad eum annum obseruaui. Hunni descendunt in regiones Gothorum. Gothi verò, permittente Valente, in Thraciam veniunt, promittentes se Romani Imperii fines defensuros. *Iornan. cap. 25. Ammianus libr. 31.* sed res hæc magno damno fuit Romano Imperio.

Valens 5 & Valentinianus, Iunior.

377 | 11 Damasi I. | 14 Valentis 11 Gratiani. 2 Valentiniani II. Iunioris.

Gothi in Thraciam admissi à Valente: sed duriter excepti à Maximo & Lupicino Valentis ibidē Ducibus, & sic compulsi ad arma, vastant Thraciam: acceptisque copiis auxiliaribus ab Hunnis, & Alanis, sedes ibi figunt. *ex Ammiano libr. 31. Hieronymus in Chron.* imó ab eo tēpore *Iornandes cap. 26*, putat eos ibi non vt aduenas, sed vt rerum dominos hæsisse. *lege Sigonium lib. 8 initio.* hic Ammianus finit in Valente suam Historiam. Damasi iussu Petrus Alexandrinus recipitur à suis. *Socrates lib. 4. cap. 3.* Augustinus nunc ætatis ann. 23 auditor est Manichæorum quatuor annis. *Augustinus Confess. lib. 4 cap. 1. & libro 3. cap. 6.* natus anno Christi 355. *Augustinus de Vita beata initio.* Ambrosius nunc scribit de Virginitate.

Gratianus 4. et Merobaudes.

378 | 12 Damasi I. | 15 Valentis 12 Gratiani. 3 Valentiniani II. Iunioris.

Basilius obiit Kalendis Ianuarii. *Nyssenus Epistola ad Olymp. de obitu Macrinæ.* Amphilochius vitam scripsit, sed ibi vera falsis permixta sunt. moritur Ephrem Edessenæ Ecclesiæ Diaconus. *vide Hieronymum in Ephrem.* Paulinus eius discipulus, acris ingenii, sæpe monitus à Magistro, vt cautè ageret, factus tandem hæreticus. *Gennad. de Viris Illust. cap. 3.* Gratianus Alemannos in Galliam erumpentes vincit apud Argentariam. *Ammianus libro 31, Sigonius libro octauo.* Valens non expectatis copiis à Gratiano victore, iniit in Thracia prælium contra Gothos, à quibus vincitur prope Adrianopolim, & viuus concrematur. *Iornandes cap. vigesimo sexto. Ammianus libro trigesimo septimo. Ruffinus libro secundo, capite decimotertio.* mortem prædixit absens Monachus Isaacus, *ex Niceph. libro vndecimo capite quinquagesimo.* Gothi Constantinopolim obsident. *Ammianus ibid.*

Hic declinantis Romani Imperii initia *notant Hieronymus & Ruffinus.* nunc tamen Gothi obsidentes Constantinopolim repelluntur à Saracenis, & mox à Theodosio (quem eò misit Gratianus) pulsi è Thracia: *vt notat Prosper initio Chron. Socrates libro quinto, capite secundo. Sozom. libro quarto, & Paulus Diaconus libro vndecimo.* cessit Imperium Gratiano & fratri, extincto impio Valente. Gratianus restituit exules Episcopos. Hi iam (hoc est nono mense post mortem Basilii) cogunt Concilium Antiochenum. *Nyssenus Epist. ad Olympium, apud Socratem libro quinto, capite duodecimo.* in hoc Concilio stabilitur concordia inter Antiochiæ Episcopos, Meletium & Paulinum, vt ambo regerent: firmaturque recta fidei regula. *ex Epistola ad Damasum apud Theodor. lib. 5. c. 9.* rem narrat rectiùs *Socrates*, nam *Theod.* nimis Meletio addictus, falsa miscet. Eusebius Samosat. fit Martyr. *Martyr. 21 Iunij. Theodor. lib. 5 cap. 4.* Hieronymus patitur calum-

Valens, & Valentinianus. A B

nias, refugiens tres Hypostases. *Hieronym. epist.* 77. ordinatur Presbyter à Paulino Antiochiæ Episcopo. *Hieron.* Epist. 61. nulli tamen Ecclesiæ adscribi se passus est. *Hieronym. ibid.* hinc aliqui Cardinalatum eius confutant. Nazianzenus missus à Concilio ad Constantinopolitanam Ecclesiam iuuandam. *Ruffinus libr. 2. cap. 9.* vixit tunc Simeon Stylita.

379. | 13 Damasi I. | 13 Gratiani. 4 Valentiniani II. Iunioris. 1 Theodosij I

In hunc annum incidit Consulatus Ausonij: quem magistrum hoc honore effecit Gratianus. *Auson. grat. act. pro Consulatu.* Gratianus Imperatorem creat Theodosium annorum 33 in publicis comitiis militaribus. *Socrates libro quinto, capite duodecimo.* factum hoc laudat *Augustinus de Ciuitate lib. 5, capite 25.* Theodosius Orthodoxus Princeps, Gothos vincit, pellitque è Thracia. *Sozom. libro quinto, capite quinto.* Sed ponit hanc victoriam ante electionem Theodosii ad Imperium. Cæterùm *narrant Sozom. & Synesius* admissos quosdam Gothos ad militiam Romanam: *addit Zosimus*, dispersos fuisse in varias Prouincias, ne nocerent. quâ arte detectâ à Gothis, scribit clam conuenisse, & tantum non cepisse Imperatorem, captaque ingenti præda abiisse trans Danubium. Gratianus vicit Alemannos in Gallia. *Sozom. libro 7. capite 4.* Sicque tandem per hos pios Principes restitutum est Imperium. Hieronymus ex Syria venit Constantinopolim: fitque discipulus Nazianzeni. *Hieronymus in Nazianzeno, & Epistola secũda.* vbi de voce δευτερόπρωτον. *vide an* 32. linguis superior erat Hieronymus. Latinam ignorabat Nazianzenus. *Nazianz. Epist. 71 ad Posthumianum.* Maximus Philosophus, olim Cynicus, nunc Christianus, dolosè inuadit Episcopatum Constantinopolitanum. Sedebat ibi Episcopus Arrianus, sed Nazianzeno adiutore & legatum agente. *Nazianzen. Oratio. in Maximum; Hieronymus in Maximo, & in Nazianzeno.*

Ausonius Gallus & Olybrius. A

B

380 | 14 Damasi I | 14 Gratiani. 5 Valentiniani II. Iunioris. 2 Theodosij I

Pulsis Gothis, seu potius Visigothis, Theodosius, dùm curat muniri vexatas ab hostibus vrbes, incidit in periculosum morbum, quo accepto nuntio, recurrunt Gothi partim in Thraciam, Macedoniam, Achaiam, & Epirum, duce rege Fridigerne, partim etiam in Pannonias: sed superueniens Gratianus, hostes repellit, pace tandem cum ijsdem composita: quam postea Theodosius recuperata veletudine, illibatam seruauit. *Socrates lib. 5. Prosper, & Iornandes capite 27.* Eodem anno regressus in Occidentem Gratianus, Alemannos, denuó Galliam vexantes repellit, & castigat. *Socrates libro quinto, capite septimo.* Migrat ex hac luce Sapores Rex Persarum: succedit Artaxerxes frater. *Agathias.* Hoc eodem anno baptizatur Theodosius ab Acholio Episcopo Thessalonicensi, *Socrates libro quinto, capite sexto.* Promulgatur lex aurea Theodosii pro fide contra Arrianos, *l. secunda de fide Cathlic. Codic. Theodos.* Maximus detectus, rediit Alexandriam. *Nazianzen. in Carmin. de Vita.* Fauet Nazianzeno Damasus, & Theodosius eidem Ecclesiam dedit Constantinopoli. Thronum tamen ille non admisit. *Nazianzen. in Carmin. de Vita.* diem clausit Petrus Alexandrinus, substituto Timotheo fratre, *vt colligitur ex l. secunda de Hæreticis, Codic. Theodos.* Theophilus, postea illius Ecclesiæ Episcopus, iam Cyclum Paschalem scribit centum annorum. *Leo Epistola sexagesima quarta.* Iustina Augusta Arriana est, & quid cum Valentiniano iuniore filio, moliatur in Ambrosium, *scribit Paulinus in Vita Ambrosii.*

Theodosius, & Gratianus, Augusti.

381 | 15 Damasi I. | 15 Gratiani. 6 Valentiniani II. 3 Theodosij I. | Eucherius, & Syagrius. A

Mortuo Rege Fridigerne, Athanaricus à Vvisigothis electus successor, venit Constantinopolim ad confirmandam pacem, cum Theodosio priùs initam: honorificè excipitur, & breui ibidem morbo extinctus, regio apparatu sepelitur. Quæ res adeò Vvisigothorum deuinxit animos, vt ab hoc tempore dicti sint confœderati Romani Imperii. *Prosper, Marcellinus Comes Zosimus, & Iornandes capite vigesimo octauo.* putant aliqui mansisse eos sine Rege, vsque ad obitum Theodosii. *ita Iornandes, & Orosius.* Hoc tempore notatur initium regni Vvandalorum, qui pulsi anteâ à Longobardis, & quærentes nouas sedes, regem elegerunt Mogogisil. quo Duce posteâ Gallias inuaserunt, & nunc sedes habebant in Pannoniis, si creditur *Sigeberto & Iornandi, capite vigesimo secundo.*

His Consulibus celebratur secunda Synodus Oecumenica Constantinopoli, 150 Episcoporum, mense Maio, ad firmandã Nazianzeno Sedem, datam à populo & Imperatore. *Socrates libro quinto capite octauo. lege eundem libro primo capite* 13. damnatur in eo Concilio Maximus, data Gregorio Sede, ex plena iam authoritate Ecclesiastica. *Canon.* 4. sed mox Nazianzenus electionem repudiabit. Cùm autẽ tot conueniissent Episcopi, placuit Damaso, & Theodosio, vt de fide ageretur. Itaq; stabilitur fides Nicæna, *Canon.* 5. addita particula de Spiritu sancto, damnãtur variæ Hæreses. *Vide Tom. prim. Concil. in Epist. Concilii ad Damasum.* cõfirmatur Concilium ab eodem Damaso. *Photius libro de septem Synodis*: sed solùm quoad Canones fidei. *Sanctus Gregorius Libro 6. Epistola* 125. certè Canon ille, de præcipuo honore Constantinopolitanæ Ecclesiæ post Romanam, nunquam fuit confirmatus, aut receptus à Romana Ecclesia: & appendix suppositicia multis videtur. *Baronius.* Posthæc, firmata subscriptionibus Synodo, renuntiatur mors Meletij Episcopi Antiocheni: qua re audita, maior pars Episcoporum meliorem vincens, elegit nouum Episcopũ Flauianum: cùm debuissent (vt multi sentiebant) expectare obitum Paulini adhuc superstitis, *de quo supra anno* 378, quæ res Schisma excitauit. offenditur quoque Nazianzenus, qui præterea à superuenientibus cõtinuò Episcopis ex Ægypto, improbãtibus eius electionem, magis commotus; sponte renuntiat Episcopatui Constantinopolitano: & abiit in Cappadociam; vt sedaret, inquit, tempestatem. *Nazianz. in Car. de Vita.* Abiit autem paucis post diebus quàm Thronum acceperat; sed post triennii morã in ea ciuitate, subrogatur in eius locum Nectarius Tharsensis, è Cilicia, Senatorij ordinis senex, sed Catechumenus, & rerum Ecclesiasticarum imperitus. *Sozom. lib. 7. capite* 8.

Hoc eodem anno Nonis Septemb. celebratur Concilium Aquileiense: quod extorserunt à Gratiano, Palladius & Secundianus Episcopi Arriani, petentes causã suã examinari, vbi & dãnati sunt. extant Acta. interfuerũt ex Italia Ambrosius, ex Africa Felix, & Numidius. ex Gallia, Iustus Lugdunẽsis, & alii viri selectissimi. Portò in Concilio Cæsaraugustano damnantur Priscillianistæ, qui secretò execrabilem tegebant superstitionem. *lege Seuerum lib. 2 Historiæ.*

382 | 16 Damasi I | 16 Gratiani. 7 Valentiniani II. 4 Theodosij I. | Syagrius 2. & Antonius. A

His Coss. celebrantur duo Concilia Romanum, & Constantinopolitanum, eodem ferè tempore. Romano interfuèrunt Paulinus Antiochenus Episcopus, Epiphanius. (*Hieron Epist.* 27) Ipse quoque Hieronymus inuitatus. *Epist.* 61. adfuêre item Ambrosius, & alij. *Theodoretus lib. 5 capite* 9. Sed reliqui Orientis Episcopi astutè Romanum Concilium fugientes, impetrarunt allatis rationibus ab Imperatore, vt Constantinopoli conueni-

rent. quem eorum conuentum declinauit *Nazianzenus. Car. de Vita.* mittunt illi legatos Romam cum literis. *Theodoretus libro quinto capite nono*, sed perierunt Acta huius Romani Concilii : nec satis sunt certa, quæ narrat gesta *Theodoretus libro 5. cap* 11. *& 25.* Refert hic *Baronius* Decretum de Sedium Patriarchalium ordine & dignitate. Vbi etiam de Marcella, Paula, Blasilla, Paulina, Eustochio, & Ruffino. Hieronymus Romæ confutat Heluidium, æquantem Virginitati Matrimonium, & negantem Beatæ Virginis perpetuam Virginitatem. *Hieronymus. Epist.* 50. confutat & Iouinianum Apostatam Monachum, hostem quoque Virginitatis. *Ambrosius Epist.* 82. *quæ est ad Vercellen. & Hieronymus libro* 1, *&* 2. *contra Iouinianum* : *lege Hieronymum Epist.* 24, *quæ est ad Marcellam*, *de morte Prætextati* : qui Christianæ religionis contemptor fuit, & nunc obiit. habet illa epistola insignem antithesim & comparationem hominis impii morientis, cum Sancta Lea vidua, tunc etiam ex hac luce migrante. Scribebat nunc Varia Chrysostomus, qui tempore obitus Velentiniani Senioris agebat annum 24. *ex libr. de Sacerdotio, initio.* cohibentur Edicto mendicantes illi, qui erant Validi, L. 9. *Cod. Theodos. de Validis mendicantibus.* B

383 | 17 Damasi I | 17 Gratiani. 8 Valentiniani II 5 Theodosij. I. | Maximus Hispanus, Theodosij antea commilito, nunc in Britannia Dux exercitus, tyrannicè occupat Imperium in Britannia & Gallia. *Victor in Gratiano. Zosimus lib.* 4. vbi scomma illud in Gratianum : si Princeps non vult apellari pontifex Maximus, breui Maximus Pontifex fiet. Gratianus interim, destitutus à Gallicis copiis, aduocat Heduos, & Alanos : sed Lugduni occiditur suorum proditione, ab Andragatho 25 Augusti. *Hieron. Epist.* 3. *Zosim. lib.* 4. *Prosper, Marcellinus, Socrates lib.* 5. *capite* 11. *Ruffinus lib.* 2. *cap.* 14, quo tempore accidit Ambrosio obitus Satyri fratris. Theodosius in Oriente, Arcadium filium octo annorum pronuntiat Augustum. *Socrates libro* 5. *capite* 10. *Marcellinus, & alij.* Maximus tentat, an velit Theodosius se socium Imperij. spe alit Tirannum, expectans meliora. *Zosimus libro* 4. Nam Tyrannum ipse occidet anno 388. Arcadio datur præceptor Arsenius Diaconus, Roma missus à Damaso, vir pius & eruditus. *Surius* 19 *Iulij.* Incerta multis historia est *Sigeberti*, de Conano ex maiori Britannia oriundo; quem hic auctor facit Ducem minoris Britanniæ iubente Maximo : mox etiam regē ibidem incertum, inquam, hoc est, cùm nec Maximus nunc, nec postea Theodosius victor, videantur passuri hoc regnum, si fuisset inchoatum. Saturninus & Merobaudes. A

Gratiani mors audita, cogit Valentinianū iuniorem cessare Mediolani à persecutione Orthodoxorū, misso tunc Ambrosio ad Maximum legato, vt pax firmaretur, quæ vtrisque placuit. In his Britānicis tumultibus contigisse historiā Vrsulæ & 11 milliū Virginū narrat hîc *Baronius.* Hæ iubente Maximo, Londini collectæ, & inuitæ nauigiis impositæ, vt Britannicis Legionibus apud Armoricos darentur, tempestate aguntur ad litus Germanicum, vbi à barbaris, Pictis, & aliis captæ, dùm virginitatem, morte tuentur, Martyres euaserunt. *Baronius in Martyrolog.* 21 *Octobr.* B

Celebratur Constantinopoli Concilium, à Theodosio conuocatum, ad discordias Ecclesiarum pacandas, *Nazianzen. Epistola* 71, *&* 72. multa à Nouatianis acta mentiuntur hic *Socrates* & *Sozomenus* Nouatiani. *lege Theodoretum libr.* 5. *cap.* 16. res infecta mansit quoad pacem. Vigent hæretici Saccophori, qui & Euchaitæ, Messaliani. *de quibus Epiphanius hæresi* 80, *& Theodoretus libr.* 4. *capite* 10. damnantur C

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			in Synodo Sydæ in Pamphilia. *Photius in Bibliotheca*, refert Synodicam. Augustinus anno ætatis 29 desperans de veritate inuenienda apud Manichæos, venit Romam, & Rhetoricam docet. *Augustinus lib. 5 Confess. capite 3. 6. 7. 8.*	
384	18 Damasi I.	9 Valentiniani II. 6. Theodosii I.	Pace vtcumque firmata inter Imperatores & Maximum, dum Valentinianus Italiæ tantùm intētus est, Maximus occupat Hispaniam, quando iterùm missus à Valentiniano legatus Ambrosius ad Maximum, pro impetrando Gratiani corpore, nihil obtinuit. Hoc anno accidit relatio Symmachi, qui nunc Præfecturam Vrbis gessit, *vt constat ex Rescriptis ad eum. L. 44 de Appellat. Cod. Theodos.* egitque illa relatione apud Valentinianum Iuniorem, de restituendo Deorum cultu, captans occasionem ex morte Gratiani, & Maximi Tyrannide, sed renitente Ambrosio nihil effecit. *lege Ambrosii Epistol. 30. & Symmachi duas epistolas apud Baronium*: vbi purgans se apud Imperatorem, mentionem facit honestam Damasi: indicatque non ante hūc annum, & hanc Præfecturam obiisse Damasum, consentiunt *Onuphrius & Prosper in Chronico* obiisse his Consulibus, quicquid significet *Marcellinus Comes*. obiit verò 3 Idus Decembris. de Damasi actis & scriptis *hic Baron.* Damaso mortuo succedit	Clearchus, & Richimerus. A
	Siricius		Siricius. *Prosper in Chronic. ex Codice correctiore.* idque pridie idus Ianuarij anni sequentis. Augustinus annum trigesimum attingens, mittitur à Symmacho Roma Mediolanum ad docendam Rhetoricam, vbi, sancta Monica adueniens ex Africa, fluctuantem inuenit circa religionis electionem. *lege Augustinum Confessionum lib. 5. cap. 13, & lib. 6. cap. 1 & 11.*	B
385	1 Siricij.	10 Valētiniani II. 7. Theodosii I.	Augustinus nunc oratione habita, Imperatorem laudat, *Confessionum libro 6. cap. 6.* conuertitur opera Simpliciani (qui successit postea Ambrosio) exemploque Victorini & Sancti Antonij. *Confessionum libro 8. cap. 1, & libr. 6. cap. 3. & lib. 8. cap. 8.* scripsit tunc Soliloquia, & alia quædam, *Retract. libro 1. capite 5.* scilicet biennio ante Baptismum. Hieronymo Romæ veritas odium parit. *Hieronymus epistola 8.* Hierosolymam cogitat. *Epist. 99. ad Asellam, & Apolog. aduersus Ruffinum*, scilicet petitus calumniis à Clero. *Hieronym. Epist. 23 & 25.* Illud de fuga in veste muliebri refutat *hic Baronius.* offensus à Clero, vocat ille Senatum Pharisæorum. *Præfat. versionis Didymi de Spiritu sancto.* Imperitos porrò vocat, & certè non omnes: erant enim ibi Arsenius Arcadij Magister, Anastasius, & Innocentius postea Pontifices, quos laudat *ad Demetriadem*: nec detrahit gradui, sed personis: non Ecclesiæ & doctrinæ, sed Vrbi, quam vocat Babylonem. Burdigalense Concilium habetur, in quo damnatus Priscillianus Hæresiarcha, prouocat ad Maximum Imperatorem, cuius tandem iussu occiditur gladio. *Prosp. Chron. Seuerus libr. 2.* moritur Placilla mater Arcadij & Honorij, vxor Theodosij. Timotheo Alexandrino Episcopo succedit Theophilus.	Arcadius, & Bauto.
386.	2 Siricij.	11 Valētiniani II. 8. Theodosij I.	Concilium Romæ habetur 80 Episcoporum. Et inter alia, arcentur incontinentes à ministerio Ecclesiastico. *Siricius Epist. ad Episcopos Africæ, dat. 8 Idus Ianuar. hoc eodem anno*, vt colliges ex Consulatu ibi notato, scilicet post consulatum Arcadii & Bautonis. idem antea cautum in Cōcilio Carthaginen. 2. cap. 2. Gaudentius ordinatur Episcopus Brixianus. *Gaudent. Serm. de sua ord.* Iustina Augusta & Arriana, persequitur acriùs Ambrosium. *Ruffin. lib. 2. cap. 15. Paulinus in Vita.* prouocatus Ambrosius ab Auxentio iuniore, huius persecutionis ministro, (mortuo altero Auxentio) ad disputationem, renuit tractare causam fidei coram secularibus. *Ambros, Epist. 22, & lib.*	Honorius, & Euodius. A

in Anxientium. scripsit & Maximus pro Ambrosio. *Theodoret. lib.* 5. *c.* 24. habetur Synodus Treuerensis. vbi Ithacius Episc. absoluitur iniustè. *lege Seuerum Dialog. lib.* 3. Sanctus Martinus conuiuio exceptus, Presbyterũ præfert Maximo cui & necem prædixit. *Seuerus in Vita Martini, cap.* 23. Basilicam sancti Pauli in via Ostiensi, ampliorem facit Valentinianus. *Baron. hoc anno.* Hieronymus Alexandriæ Didymum audit. *Hieronymus Epist.* 65. 51. Paula peregrinatur. *Hieronym. Epist.* 27. Nazianzenus peregrinationem omnem nunquam impugnauit, sed Virginum, & Monachorum. *Vide Hieronymum Epist.* 18. Chrysostomus nunc ordinatur Sacerdos. *lege hic Baornium.* S. Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus, autor Catecheseos, moritur, *Hieronymus in Cyrillo.* subrogatur Ioannes, *de quo Hieronymus epistola* 61.

387 | 3 Siricij. | 12 Valentiniani II. 9. Theodosij I. | Durante adhuc Persecutione Iustinæ in Ambrosium, corpora Sanctorum Martyrum Geruasii & Protasii diuinitus reuelata reddunt miracula. *Ambrosius Epist.* 85 *ad Sororem, Augustinus lib.* 9. *c.* 7. de his Reliquiis piè susceptis, *lege Augustinum de Ciuitate libr.* 22. *cap* 8. Interim Maximus ex improuiso visus in Italia, coegit Valentinianum & matrem Iustinam fugere ad Theodosium; quando Gallam Iustinæ filiam duxit vxorem Theodosius: & bellum decernit in Maximum, vastantem Italiæ ciuitates. *Zosimus lib.* 4. *Marcellinus Comes.* — Valetiniani 3 & Eutropius

388 | 4 Siricij. | 13 Valentiniani II. 10 Theodosij I. | Theodosius parans expeditionem in Maximũ Tyrannum, indicit commune tributum; ob id Antiocheni deijciunt Placillæ vxoris iam defunctæ, & ipsius Theodosij statuas *Zosimus lib.* 4, *Sozom. lib.* 7. *cap.* 23. tunc Chrysostomus Homilias ad populũ habuit Antiochenum. *lege* 2. 3. 11. 12. 13. 17. & 20. euertisset. totam ciuitatem, nisi placasset Flauiani insignis oratio. *Vide Chrysostomum Homilia* 3. & 20. Ergo Theodosius Sanctorum precibus munitus, pugnat, vincitque bis Maximum in Pannonia: & bene vsus victoria, hostem promptè insequitur Aquileiam vsque, vbi traditus à suis Maximus Theodosio, obtruncatur, & breui post filius. *Zosimus lib.* 4. Andragathus, Gratiani percussor, desperans de venia, se præcipitat in mare. sic totũ Occidentale Imperium recuperatum est, & restitutum Valentiniano. *Zosimus lib.* 4. *Prosper, Ambrosius Epist.* 29. *Augustinus de Ciuitate lib.* 5. *c.* 26. *Suidas verbo Valentinianus*, qui ait Valentinianum nunc factum Orthodoxum. Baptizatur Augustinus. *Aug. Con. fess. lib.* 9. *c.* 6. Pacianus Episcopus Barcinonensis, Palladius (qui scripsit nunc ad *Lausum* Commentarios, seu Lausiaca) & Euagrius Ponticus Monachus, florent. duo posteriores fuerunt Origenis erroribus infecti, *ex Hieronymo Epist.* 60, *& Epist. ad Ctesiphontem.* — Theodosius 2. & Cynegius. A — B

389 | 5 Siricij | 14 Valentiniani II. 11 Theodosij I. | Augustinus redit in Africam. *Aug. contra litteras Petili. lib.* 3, *c.* 25. ad Ostia Tiberina morientem Sanctam Monicam matrem iuuat. *Confessionum lib.* 9. *cap.* 8. & 10. Gregorius Nazianzenus moritur. *lege Baron.* Theodosius Romam venit cum Honorio filio. *Marcellinus in Chron.* triumphat cum Valentiniano, quem restituit Imperio. *Sozom. lib.* 7. *cap.* 14. prius tamen obiit in felix Iustina. Symmacho, qui Maximo Tyranno fauit, confugienti ad Ecclesiam, ignoscit. *Socrates lib.* 5. *cap.* 14. breui postea Theodosius venit Mediolanum. *Marcell. Chron.* tunc datum ab eo Edictum de euertẽdo Serapidis templo, quo nihil ferè erat ambitiosius, *Marcell. Chronic. Socrates. Sozom. lege* de hoc templo *Ammian. lib.* 22. *& Ruffinum capite* 28. Eunapium, ex hac causa debacchantem in Monachos ibi substitutos, hominem Ethni. — Timasius, & Promotus Duces Theodosij.

cùm, egregiè & laudant, & imitãtur noſtri temporis hæretici. de reliquis etiam delubris euerſis, *Marcell. Chron. Ruffinus lib. 2. c. 26, & 28.* de Epiſcopi Antiocheni Flauiani, & Euagrij prorogata diſſenſione, Capuenſique Synodo, *Baron.*

390 | 6 Siricij. | 15 Valẽtiniani II. 12 Theodoſij I. | Hoc anno accidit cladis Theſſalonicenſium, quando ob interfectum ab illis Præfectum militum, (*vt ait Sozom. lib. 5 c. 25.*) iuſſit Theodoſius trucidari aliquot millia ciuium. *Scribit Theod.* ſeptem millia occiſa. de Theodoſio (qui anno præcedenti Mediolanum venit) prohibito ingreſſu Eccleſiæ, *Ambroſ. Epiſtola* 28 & peracta pœnitentia, *Theodoret. 5. cap.* 17. lex lata de differenda executione ſententiæ de cæde, vſque ad 30 dies, *Sozom. lib. 7. c. 24.* Sed notati Conſules, Antonius, & Syagrius, *in Cod. Theodoſ.* arguunt illam legem priùs latam, quos notaui anno 382. In Concilio Mediolanenſi, nũc habito, damnatur Iouinianus hæreticus, præſentibus Siricij Legatis. *ex Epiſtola Concilii, habetur Tom. 2. Epiſt. Rom. Pontif.* Hieronymus extollens Virginitatem libris contra Iouinianum, calumniamque paſſus, quòd nuptias deprimeret, vigentibus adhuc Manichæis nuptiarum depreſſoribus, cogitur ſcribere Apologiam. *Epiſtola.* 52, atque hinc etiam ſcripſit Auguſtinus de bono Coniugij. hoc anno accidit ſub Nectario propalatũ adulterium nobilis fœminæ per Pœnitentiariũ. *Sozo. lib. 7. cap.* 10, *& Socrates lib. 5. c.* 19. Nectarius Epiſcopus imprudentẽ hominem gradu mouit; non tamẽ Confeſſionis ſuſtulit Sacramentum: quamuis duo citati authores, vt pote Nouatiani, ſint cautè legendi in hac narratione. | *Valentinianus 4. & Neotherius.*

391 | 7 Siricij. | 16 Valẽtiniani II. 13 Theodoſij I. | Theodoſius, promulgato in Italia Theodoſiano Codice, redit Conſtantino polim. *Socrat. lib. 5. cap* 19. mittit Promotum Ducem in Scythas, qui Barbarorum incurſiones in Macedoniam ſtrenuè repreſſit: tamen, *vt narrat Zoſimus*, Ruffini dolo (Præfectus aulæis erat) cæſus ibidem eſt: cuius mortem poſtea putatur vindicaſſe Stilico, *vt ſubindicat Claudianus lib. 1, contra Ruffinum.* Theodoſius in templum, à ſe ædificatum Conſtantinopoli, curat transferri caput Ioannis Baptiſtæ. *Sozom. lib. 7. cap.* 21. Auguſtinus initiatur Preſbyterio anno ætatis 37. *Poſſid. Vit. cap.* 4. Aurelius creatur Epiſcopus Carthaginenſis. *ex Auguſtini epiſtol. ad eum.* Agape è templis ſublata propter abuſum. *Auguſtinus epiſtola* 64, *& Concilium Carthaginenſe, vulgò* 3. *cap.* 3. hoc anno exortum diſſidium inter Epiphanium, & Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum. *Baron.* | *Tatianus, & Symmachus.*

392 | 8 Siricij. | 17 Valẽtiniani II. 14 Theodoſij I. | Arbogaſtes Comes, è gente Francorum oriundus (*inquit Zoſimus*) & Magiſter militum, offendit Valentinianum, nimia authoritate ſua abuſus: & capitali oborta inter eos inimicitia, dum Valentinianus Theodoſium de periculo monet: Arbogaſtes nihil cunctatus, Valentinianum nocte ſtrangulauit, Idibus Maij pridie Pentecoſtes. erat adhuc catechumenus Valentinianus, ſed expectans Ambroſium vt baptizaretur. accidit prope Lugdunum. *Epiphan. de pond. & menſ. Ruffinus, Sozom. Socrat.* Arbogaſtes Eugenium ignobilem hominem euehit ad Imperium. *Zoſim. lib. 4. Sozom. lib. 7. cap.* 22. hic Tyrannus, licèt Chriſtianus, Gentilibus concedit aram Victoriæ, toties Symmacho negatam ab aliis Imperatoribus; quem proindè arguit *Ambroſ. epiſt.* 15. Interim Theodoſius mœrens, parat exercitum in Tyrannum. Auguſtinus habet diſputationem plublicã Hippone, contra Fortunatum Manichæũ, excipientibus eam Notariis, victuſque receſſit hæreticus. *Poſſidon. cap.* 6. *& extant acta Auguſtinini, epiſt.* 244. hoc anno magis apparuit indignatio Ioãnis Epiſcopi Hieroſolymitani in Epiphanium, quod Epipha- | *Arcadius 2. & Ruffinus.*

nius illum haberet pro Originista: & quod Epiphanius in aliena Diœcesi ordinasset Paulinianum Hieronymi fratrem. *lege Hieronymum epistola* 61. *Baron. & Epiphan. in epistola, quæ est* 60 *ad Hieronymum.* in qua quod additur de velo habente imaginem Christi scisso ab Epiphanio, additum putatur ab aliquo Iconoclasta. certè Epiphanium non fuisse Iconoclastam, *docet Concilium Nicenum Secundum, Act.* 6. & esto sciderit, fortè quia hominis profani imago erat.

393 | 9 Siricij. | 15 Theodosii I. | Theodosius & Abundantius.

Dùm Theodosius piè se comparat ad bellum in Eugenium, creat sub initium Ianuarij Imperatorem filium Honorium. *Socrates lib.* 5. *cap.*24. Duces belli delegit Stiliconem Vandalum hominem, Gainam, & Alaricum, qui postea Vvisigothorum Rex, Vrbem Romam cepit. Nepotianus, in re militari conspicuus, militiam Christi sequens, vitæ Clericali se addicit. *ex Hieronymo de vita Clericali in fine.* De Melania, Ruffino, & Didymo Origenistis, *lege Baron. ad hunc annum.* Alipius Hierosolymam, & Hieronymum inuisit. *apud Hieronymum epist.*88. post reditum in Africam, creatur Episcopus Tagastēsis, anno, vt videtur, sequenti, *Augustin. epist. octaua.* Hipponense Concilium Africæ generale celebratur de restituenda collapsa disciplina. *Tom.* 1. *Concil.* eius Canones *extant in Concilio Carthaginensi tertio.* Enituit ibi Augustinus adhuc Presbyter. *Possidon. Vit. cap.* 7. & 8. *& August. Retract. lib.* 1. *cap.* 17.

394 | 10 Siricij, | 16 Theodosii I. | Arcadius 3. & Honor. 2.

Theodosius, superatis Iuliarum Alpium angustiis, pugnat prope Aquileiam ad ripam amnis nomine Frigidi. *ex Socrat.* Eugenius vexillum Herculis, Theodosius Christi referebat. pugnantibus pro Theodosio ventis, miraculosè victoriam reportat.

Et coniurati veniunt ad classica venti.

inquit Claudianus. Eugenius à militibus perductus ad Theodosium, obtruncatur. Arbogastes seipsum in fuga occidit. *lege Augustinum de Ciuitate cap.* 20, & 26, *& Paulinum in Vita Ambrosii.* historiam rectè *narrat Sigonius, post Ruffinum, Theodoretum, Sozomenum, & Socratem.* Sed *Zosimus* more suo multa refert mendacia. vno die pugnatum *scribunt Socrates, Sozomenus, & Orosius.* at biduò *Zosimus, & Theodoretus.*

A

Vigilantius ex Hispania veniēs, detegitur in Palæstina. *Hieronymus aduersus Vigilantiū.* quod apud *Balsamonē narratur,* celebratum nunc Concilium Constātinopolitanum, tantùm fuit Episcoporum conuentus ad Ecclesiæ Petri & Pauli dedicationem: non autem ad doctrinam & mores. illud et iam nunc celebratum Concilium Bagaiense in Numidia 310 Episcoporum, fuit tantùm Donatistarum conuentus, de controuersis rebus inter ipsos. *August. in Psalmo* 36, *& contra Cresconium lib.* 3. & 4. nunc exordium sumpsit controuersia illa 14 annorum, inter Augustinum & Hieronymum, *lege Baron. hoc anno, & August. c.* 8. 15, & 19. Paulinus Romanus, tamen Burdigalæ natus, Ausonij discipulus, (*Auson. epist.* 21, & 23) post gestum Consulatum (*Auson. epist.* 2.) & post præfecturam Vrbanam (*L.*5 *de Scen. Cod. Theod.*) erogatis in pauperes bonis, secedens à coniuge in agrum Nolanum, renuntiat seculo, *ex Paulini Epistolis, Augustini, ac Hieronymi ad eundem, & Ambrosii epist.* 36. simile tunc accidit in Seuero Sulpitio, Romano ciue, agente in Galliis. *Paulin. epist.* 1, qui Monasticum vitæ genus arripuit.

B

395 | 11 Siricij | 1 Arcadij, & Honorij. | Olybrius, & Probinus fratres.

Hi Consules Christiani, ex clarissima sunt familia Probi patris, & Falconiæ Probæ Poetriæ, cuius est cento Virgilianus, de nouo & veteri Testamento. moritur feliciter Theodosius Mediolani

Mediolani 17 Ianuar. diuiſo filiis Imperio. Arcadio ſeniori ceſſit Oriens. *Socrates, Proſper, Marcellinus.* obiit anno ætatis 50 *ex Victore*, præſentibus filiis, & Ambroſio : Arcadio 20 annorum, & Honorio decem, iam baptizatis à ſancto Arſenio: & commendatis fidei Stiliconis, cui Theodoſius Serenam fratris filiam dedit vxorem. *Zoſim. lib.* 4. *Marcellinus in Chron. Ambroſius orat. de funere Theodoſii.* Ruffinus humili loco in Aquitania natus, ſed à Theodoſio magnos conſecutus honores, ex inuidia Stiliconis affectat Imperium. *Zoſim. lib* 4. *Claudianus in Ruffinum*, poeta, qui nunc floret, ſed gentilis. Ruffinus opera Stiliconis trucidatur 17 Nouemb. à militibus in Oriente. *Socrates lib.* 1. *cap. vlt. Sozom. lib.* 5 ſed poſt immiſſos à Ruffino in Aſiam Hunnos, & in Græciam ac Europam Gothos, ſeu Vviſigothos, dictos Imperij confœderatos, Duce & iam Rege creato Alarico, cognomento Balta. *Hieron. epiſt.* 3. & 30. *Claudianus lib.* 2. Occiſo Ruffino, Eutropius Eunuchorum Magiſter Stiliconi inimiſſimus redditur. Vnde Occidentalis Imperii occaſus ſumpſit exordium. Florent tempore Claudiani, Prudẽtius Hiſpanus, & Syneſius Epiſcopus Cyrenenſis, qui libellum obtulit Arcadio de veteri Romana militia reſtituenda. B

Indict. 8.

Notat Cedrenus tempore Theodoſii omiſſa Olympiade, ſubſtitutum vſum Indictionum, *de quibus vide annum* 312. In hunc annum incidit octaua Indictio, iuxta Canonem ibi datum, idemque reſultat ſubducta temporis ratione, ab anno illo 312, huc vſque. Auguſtinus creatur viuente Valerio Epiſcopus Hipponenſis, anno 41. *Poſsidon. de Vit. cap.* 8. *Auguſtinus epiſt.* 64 *ad Aurelium*. Ignorabat adhuc Auguſtinus Canonem Nicenum, qui prohibet, ne viuenti Epiſcopo detur ſucceſſor. Monachiſmus floret in Africa. *Poſsidon. cap.* 11, & *Paulinus apud Auguſtinum epiſtola* 35.

396 | 12 Siricij. | 2 Arcadii. & Honorij. | Indict. 9

Habet hic annus Marcomannorum conuerſionem, opera ſancti Ambroſii. *Paulinus in Vita Ambroſii.* alias porrò nationes Barbaras ad fidem nunc cõuerſas, *ſcribit ſanctus Paulinus, & attigit Hieron. epiſt.* 3, & 7. Arcadius 4, & Honorius 3.

397 | 13 Siricij. | 3 Arcadij, & Honorij. | Indict. 10

Hoc anno, Eutropius effecit, vt Oſtrogothi, ob detractam penſionem ſolitam, arma caperent contra Imperium. Vincunt Romanos, in Aſia. *Claudianus & Auentinus lib.* 2. Marcomirus Francorũ Rex, captus à Stilicone, mittitur in Hetruriam ad Imperatorem. *Claudian.* Nicetas Epiſcopus è Dacia Romam nunc primùm veniſſe putatur. *de quo* P*aulin. epiſt. 19. ad Seuerũ.* Ruffinus ille Presbyter Aquileienſis, & Melania, Romæ probare nituntur ſcripta Origenis. *Hieronym. Apologia* 2, & *epiſt.* 78. Origeniſtis ſe opponit Marcella. *Hieron. epiſt* 16. Obiit Ambroſius pridie nonas Aprilis, *Marcell. Chron.* anno ætatis 64. *lege* P*aulinum in Vita Ambroſii.* non eſt hic ille Nolanus, ſed Mediolanenſis Clericus. Succedit Simplicianus, qui conſulens Auguſtinum, accepit ab eo duos libellos de Quæſtionibus propoſitis. moritur Nectarius, ſuccedit, ſed anno inſequenti, Chryſoſtomus, contra voluntatem Theophili Alexandrini. *Socrates lib.* 6. *cap.* 2. Cæſarius, & Atticus. A B

Celebratur Taurinenſe Concilium de moribus. Tomo 1. Concil. Concilium Carthaginenſe, quod Compilator Conciliorum tertium vocat (nimirum ex iis, quæ à tempore Conſtantini ipſe reperire potuit) circa hunc annum ſub Siricio celebratur: *vt habetur ex Canone* 48 *eiuſdem Concilii*, de conſulendis Siricio & Simpliciano. Sed Conſules in vtroque ibi deſcripto Concilio Carthaginenſi, malè notati ſunt, vt Siricii Papæ, Alipii, & Aurelii Epiſcoporum (quorum mentio fit in

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			illis Concilijs) tempora collata cum Fastis, satis indicant. *Canone 8 Concilij 2, & Canone 7 Concilij huius tertij.* Fateor tamē horum Conciliorum annum esse controuersum satis. abutuntur Hæretici *Canone 36* huius Concilii, ob vetitos ibi titulos Principis, & Summi Sacerdotis. Sed, *vt ex Canone 28 ibidem patet*, sermo ibi tantùm est de prima Sede intra Africam.	
398	1 *Anastasij I.*	4 *Arcadij, & Honorij.*	Mortuo Siricio octauo Kal. Martij, substituitur Anastasius Romanus, pridie Idus Martij, magnus Origenistrarum aduersarius. Ruffinus accusatus est: tandemque, agente Marcella, damnatur anno 401. *lege Hieronymum Apologia 2 in Ruffinum.* Pammachius nobilis Senator fit Monachus. *Hieronym. epist. 26.* Augustinus exagitat scriptis Ianuarium & Petilianum Donatistas Episcopos. *August. contra literas Petiliani, cap. 1.* de Nebridio Honorii consobrino, eiusque raris virtutibus, maximè in superanda gloria, *Hieronym. epist. 9.* Chrysostomus Antiochenis dolo subtrahitur. *Pallad. in vita Chrysost.* ordinatur Episcopus Constantinopolitanus 26 Februar. *Socrat. lib. 6. cap. 2. Sozomen. lib. 8. cap. 2.* componit dissensionem inter Flauianum & Paulinum. *Sozom. ibidem cap. 3.* offenditur Eutropius Eunuchus cubiculi Regis Præfectus, à Chrysostomo, agente pro immunitate Ecclesiarum. *Sozom. ibidem cap. 6.* Gaines Dux exercitus, anno sequenti, Imperatorem impulit ad huius Eutropii necem. *Sozom. cap. 4. ibidem. Socrat. lib. 6. cap. 6.* Gazenses Christiani legati impetrant ab Imperatore, vt clauderetur templū Marnæ Idoli. *Metaphrast 26 Febr. in Porph. & Baron. in Martyrol.*	Honorius 4 & Entychianus. A
Indict. 11.			Gildo Maurus, & potens inter Afros, tyrannidem affectans, victus bello est, & occisus. *Paulinus in vita Ambrosij.* quando Honorius duxit Mariam filiam Stiliconis vxorem. *Claudian. l. 1. de Laudibus Stiliconis.* Gestum est hoc bellum inter duo Concilia Africana, hoc anno habita. quartum scilicet, 70 Episcoporum, (*Compilator* 5 vocat:) celebratum quinto Kal. Iunii, post Consulatum Cæsarii & Attici: & quintum, scilicet Episcoporum 214. (*Compilator 4. vocat*) celebratum eodem anno, mense Nouemb. vtrumque approbatum est à Leone quarto. in huius 5 Concilii *Canonib. 51. 52. 53*, opus manuale præscribitur Clericis, in Euchaitas hæreticos, qui negabant manibus operandum. *lege Baron. anno 398. num. 33, & 67.*	B
399	2 *Anastasij I.*	5 *Arcadij, & Honorij.*	De rectè notato hoc Consulatu, *lege Augustin. 18 de Ciuitate cap. vltim.* accidisse enim ait anno 365 post passionem. Erat hic Theodorus Consul, Christianus & doctus: ad quem Augustinus scripsit libellum de vita Beata. occiditur hoc anno Eutropius Collega. *Sozom. lib. 8 cap. 7.* periit paganus, & perditus homo, miserando casu. *Sozom. lib. 5.* Gaines, Eutropium imitatus, res nouas molitur in Phrygia: & cum Constantinopolim incendere statuisset, patefacto consilio, omisit incœptum. *Socrat. Marcellinus Comes.* Sed de Gainæ cæde postea, *ex Zosimo lib. 5.*	Manlius Theodorus, & Eutropius. A
Indict. 12.			Theophylus in Alexandrina Synodo, damnat Origenem, ac sectatores: & de hac re, dat hoc ipso anno Synodicā ad varios Episcopos, nempe vno anno ante primam Paschalem, *ex Hieronym. epist. 73. vide etiam Hieronym. epist. 69, & 70.* dedit quoque Theophylus quatuor Paschales, anno sequēti. Prima fuit pro anno 341. secunda pro 342. tertia pro 343. quarta pro 344. *lege Hieronymum epist. 78.* insignia Idolorum templa hoc anno aut diruta sunt, iubentibus Imperatoribus: aut data Christianis. de cœlestis Dianæ templo in Africa, *Prosper in Prædictionibus, lib. 3. cap. 38.* de Sibyllinis libris Romæ incensis à Stilicone, *Hieronymus Præfatione ad Galatas, & Prosper citatus cap. 28. lege Baronium anno 411.*	B

400 | 3 Anastasii I. | 6 Arcadii. & Honorij. | Indict. 13

Alaricus Vvisigothorum Rex, qui sex ferè iam annis Græciã & Peloponesum populatus est, tandem venit in Pannonias. Et *scribunt Prosper, Orosius & Cassiodorus*, hoc etiam anno venisse in Italiam: putabatur quidem venturus. Sed id sequenti accidit anno. Isdigerdes Persarum Rex regnat, *ex Agathia*. Romanorum amicus; & cuius tutelæ Arcadius posteâ moriens Theodosium filium commisit. *Procopius*, Episcoporum iudicium & forum firmatur ab Honorio, *L. 35 de Episcopis*, C. *Theodosiano*, Vigilius Episcopus fit Martyr. *lege Baron. Maiyrol. 25 Iunii*, & *in Annal.* Anastasius damnat Origenis errores. *Hiero. epistola 78.* Errores, inquam, non personas, aut libros. *Hieron. epist. 76.* eos *recenset epist. 61.* moritur Fabiola Senior, seu maior. *Hieron. epist. 30.* Gaines iterùm insurgit in Imperatorem *Zosim. lib. 5 Sozom. lib. 8. cap. 4.* Victus occiditur. *Socrates lib. 6. cap. 6.* de Origenistis Monachis *lege hic Baronium*, his à Theophilo damnatis, communio datur peregrina. | Stilico, & Aurelianus. | A

Celebratur his Consulibus Concilium Toletanum, reuera primum, & diuersum ab illo Toletano, *de quo annum* 405 sub secundo Consulatu Stiliconis, licèt ab aliis illud primum dici soleat. male cum isto permiscetur, quasi vnum essent duo hæc Concilia. certè mentio S. Simpliciani, (qui non excessit hunc annũ,) in Actis scripti Codicis (*quæ refert. Baron. an.* 405) satis quod dixi, confirmat. nec aliud patitur, annorum Anastasii & Innocẽtii pontificũ verior cõsignatio. quid actũ sit in hoc Concilio, habes ad an. 405. | B

QVINTI CENTENARII initium.

Regna.

DVm ægrè admodùm Imperatores, post Theodosium Magnum, vsque ad Iustinianum, Italiam, & Orientale Imperium tuentur : Varia in reliquis Romanæ ditionis Prouincijs regna exoriuntur : Anglosaxonum in Britannia, Vvandalorum in Africa, Gothorum in Hispania Galliaque, Sueuorum quoque in Hispania, & nobilissimum Francorum regnum, quod hoc seculo sub Clodoueo penè in Mornarchiam excreuit amplissimam, tandemque Herulis & Ostrogothis Italiam occupantibus, defecit anno Christi 476 Occidentale Imperium.

Status *Ecclesiæ.*

CRebris plurimisque hac ætate Hæresibus agitata Ecclesia est, in Oriẽte præsertim & Africa. dedit etiam Africa, monstrorum ferax, persecutionem Vvandalicam, sanè acerbam. stetit tamen Ecclesia, etiam anno 476, quo toti Orbi Christiano, Hæretici Principes imperabant.

Doctrina *huius seculi.*

ECclesiæ traditio, & authoritas certa. *August. epist. 86. Leo Magnus Serm. de Ieiunio Pentecost. initio.* Primatus. *August. qq. noui Testam. q. 75 in fin. Chryso. orat. Encomiastiaca in* Petr. & Paul. Liberum Arbitrium. *Chrysost. Homil. 10 in Genes. sub initium, & iterùm ante medium. August. lib. 2 de Lib.* Arbit. *c. 1.* Bona opera, & merita, *Aug. 46. ad Valentinum, sub medium. Chrys. Homil. 42 ferè initio.* Sola fides excluſa. *August. de Fide & Oper. cap. 14. initio. Cyrill.* Alexand. *lib 10 in Ioan. ca. 14.* Eucharistia, & Sacrificium. *Chrysost. Homil. 17 in Epist. ad Hebr. & Homil. 2 in Epist. ad Tim. sub fin. August. in Psal. 98 adilla verba,* Adorate Scabellum pedum. Et *Psal. 33, & lib. 3 de Trinit. ca. 14.* Pœnitentiæ Sacrament. *Cyrill. Alexan. lib. 12 in Ioan. cap. 56 sub fin. Chrysost. lib. 3, de Sacerdot. & Aug. in Psal. 101. Concio. 2 ante mediũ.* Purgatorium. *August. lib. 21 de Ciuit. c. 24 ante medium, & lib. 2 in Gen. contra Manich. cap. 20 fin. Chrysost. Homil. 41 (post medium) in 1 ad Corint.* Inuocatio Sanctorum. *Aug. lib. 20 contra Faust. cap. 21. Chrysost. in Liturgia sua, ante medium.* Reliquiæ. *Aug. agens de signo Crucis, Serm. 19 de Sanctis, & Chryso. Homil. 55 in Math.* Cælibatus. *Augu. Serm. 37 ad Fratres in Eremo, post medium, & Chrys. Homil. 2 in Iob. post medium.* Abstinentia à cibis. *Aug. agens de Quadrag. lib. 1. qq. in Gen. c. 169 initio. & Chrys. Homil. 1 in Gen. initio.*

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.		Consules.
401	4 *Anastasii*	7 *Arcadij, & Honorij.*	NAscitur Theodosius Iunior ex Arcadio & Eudoxia. *Socrat. l. 6. cap. 6. Marcell. Chron.* quando & baptizatus est. Hoc tandem anno, & 14 Kal. Sept. Alaricus è Pannonia per Noricas Alpes, & Tridentinum Saltum, pulso ibi Honorij præsidio, festinat in Hetruriam, & Hastam vrbẽ, vbi erat Honorius, obsidione cingit, interim dùm Stilico, in Rhetias profectus, exercitũ comparat. Hunni, subiugatis Dacis & Sarmatis, veniunt in Pannoniam, vbi centum viginti quinque millia cæsa sunt à Romanis, licèt primo certamine inferiori bus. Sed dum victores non prosequuntur victoriam, redüsse	*Vincentius, & Fraustra.* A
14				

narrantur Hunni Duce Attila; & cæsis Romanis, Pannonias recepisse, feciſſeque ibi regiam vrbem Sicambriam, quæ nunc Buda est nominata. *vide annum* 234.

Vita functus S. Martinus anno 16, à Treuerensi Concilio, *ex Seuero eius discipulo in vita Martini*: quicquid dicat *Gregor. Turon.* ingeniosè magis, quàm solidè hanc Martini Epocham euertit *Scaliger lib. 9 de Emend.* agens de prisco Francorum Imperio. Tantùm sancto Martino prisci Galli & Franci detulerunt, vt firmata Epocha, annos suos inde numerarent vsque ad Pipinũ, & Carolum Magnum. quod docent Gallorum Historici, apud quos receptum est, obiisse Clodoueum anno 112, ab excessu Martini. *vt notamus anno* 514. *Lege Marcum Diaconum in vita Porphyrii*, de Marnæi templi euersione nunc facta apud Gazenses, *& Hieron. epist.* 7. Eudoxia Augusta ob vineam viduæ ademptã, vexatur à Chrysost. *Leo Imper. de Visa Chrysost.* Ruffinum iam Romam vocatum, & venire renuentem, damnat Anastasius, *Anastas. Epist. ad Ioan. Hierosolymitanum, apud Hieron. Tom. 9 & Hieronymus Apol. in Ruffin.*

Concilium Carthaginense Prouinciale mense Iunio habetur. *extat Tomo primo Concil.* Notatur ex 30 Canonibus, & legatione ad Anastasium ac Venerium Mediolanensem Episcopũ, post Consulatum Stiliconis. certè primum est, vt satis indicat tempus Anastasii & Venerii indictum est etiam ibidem generale Concilium in sequentem mensem, *de quo ad annum* 403. B

402 | 1 Innocentii. | 8 Arcadii, & Honorii. | Theodosius, lactens adhuc, declaratur Augustus. *Marcell. Com.* Stilico in Rhetiis, post res ibi compositas, & collectum inde exercitum, magnis itineribus redit in Hetruriam vbi inito certamine vincit Alaricum: sed fugientem hostem, vt par erat, non est insecutus, ex Italia tamen expulit, *Claudianus, Prudentius, Orosius.* Arcadius, & Honorius. A

Anastasius moritur: de cuius sanctitate *Hieronymus epist.* 6. Diaconos (quòd bona Ecclesiarum administrarent) insolescẽtes aduersus Presbyteros, repressit Anastasius, iuxta statutum Niceni Concilii, *Canone* 18. Idemque habetur *ex Concil. Carthaginensi* 6. *cap.* 18 in hoc argumento se versans *Hieron. epist.* 88 *ad Euagrium*, dixit æquatos esse inter se Diaconos, & similiter inter se Presbyteros, (Episcopos intelligit) hoc est, nec ex Vrbe, in qua est Episcopus, neque ex Ordine esse inæquales. Et hoc satis erat, ad quæstionem quam tractabat. At de Iurisdictione aliud est. Successit Anastasio Innocentius 15. Kal. Iunii. Chrysostomus, qui ob causam Origenistarum antea dissenserat à Theophilo, nunc etiam aliud dissidium habet, ob eandem causam cum Epiphanio. *de quo lege Baron.* Epiphanius putatur obiisse post triennium.

Indict. 15

Celebratur Concilium Mileuitanum, generale quidem ex omnibus Africæ Episcopis: dicendum Mileuitanum primum. propositis Episcoporum controuersiis, Constantina decernitur prima Sedes Numidiæ. Malè hoc confunditur cum Mileuitano secundo. Nam est materia, Consulibus, & toto genere diuersũ ab hoc posteriori, post quatuordecim annos celebrato.

403 | 2 Innocentii 1. | 9 Arcadii, & Honorii. | Theodosius, & Rumoredius.

Alaricus, rebus cum Stilicone compositis è Panooniis (quæ Arcadii erant) regreditur in Epirum. *Sozom. lib.* 8. *Zosim.* Chrysostomus, agente Eudoxia, Theophilo Alexandrino, & Origenistis, abdicatur, & mox restituitur. *Socrat. lib.* 6. *cap.* 14. Nilammon Monachus impetrat à Deo mori, ne fiat Episcopus. *Sozomenus lib.* 8. *cap.* 10. Concilium Carthaginense, dictum generale in Africa ab anno 410, dilatum, nunc absoluitur. actum est de

Indict. 1

Anni christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
			reconciliandis Donatistis. *vide Augustinum lib.3 contra Cresconcap.45,& 46. & Epistola 106.*	
404	3 *Innocentii 1.*	10 *Arcadii, & Honorii.*	Honorio permittente, Ludi Seculares Romæ dicuntur restituti hoc anno,& gladiatorum munera, tot antea Edictis vetita. *Claudianus de Sexto Honorii Consulatu.* Sub prioris anni Consulibus, instante metu Gothici exercitus, Roma nouis mœnibus circundatur. *Claudianus, & vetus inscriptio portæ Portuensis Transtiberinæ.* dedicatur argentea Eudoxiæ statua Constantinopoli,arguit factum Chrysostomus.accusatur secundò, & pellitur in exiliũ apud Cucusum Ciliciæ oppidũ (sed postea mutauit locum) substituto Arsacio fratre Nectarii, qui breui moritur.*Socrat.lib.6.cap.6.& sequentibus,Sozom.lib.8.cap.20.Pallad.in Dial.& Chrysost.epist* 3. post biennium obit Chrysostom. anno scilicet 407. Lex Auraria nũc postulata est:id est,de auri libris decem in hæreticos ordinatores, & concessa anno sequẽti. *vide Aug.epist.50 ad Bonifac.& 68,ad Ianua.Baron.*392.Paula moritur. *Hieron.epist.* 27. Felix Manichæus conuictus, & conuersus ab Augustino.	Honorius 6. & Aristenetus.
Indict. 2.				
405	4 *Innocentii 1.*	11 *Arcadii, & Honorii.*	Pelagius senex & vagus Monachus, (cuias fuerat incertum) Hæresiarcha,innotescit.*de quo Isidor.Pelus.lib.* 1.*Epistola* 314.& *Chrysostomus epist* 4. Donatistarum reconciliatio, & controuersia non exigua in Africa. *August.epist.* 48 *ad Vincentium,* & 50.qui deinceps pugnat contra Ianuariũ & Cresconiũ. Nunc celebratum est Concilium Toletanum vere secundum : licèt malè primum vocetur: *vt supra anno* 400.natus error est ex duplici Stiliconis Cõsulatu.interfuêre priori illi(vt existimo) cõcilio,nouẽdecim Episcopi,Patrono Episcopo præsidente. interfuit Olympius,clarus inter Scriptores huius temporis, *ex Gennadio cap.24 de Viris Illustribus.* Acta eiusdem Concilij extãt *Tomo* 1 *Concil* notari hîc solet *Canon* 17 de Cõcubina laicis permissa.*de quo lege Decretum, d.*34.*c.*3 & 4. nempe intelligendũ, *iuxta Augustinum,de bono coniugali capite* 5. Vbi de vario coniugio differit,& concubinatu.facilius quidem eo tẽpore permittebatur concubinatus,maritali affectu initus, ac præsertim si tantùm deessent tabulæ dotales.vide Iustinianũ nouella 18.*c.*5	Stilico 2. & Anthemius.
Indict.3.				
406	5 *Innocentii 1.*	12 *Arcadii. & Honorii.*	Vvandali, Duce Mogogisil.vel Godigisil,accitis etiam aliis nationibus, irrumpunt in Gallias hoc Consulatu,*ex Zosimo, & Cassiodoro.*idque vltimo Decembris,*ex Prospero.*an hæc Barbarorum irruptio in Occidentale Imperium,dolo perfidiaque Stiliconis:an verò aliter acciderit,dissentiũt satis inter se Scriptores. Atticus ex Sebastia Armeniæ, vnus ex insidiatoribus Chrysostomi,creatur Episcopus Constantinopolitanus.*Socrat. Sozom.* Vigilantius,Hispanus,Calaguritanus Presbyter,notus & infensus Hieronymo,tandem in Gallias veniens, nunc hæreses suas propalat.*Gennad.de Script.cap.*35. *Hieron.epist.* 75. *& lib. contra Vigilantium* · vbi Galliam huc vsque sine monstris fuisse scribit. de Samuelis Prophetæ ossibus Constantinopolim nũc translatis, *hic Baron.*	Arcadius 6 & Anicius Probus.
Indict. 4.				
407	6 *Innocentii 1.*	13 *Arcadii, & Honorii.*	*Sigebertus, Hieronymus, Marianus Scotus, & alii scribunt,* hoc anno in Galliis,à Vvandalis occupatas, & euersas ciuitates præcipuas, quæ sunt à Rheno ad Sequanam vsque: & Belgicę Galliæ, vicinarumque Prouinciarum partem non exiguam. peracta tragœdia hæc est Caraco Duce Vvãndalorum,qui postea apud Arelatem à Romanis occisus est.In maioriBritannia primùm Gratianus,mox Constantinus Tyrannus armatur cõtra Romanos,& collectis copiis,traiiciẽs Constantinus in Gallias,vincit primùm,& pellit indè Vvandalos. *Zosim. Orosius. Sozom.* interim Radagaisus Scytha,cum 200 millibus suorũ Italiã	Honorius 7. & Theodosius, 2. A B
Indict.5.				

inuadens, vincitur, & extinguitur à Romanis apud Florentiã, abſente Stilicone, qui ſua iam agebat, *vt ſcribunt Oroſius, Sozom. Iornandes, & Marcellinus Comes.* tamen *Zoſimus, Proſper & Paulinus* (qui tunc viuebat) in Vita Ambroſii, inſignem hanc victoriam aſcribunt Stiliconi. Ita apud Scriptores incerta res eſt, quid animi tunc haberet Stilico, quem non valdè excuſat *Hieronymus epiſt. 11 ad Geruchiam.*

Moritur Chryſoſtomus in itinere, de induſtria exagitatus. *Socrates lib. 6. cap. 19. Pallad. in Dial.* Poſt tres menſes periit Eudoxia. *Zonar. & alii.* Innocentius Arcadium execratur, ſeu, vt aiunt, excommunicat, & poſteâ pœnitentem abſoluit. *habentur de hoc, mutuæ Epiſtolæ apud Gennad. & Nicephorum.* Ruffinus anno Chriſti 410 moritur in Sicilia, anteá damnatus ab Anaſtaſio. *Baronius.* Syneſius quoque eodem anno 410, ex Philoſopho Epiſcopus, multùm renitens creatur, poſtulatus à populo Ptolemaidis, vir eximius. *lege de eo Euagr. lib. 1. cap. 15. ipſum Syneſium Epiſt. 11. 18. & 105 & Niceph. lib 14 cap. 55.*

408	7 *Innocentii 1.*	14 *Honorii et Theodoſii 11.*	Vita ceſsit Arcadius Imperator primo Maij, anno ætatis 31. *Socrates libro 6. capite 21.* timens ille fratrem ſibi perinfenſum, reliquit filio Theodoſio, tutorem regem Perſarum, Iſdigerdũ. qui optima fide pupillo Imperium conſeruauit, vſus pace ſine inuidia. iam firmata pax erat ad centum annos. *Paulus Diaconus, Marianus, Scotus, & alij.* hinc Perſis aperta vita eſt ad fidẽ. In Occidente, dùm Conſtantinus Gallias percurrens, Arelate regnat, & Alaricus ex Norico infirma pace, immineret Italiæ, ſuaſit Stilico, vt in Conſtantinum mitteretur Alaricus, libenter hoc bellum ſuſcepturus. At dux Olympius perſuaſit Honorio Stiliconem affectare vtrumque Imperium, & id iam agere cum Barbaris. qua ex cauſa occiſus eſt cum filio Stilico. *ita Sozomenus, & Zoſimus,* qui iniuſtè occiſum narrat. licèt *Iornandes, & Marcellinus* proditorem nominent. nec tamen ceſſauit Alaricus agere de pace, quam parùm prudenter neglexit Honorius. Vvandali regrediuntur in Gallias contra Conſtantinum. Antiochiæ impio Porphyrio mortuo, ſuccedit Alexander, vir optimus. *Theodoretus libro tertio, capite 5. libro 5. capite 35.* Ab anno 340, huc vſque manſit turbatus ordo Epiſcoporũ Antiochiæ, vti monui. Melania, timens Vrbis cladem, fugit Hieroſolymam. *Pallad. in Lauſiac. cap. 33.*	*Baſſus, & Philippus.* A
Indict. 6.				B
409	8 *Innocentii 1.*	15 *Honorii Theodoſii 11.*	Poſt diuturnam cunctationem, Alaricus ſe contemni videns ab Honorio, Italiam tentat, & nullis repertis in itinere obſtaculis, Romam obſidet. hanc obſidionem ex recentioribus latè deſcribit *Sigonius libro 10.* hoc eodem anno Romani auro & donis aliis obſidionem hanc primam ſoluũt, detractis Idolorum ornamentis. *Zoſimus libro 5.* Eranthi Barbari, Chriſtiani quidem: ſed Arrianiſmo infecti. *Sozomenus libro 9. cap. 6. & 7.* Honorius apud Rauennam agebat: vbi erat etiam Innocentius Papa ob negotia pacis. Et cùm de re non conueniret inter Honorium & Alaricum, rurſus Barbarus Romam obſidet, capietque anno ſequenti. *Sozomen. libro 9. capite 8. Hieronymus Epiſtola 16. Zoſimus l. 5.* Vvandali nunc primùm conantur inuadere Hiſpanias. rebus Imperii ſic turbatis: Armorici in Gallia, & qui in maiori Britannia, ſubiecti erant Romanis, ſe in libertatem vendicarunt, pulſis Romanorum Ducibus. *Zoſimus.* Melania ſenior putatur reddita Catholica, ex congreſſu in Africa cum Auguſtino, & Hieronymo in Oriente. *lege Auguſtinum Epiſtola 225.* obiit 40 diebus poſt aduentum Hieroſolymam, *lege Hieronymum Epiſtola 79.*	*Honorius 8. & Theodoſius 3.*
Indict. 7.				

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Consules.
410	9 Innocentii 1.	16 Honorii. & 3 Theodosii 2.	Dum Honorius Alarici obsequium aliquod honoratum, & conditiones pacis obstinatè repudiat, Alaricus capta Roma, & modico incendio fœdata, iungit se Attalo, nouo Imperatori electo in opprobrium Honorij. Sed hic Attalus, Vrbis antea Præfectus, nunc nomen Imperatoris vsurpans, breui ab Alarico redigitur in ordinem: & tandem captiuus traditur Honorio. *Sozom. libro 8. capite 8 & 9. Zosimus libro 6. Orosius libro 7. capite 42.* de hac re *post Hieronymum, Blondum, Sabellicum, Orosium, & Sigebertum. lege Sigonium ad hunc annum.* die tertio vel sexto discedunt Barbari in Campaniam, & Apuliam. *Orosius libro 7. capite 39.*	Varanus, & Tettullus. A
			Vandali in Galliis, inito certamine, iacturam fecerunt Ducis, occiso Mogogisil à Francis: cui substituitur Gundericus filius. quo Duce reuersi in Aquitaniã Vvandali, & tandem hoc eodem anno accedentibus Alanis sociis, admissi sunt in Hispanias: anno, inquam, eodem, quo capta est Roma, *vt cum Orosio, & Sozomeno, plurimi obseruant Chronologi. Procop. libro 3 de bello Vvand.* hunc regem nouum vocat Godigiscum. cui ait ab Honorio concessam Hispaniæ possessionem, ea lege, vt incolis non noceret. *Prosper* quidem & *Cassiodorus*, notant Consules anni 409. & *Seuerus* consentiens Æram 447. Sed fortè de prioris anni conatu loquuntur. diuiso tandem regno, Alanis cessit Lusitania: Silingis, id est, Vandalis, Bœtica, dicta à Vvandalis Vvandalosia. Marcella à Gothis capta & dimissa. *Hieronymus epistola* 154. fugit in Africam, & breui moritur. *Hyeronymus epist.* 8. 16. Demetrias etiam capta. *ibidem.* Interim mittit Honorius in Africam, ad Donatistas reprimendos, Marcellinũ Tribunum, & Nolanum. *Possidonius in Vita Augusti. cap* 13. Ad hunc Marcellinum, hoc ipso tempore, scripsit Augustinus libros de Ciuitate. tunc habita Collatio est cum Donatistis, *de qua Augusti. epist.* 122.	B
ndict. 8.				
411	10 Innocẽtii	17 Honorii & 4. Theodosii 2.	Hierontius, qui Hispanias occupauit, fretus Vvandalorum ope, in Aquitaniam & Narbonensem Galliam irrũpens, Constantem occidit Cõstantini Tyranni filium. Hierontius, in Hispaniam regressus, à suis occisus est. interim missus ab Honorio Constantius cum exercitu contra Galliarum Tyrannos, coegit Constantinum ad deditionem: quem missum in Italiam, Honorius occidi fecit. *Paul. Diaconus, Marcellinus Comes, Sozom. lib. 9. cap. 13 & 14. Prosper, & Cassiodorus.* Alaricus hoc anno, traiecturus in Siciliam, moritur. *libro* 13. *Historiæ Miscellæ. Sozom. lib. 9. cap.* 12. Athaulphus Rex Gothorum declaratus, Gallam Placidiam Honorii sororem, captam Romæ, ducit vxorem: quæ marito suasit, & obtinuit pacem. Imò in optatis ei fuit Romanun imperium restituere in pristinum splendorem, & Honorio fideliter militare. *Orosius lib. 7. cap.* 40 & 43. *& Iornandes.* Gothi sequenti anno, Italiam penitus relinquentes, Gallias inuadunt. *Prosper, & Cassiodorus in Chron.* hoc anno habetur celebris illa disputatio seu Collatio cum Donatistis in Africa. *Vide Augustinum in Breuiculo.* rem prolixè hic describit *Baronius.* pelagii hæresis propalatur, omnia tribuentis Libero Arbitrio. *Hieron. epist. ad Cteſiphontem. Augusti. de Peccato Originali, cap. 21. epist. 99 & Retract. lib. 2. cap.* 3. Alexandro Antiochiæ Episcopo succedit Theodatus. *Baron.*	Theodosius 4 sine collega; A B
Indict. 9.				
412.	11 Innocentii 1.	18 Honorii & 5. Theodosii 2.	Maximus, Iouius, & Sebastianus, Tyranni in Galliis, delentur à Constantio. Honorii Duce: *vt referunt Iornandes capite 32. & Scriptores citati anno præcedente.* Theodsio 5 Consule Athaulphus Visigothorum Rex Narbonensem Galliam occupat, & Aquitaniæ partem· qui Hispaniam postea in-	Honorius 6. & Theodosius 5. A
Indict. 10.				

greſſus, vexat Vandalos bello, *Iornand. cap. 31. & Oroſius.* nec abeſt coniectura, ab Honorio permiſſam illi Gallicanam hanc prouinciam, quam certè vides *anno* 419 Valliæ datam.

Habetur Concilium Cirtenſe in Numidia, vt mẽdaciis Donatiſtarũ occurreretur. *Augu. Epiſt.* 152. interim Auguſtinus Voluſianum Philoſophum nobilem Romanum, & fratrem matris Melaniæ iunioris, ſtudet ad fidem perducere, qui non niſi moriens fit Chriſtianus. *Auguſtinus Epiſt.* 1. 2. 3. & 4. Cæleſtius primarius Pelagii diſcipulus damnatur Carthagine. *Auguſtin. de Peccato Originali contra Pelag. lib. 2. cap. 23.* moritur Theophilus Alexandriæ Epiſcopus, ſed non niſi cùm honorem detuliſſet imagini Chryſoſtomi. *ex Damaſc. de Imagin. lib. 3. in fine.* hoc pœnitentiæ ſignum profuit illi, vt poſt mortem reciperetur eius memoria. *Leo Papa Epiſt. 64 ad Marcianum.* Subrogatur Cyrillus, filius fratris Theophili. *Socrates lib. 7. cap. 7.* hic initio quidem Atticum arguit, quòd Chryſoſtomum poſuiſſet in diptycis. Sed ipſe Cyrillus poſteâ eundem Chryſoſtomo honorem detulit. *Baron. lege Niceph. lib. 14. cap. 28.* B

413 | 12 Innocẽtij I. | 19 Honorij. 6 Theodoſij II. | Huius prioris Conſulis collega Heraclianus, in Africa euaſit Tyrannus, & Romam properans cum 3700, vt ferunt nauibus, fugatus, & victus nauali prœlio à Marino Duce, occiditur à ſuis. *Oroſius lib. 7. cap. 42.* Marinus victor in Africam traiecit: vbi laudatum virum Marcellinum, Cognitorem Collationis cum Donatiſtis, cõtumelioſè à Donatiſtis accuſatum, occidit. *Oroſius ibidem.* *Lucianus, & Heraclianus.* A

11

Burgundiones (profligatis in Gallia Tyrannis) à Conſtantino pacem petunt, & impetrant, conceſſis etiam ſedibus apud Heluetios, & verſus Rhodanum: idque inito fœdere. De hac prima Burgundionum in Galliis adepta poſſeſſione, *Prosper, Caſſianus, & Iornandes, cap* 31. auctum eſt progreſſu temporis hoc Burgundionum regnum iam naſcens, Prouinciis illis quæ hodie nominantur Sabaudia, Burgundiæ Comitatus, & Prouincia. de horum Rege primo varia Scriptores. Demetrias Virgo veſtes Monaſticas induit. *Hieron. epiſt. 8. & epſt. 179. lege Auguſtinum epiſt.* 143. de Pelagij Epiſtola ad eandem Virginem. Scripſit tunc Auguſtinus ad Probam, auiam Demetriadis, & Iulianam matrem. *Auguſti epiſt.* 121. Burgundiones ad fidem conuertuntur. *Socrat. lib. 7. cap. 30.* B

414 | 13 Innocẽtij. I. | 20 Honorij. 7 Theodoſij II. | *Scribit beda* Conſtantij operâ, maiorem Britanniam rediiſſe nunc ad iura Imperij Romani: & miſſus demum eſt in Aquitaniam contra Viſigothos, quando Attalus Tyrannidem iterum reſumit, & nomen Auguſti in Gallijs, impellente Athaulpho Rege. *Proſper.* Gothos hos ex ſociis Imperatoris hoſtes factos, Conſtantius Comes Narbona expellit, cogitque abire in Hiſpaniam. *Oroſius libro 7. capite 43.* *Cõſtantius, & Conſtans.*

12

Franci ægrè ferentes *vt loquitur Sigonius*, Burgundiones non magnis opibus homines, pacatas accepiſſe in Gallia ſedes; demũ irrũpunt ipſi, (*Gregorius Turon*, ſecundam irruptionẽ vocat) & euerſa iterum Treuerenſi ciuitate, Prouinciam quæ hodie Brabantia nuncupatur, occuparunt. an deinceps ibi hæſerint, electis iam Regibus, & nec fuerint à Caſtino, nec ab alio vltra Rhenum repulſi, certant Hiſtorici. Nunc miſſo Dulcitio Tribuno in Africam, Honorius ibi egregiè repreſſit Donatiſtas. *Auguſtinus Retractationum libro 2. capite 59.* Oroſius Presbyter Hiſpanus, hortatu Auguſtini, ſcribit Hiſtoriam ab Origine Mundi vſque ad ſua tempora: quod opus perfecit anno 417. *ſcribit Auguſtinus de Natura & Gratia contra Pelagium. Auguſtin. Epiſt.* 102.

415 | 14 Innocentij I. | 21 Honorij. 8 Theodosij II. | Honorius 10, & Theodosius 6 A

S. Stephani Reliquiæ nunc inuentæ. *Baron.* habetur Synodus Dioſpoli (olim Lidda) vbi Pelagius, damnans ſuas hæreſes, dolosè abſoluitur. *Auguſt. lib. 2 Retractationum c. 47.* Hæreſes illius *recenſet Auguſt. Epiſt. 106 Baron.* viuebat hoc anno Alexandriæ Hyppatia in literis conſpicua. *Synoſius Epiſt. 10. 15 16 23. 81. 124. & 154.* ſed indignè occiſa. *Socrat. lib. 7 cap. 13.* Theodoſius Pulcheriam ſororem, ſexdecim annorum, nouo exemplo Auguſtam facit. *Marcell. in Chron.* de eius incredibili prudentia & virtute, *Sozom. lib. 9. cap. 1.* hoc etiam anno Sozomenus finit hiſtoriam, quanta extat: nam alioqui ſcripſit vſque ad annum 439. *Ex eiuſdem Præfat.* Auguſtinus laborat in Quæſtione de Origine Animæ. *Baron.* Athaulphus rex Viſigothorum occiditur à ſuis, *Iornandes cap 31.* electus rex Vvallia: idque decimo Conſulatu Honorij, *ex Proſpero.* hic Rex ſequenti anno firmat pacem cum Honorio, reddita Imperatori Placidia ſorore. *Iornan. c. 32.* idemque de pace in votis habuerunt poſtea anno 419, nationes aliæ Barbaræ in Hiſpania, Alani, Vvandali, & Sueui. *Proſper, & Oroſ.* Scribunt quoque Attalum hoc anno captum, & oblatum Honorio: cui truncata manu vitam reliquit. Placidia data eſt vxor Conſtantio, cum titulo Cæſaris. *Proſper, & alij.*

Indict. 13. | B

416 | 15 Innocentij I. | 22 Honorij. 9 Theodoſij II. | Theodoſius 7 & Palladius. A

Hoc anno in Africa celebrata ſunt duo Concilia contra Pelagium, ſcilicet Carthaginenſe, 77 Epiſcopum. *Epiſt. Synodica ad Innocent* P P. *qua petunt confirmationem. Auguſti. in epiſt. 90. Proſper carmine de ingrat.* alterum fuit Mileuitanum, cui interfuit Auguſtinus in Numidia, 61 Epiſcoporũ: vbi eadem hæreſis damnata eſt, *Auguſtinus citatus, & epiſt. 92. & 95.* fuit Innocentius. *Auguſtinus epiſt. 106. lege Innocentium epiſt. 31. & ſequen.* diuerſum eſt ab illo, de quo ad annum 402. licèt Collector ex duobus vnum conflauerit; etiam additis quorundam aliorum Conciliorum Canonibus, qui ponuntur poſt octauum Canonem. confirmatum eſt hoc Concilium ab Innocentio. *Innoc. epiſt. 26, quæ eſt ad Concilium Mileuitanum, & 27.* mortuo Ioanni Epiſcopo Hieroſolymitano, ſubſtituitur Praylius. Reſcriptum Theodoſij de Parabolanis, *extat l. 42. Cod. Theod. de Epiſcopis & Clericis.* hi ægrotantium curæ adſcripti ex minoris Ordinis Clero, fauentes Cyrillo, negotium faciebant Præfectis. numerum hic reſtringit Theodoſius: dicti quaſi παραβολοι, ſeu periculo incautè expoſiti.

Indict 14 | B

417 | 1 Zozimi. | 23 Honorij. 10 Theodoſij II. | Honorius 11 Conſtantius 2

Innocentius moritur 5. Kal. Auguſti, *vt patet ex Conſulibus Epiſtolæ 22 Innocentij* Subſtituitur Zoſimus Græcus. Pelagius, & Cæleſtius damnati anno præcedente, ſe dolosè Zoſimo offerunt. Sed fruſtra. *Auguſti. de peccato Originali, cap. 6. 7. & 8. refert hoc anno Baron.* Triumphum Honorij Romæ, de Attalo Tyranno, deuictis Barbaris, reſtitutoque Imperio.

Indict. 15.

418 | 2 Zoſimi. | 24 Honorij. 11 Theodoſij II. | Honorius 12 & Theodoſius 8.

Plinta Palæſtinæ gubernator rebellat, & victus à Theodoſio occiditur. *Marcellinus Comes.* Vandalis bellum eſt hoc anno in Hiſpania, *quod narrat cap. 31. Iornand.* perlato in Africam nuntio, quòd Romæ ſub Zoſimo inſtaurãdum eſſet iudicium de Pelagio: conuocatur Concilium Carthaginenſe, 214. Epiſcoporum: decernuntque, vt maneat ſententia damnationis data ab Innocentio Papa: deinde Pelagius toto orbe damnatus eſt. *Proſper in Chron. & contra Collatorem.* Zoſimus verò, licet cunctando prudenter omnia examinauerit; tamen apertè tandem hos hæreticos damnauit: *Proſper contra Collat. Auguſti. epiſt. 157. & de peccato Originali cap. 8. & 22. lege Auguſtin. contra Iulianum, libro 1. capite 4. & lib. 6. capite 12.* hoc eodem tempore quidam ex Adrumetino Monaſterio, oppoſitum ſectantes

errorem, negabant Libertatem Arbitrij, omnia Dei Gratiæ tribuendo. ad hos errores tollendos scribit Augustinus ad eosdem Monachos (*Tomo septimo*) de Gratia & Libero Arbitrio & de Corrept. & Gratia. moritur Zosimus, substituto Bonifacio Kalend. Ianuatij. Eulalius se volens intrudere, primùm placuit Imperatori. Sed audito iudicio Episcoporum, mutat sententiam. *Baron.* apparuitque (quicquid dicant Nouatores) Bonifacij integritas: vt iam dicetur.

419 | I Bonifacij I | 25 Honorij. 12 Theodosij. II. | *Monaxius, & Plintha.* A

Bellorum multitudine & negotiorum mole pressus Honorius, tandem pacem cum Visigothis firmam iniuit, liberè iam data illis Narbonensi Gallia & Vasconia: sed ea lege, vt fideliter Imperatori militarent, quoties iuberentur. consimiles pacis conditiones petierunt in Hispania, Sueui, Vandali, & Alani: reiecti tamen sunt, *ex Orosio.* & bello à Vallia rege victi hoc eodem anno. postquam insignem victoriam, promissam Prouinciam acceperunt Visigothi, & Tolosa regni sedes effecta. fusi hostes, plurimi se receperunt ad Gundericum, qui in Gallæcia tunc Vandalis imperabat. *Isidorus, Seuerus, Iornandes, Paulus Diaconus, Rodericus Toletanus, & alij.* Cæterùm an permissione, an donatione Imperatoris, Vallia Rex partem Hispaniæ occupatam retinuerit, nihil scribunt, quod sciam, veteres Historici.

Indict. 2.

Narrat Marcellinus Comes, his Consulibus & mense Iulio, natum Valentinianum huius nominis tertium, ex Constantino Cæsare, & Placidia. sedatur Romæ Schisma, probata vera electione Bonifacii, quam Augustinus meritò laudat, *contra duas Epistolas Petiliani, cap.* 1. quicquid in Bonifacium circa hanc electionem Magdeburgenses mentiantur, cum veteribus Pelagianis, de quorum calumniis *August. lib. 6 contra Iulianum Pelag. cap.* 12. rem magis explicant *hoc anno Sigonius, & Baronius num.* 47. & 48. B

Habetur mense Maio Synodus Carthaginensis, quæ solet vocari 5. sed melius hæc Concilia Carthaginensia designantur Romano Pontifice, aut ex rebus ibi actis, quam ex eorum numero. aderant Legati à Zosimo, iam tamen mortuo: qui inter alia, egerunt de appellatione ad Romanum Pontificem permittenda: & citabatur, Zosimi mandato, Canon, qui verè est septimus Concilij Sardicensis; tamen sub nomine Concilii Nicæni, quem in Nicæno Concilio non reperiri mirati sunt Patres Africani. Verùm cùm sæpe Canones vnius Concilii in aliud transferantur, (*vide annum* 416.) quid vetat hunc citatum Canonem, verè fuisse Nicæni Concilii; sed trãslatum in Sardicense; & Zosimum proinde citando recurrisse ad fontem. ridiculè omnino clamant hæretici nostri, voluisse Zosimum, falsatione Canonis, suffurari Primatum, ex citatione vnius Concilii pro alio. quis enim eum, qui etiam imperitè ciaret legem, dicet statim esse falsarium? Et bone Deus, quales isti sæpè proferunt in hoc genere citationes?

sed de re ipsa *lege August. epist.* 261 *editione Plantin.* moritur hoc anno Eustochium. de qua re *Hieron. Epistola* 79.

ORIGO REGNI Francorum in Gallia.

HAbent, qui ſubſequentur anni, rerũ à Frãcis præclarè geſtarum explicationem; & nobiliſſimi regni ab hoc Chriſti anno deducta incrementa. In qua temporum deſcriptione peccare me faterer, à quadraginta & amplius annis Gallico hoc fruens cœlo: niſi qua pietate, qua bellica virtute, & felicitate temporum, pleroſque mortalium anteiuerint, ſuis ingenuè profiterer locis. Atque in ipſo iã limine & narrationis veſtibulo, Conſulibus loco pulſis, auſpicatò ſedem hanc damus in hac temporum deinceps ſerie, inuictiſſimis his Galliarum Principibus; ſed longè nobiliore, quàm Conſulari poteſtate præterea imperaturis. Quamuis enim eoſdem tu faſces (Clodouee Rex Chriſtianiſſime) ac de Conſulatu codicillos, dum Gothicum nomen hæreſi infame obliterabas, acceperis; illud tamen illuſtrius longè tibi accidit, (ex quo Sicamber, Chriſti iugo colla ſubmiſeras) ita tuis armis, ex collabentis Romani Imperij ruinis, Regnũ hoc eſſe excitatũ; ita nobilitate, religioneque immortalitatẽ nactum: vt illuſtriori honoris tumulo, Romanũ Imperiũ donari nõ potuerit. Sed nõ eſt huius inſtituti, res ſanè memorandas domi foriſque à Francis geſtas, quo par eſt ſtylo proſequi. anguſtiis operis excludimur. accipe tamen, Lector, in hoc Synopſeos veſtibulo, ſacrãdorum Principũ, in ſuis ordinibus Duces primos; vnde reliqui mortales plurima habeant, qua vel imitentur ſi poſſunt: aut ſi aliud aſſequi nequeunt, quod admirentur & laudent. At tuum hic in primis eſt LVDOVICE Princeps ſpe maxime; hanc auitam ſeriem diligentiùs recognoſcere: & in his tuis glorioſis proauis elucentem virtutem, pari

qua nunc adoleſcis magnamitate, nõ imitari modo; ſed etiam, quod omnes à te expectant, ſuperare. hîc tibi, victoriæ ſeſe offerunt & magnitudine admirandæ, & multitudine prope infinitæ. Hîc te oblectabũt Aquilæ, Carolo tuo, aliiſque ſacri ordinis Principibus quondam familiares. Hîc profligatæ à tuis hæreſes (Chriſtianiſſimi nominis immortale decus) mirum quantam ſuperimponunt tuis Principibus gloriæ coronidem. & ne in tam illuſtri Principum corona aliquid deſideres; en tibi HENRICVM illum tuum verè MAGNVM, tot generoſa Heroum agmina claudẽtem; qui te patria paternaque voce compellans, ſuoque exemplo iter monſtrans, ad latè piéque imperandũ, & gloriam demúm te vocat immortalem.

PRIMI FRANCORVM PRINCIPES, A FARAMVNDO ad LVDOVICVM XIII.

1. *Faramundus.*
2. Clodio Crinitus *fil.*
3. Merouæus *fil.*
4. Childericus I. *filius.*
5. Clodoueus Magnus *fil. primus Rex Chriſtianus, primus quoque Iliæa accepit ſigna.*

PIPINORVM GENVS.

22. Pipinus, Caroli Martelli *filius,*
23. CAROLVS MAGNVS *Imperat.*
24. Ludouicus primus Pius.
25.
26.
27.

CAPETORVM GENVS

35. Hugo Capetus.
36. Robertus *fil.*
37. Henricus *fil.*
38. Philippus *fil.*
39. Ludouicus Sextus Craſſus.

43. S. Ludouicus.

Reliquos principes dat index, verbo Franci.

Tandem.

HENRICVS MAGNVS, BORBONIVS, CHRISTIANISSIMVS PRINCEPS, OPTIMVS DOMI FORISQVE HABITVS, LIBERIS FELIX, BELLO CLARVS, PACIS FVNDATOR, INSTAVRATOR GALLICÆ MONARCHIÆ, GALLIARVM DELITIVM, ET ORBIS DECVS, OBIIT LVTETIÆ PRID. ID. MAII. 1610.

Anni Chriſti.	*Anni Pont.*	*Anni Imp.*
420	2 *Bonifacij I.*	26 *Honorij.* 13 *Theodoſij 2.*

Coſſ. Theodoſius 9, & Conſtantius Cæſar 3. quo tempore Romani Gallias à Rheno ad Ligerim ferè tenebãt, reliquas Viſigothi & Burgundiones, creato nunc nouo Auguſto: nobiliſſimum Francorum in Gallia regnum accepit initium, ſub Faramundo Marcomiri filio: *vt poſt Adonem, Scriptores rerum Gallicarum affirmant.* Sanè cùm à ſex tantùm annis ſint in Gallia Franci, *vt notaui anno* 414; non poteſt multùm abeſſe hic annus à vero Faramundi initio, regnique Epocha. leges ſtatim ſuis dedit. *Ado, Sigebertus, Otho Friſin. & alij.* lex tamen Salica, fuit ante ad-

R

Anni Franciæ Regum.

1 *Faramundi.*

Indict. 3.

uentum in Gallias edita, *vt Legũ Præfatio Salicarum, quæ nullam facit Faramundi mentionem, testatur. lege Sigebertum, & Othonem.*

Constantius, Placidæ maritus, ex Cæsare creatur Augustus ab Honorio, Imperij socius. *Prosper in Chron.* missо in Hispaniam exercitu, Vandali pelluntur è Bætica. De Saracenorum nunc facta conuersione, *Cyrillus in vita Euthymij.* Sanctus Hieronymus, insignis Ecclesiæ Doctor, moritur pridie Kalend. Octobris, anno ætatis 91. *Prosper in Chronico.* de eius scriptis *hic Baron.*

421 | 3 Bonifacij I. | 27 Honorii. 14 Theodosij II. | 2 Faramundi,

Coss. Agricola, & Eustathius. Isdigertus Persarum Rex obijt: succedit Varanes filius. sub quo ortum videtur bellum illud Persicum aduersus Romanos, *de quo Marcellinus Comes.* sed breui constituta pax. *vt narrant* Procopius, *Marcellinus, Socrates, & Cedrenus. addit Miscella libr.* 14. appositam conditionẽ de Christianis benignius in Perside tolerãdis. vita cessit Cõstantius Augustus Rauennæ, (dolore, vt ferunt cõfectus, quod eius electionem non probaret Theodosius,) Valentiniano infante ex Placidia relicto, *Nicephorus libr.* 14. *capite* 5. *Prosper etiam notat* sub his Consulibus id accidisse. Theodosius vxorem duxit Eudociam Atticam, Leontij Philosophi filiam, literis excultam. *Socrates libr.* 7. *capite* 21.

Indict. 4

Ab hoc tempore Hispaniarum rerum Scriptores, recensent Gothorum Reges à Vallia. *lege Mariana Historiam libr.* 5. Venetiarum ciuitatis nunc iacta fundamenta plerique putant, confugientibus ob Hunnorum in Pannonias irruptiones, accolis illius maris, in insulam, quæ dicta est Realte. *ita Sabellicus initio historiæ & Volateranus. tamen Blondus refert* ad tempora Aquileiæ euersæ ab Attila. discrepat valde *Onuphrius*, qui refert ad annum Christi 31. Aetius, mortuo Constantio, præficitur rei bellicæ, & mittitur ab Honorio in Hispaniam contra Vandalos. *Prosper, Cassiodorus, Iornan. &c.*

SCOTORVM REGNI INItium: Posterius, & certum.

HAllucinantur plurimùm, qui Scotiæ reges tantùm à Rege primùm vncto, numerãt. errori locũ feciſſe potuit illa ipſa ſacra Regũ apud Scotos inũctio; quæ non niſi ſeró in Edgaro, & poſt plures annos à primo Chriſtiano rege exactos inuecta eſt. Quod idẽ alijs nobiliſſimis Galliæ Angeliæq; regnis, eueniſſe fatentur vtriuſque regni Hiſtoriarum conditores. Nec tamen propterea à ſerie Regum reijciũtur; qui vel à Faramundo Francis, vel à Saxonum aduẽtu Britannis, regali titulo iura dederunt. Cæterúm ab hoc tantúm, in quo nunc verſamur Chriſti anno, Scotorum Regum ſeriem deducimus; certam nempe apud omnes, & Epocham regni, vt antiquitate

etiam ſua; ita duobus inſuper alijs titulis, nõ parùm nobilem. Prouinciæ enim illæ, inacceſſa tempore Tertulliani, Romanis Imperatoribus loca, nec poſtea quidem ab vllo omnes domitæ ſunt. ſenſerunt quidem Scoti externorum Principum arma ſæpius; ſed quibus numquam penitus ceſſerunt. Eam verò ex Religione (quod alterum erat) laudẽ conſequuti ſunt, quæ neſcio an vlli alteri regno cõtigerit. numerant enim ad noſtra vſque tempora à Donaldo, Reges 80 fide Catholicos; qui continuata ſerie tam feliciter regnârunt; vt nec Regnum ſine regio ſtemmate, nec Reges ſine Orthodoxa fide palàm vnquam, aut ex profeſſo extiterint. ſed hæc obiter. nobis hic ex veriore Hiſtoria receptiſsimum initium hoc, indicaſſe ſat eſt. ne tamen quicquam Lectori videar conſultò omiſiſſe, en tibi Regum, quotquot Scotorum dant Hiſtoriæ, integer Catalogus.

SCOTORVM REGVM SERIES.

Anno ante Christum.	330	*Fergusius Primus.*	*Sunt hac Constantini tempora, ante quæ de Scotis aut Scotobrigantibus, nullam vnquàm factam mentionem, primus assertor extitit nouus quidam author in sua Britannia. Sed nec hoc ille vnquam euincet, nec grauissimis scriptoribus à quibus gratis dissentire voluit fidem abrogabit.*
	305	*Feritharis Fergusii fr.*	
	290	*Mainus.*	
	261	*Dornadilla.*	
	233	*Nothatus.*	
	213	*Reutherus.*	
	187	*Reutha.*	
	137	*Thereus.*	
	161	*Iosina.*	
	137	*Finnanus.*	
	107	*Durstus.*	
	98	*Euenus I.*	
	79	*Gillus.*	
	77	*Euenus II.*	
	61	*Ederus.*	
	12	*Euenus III.*	
	5	*Metellanus.*	
Anno post Christum.	29	*Caractacus.*	
	54	*Corbredus.*	
	71	*Dardanus.*	
	75	*Galdus.*	
	103	*Luctacus.*	
	106	*Mogaldus.*	
	148	*Conatus.*	
	162	*Ethodius I.*	*Lucius Britannorum Rex impetrat ab Eleutherio viros pios, & Christiana Sacra. Vide an. 183.* Leslæus in Ethodio.
	102	*Satrabel.*	
Primus Rex Christianus.	197	*Donaldus I.*	
	216	*Ethodius II.*	
	221	*Athirco.*	
	242	*Nathologus.*	
	253	*Findocus.*	
	263	*Donaldus II.*	
	264	*Donaldus III.*	
	273	*Crathlintus.*	
	312	*Fincormacus.*	
	358	*Romacus.*	
	361	*Angusianus.*	
	363	*Fethelmacus.*	
	369	*Eugenius I.*	
	422	FERGVSIVS II. REGNI INSTAVRATOR.	*Reliquos 66 Reges Christianos Orthodoxos habes ab anno hoc 422 productos, iuxta temporum rationem, vsque ad Mariam fel. mem. Scotorũ Reginam, & Iacobum VI. totius iam Britanniæ imperantẽ.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Anni Franc. Regum.
422	4 Bonifacij I.	28 Honorij. 15 Theodosij. 2.	*Coss. Honorius* 13, *& Theodosius* 10. Scotorum Historici repetunt regni illius initia à Græcis & Ægyptiis, inchoati, vt illi scribunt, annis 330 ante Christi aduentum. sanè initium hoc, & narrationem totam plerique Scriptores alij τὸ σκότωμα esse pronunciant. vt vt res se habet, de tam antiqua origine, illud saltem receptum est, *vti dixi ad ann.* 210, Scotos in maiori illa Britannia diu ante Honorii Imperatoris tempora regnasse (*lege Baron. ad annum* 429.) ac patriâ ante annos circiter 44 pulsos, à Maximo Imperatore seu Tyranno, *vt narrat Buchananus libro* 4: tandem hoc anno recepisse instauratum à se regnum, Duce ac Rege Fergusio secundo iam regnante: & à quo Regum series omnium Scriptorum cõsensu deduci potest. Scotobrigantes (cuius vocis ignoratio plerosque decepit) rectè explicatur *qui sint, à Scaligero in Eusebium. vide hic an.* 52. de Brigantibus *vide an.* 183.	3 Faramundi.
Indict. 5.			Bonifacius genere Thrax, & bellicis artibus clarus, spretus à Castino Duce Romani exercitus in Hispania, nauigat in Africã, & arctam cum Augustino amicitiam contrahit. *Augustinus Epistola* 70. *&* 75. quo anno idem Castinus malè pugnans contra Vandalos, in Aragoniam se recipere coactus est. *Prosper, Cassiodor. & Ydatius.* Augustinus disputat contra Pascentium Comitem & Arrianum. *Possid. Vita capite decimo septimo, & Augustinus Epistola* 73. 74. 75. 76. & contra Maximinum Arrianum. *Possid. ibidem.*	
423	5 Bonifacij I.	29 Honorij 16 Theodosij 2.	*Coss. Marinianus, & Asclepiodotus.* Honorius Imperator Romæ moritur: vir in magnis Reip. tempestatibus versatus. obiit 15 Augusti, & in Mausoleo, iuxta corpus Beati Petri, reconditur. *Prosper, & Socrates lib.* 7. *capite* 23. dùm Placidia cum filio in Oriente est: Ioannes, vilis natalibus homo, Imperium Occidentis inuadit: Castino conniuente. *Socrates ibidẽ, Iornandes, & Cassiodor.* Moritur Bonifacius Papa. *Prosper, & Marcellinus in Chron.* post dies nouem creatur Cælestinus primus: idque pacificè, *ex Augustino Epistola* 261. Theodoretus Historicus, in Syria Cyri Episcopus fit, *ex eius Epistola ad Leonem in fine Operum.*	4 Faramundi.
Indict. 6				
424	1 Cælestini I.	17 Theodosij 2.	*Coss. Castinus, & Victor.* Ioannes Tyrannus, tentans Africam, repellitur à Bonifacio. *August. in Append. Epist.* 4. *&* 5. Ardaburius missus à Theodosio contra Tyrannum, vi ventorum abreptus à classe, capitur: sed anno sequenti liberatur, occiso Tyranno. *Socrates lib.* 7. *cap.* 23. Theodoretus couuertit decem millia Marcionitarum. *Theodoret. Epist.* 146.	5 Faramundi.
Indict. 7.				
425	2 Cælestini I.	18 Theodosij 2 1 Valentiniani. 3.	*Coss. Theodosius II. & Valentinianus Cæsar.* Aspar, filius Ardaburij, missus à Theodosio, diuina ope Rauennam ingressus, Ioannem Tyrannum opprimit, patrem liberat. Valentinianus Placidius designatur Augustus à Theodosio. *Socrates libro* 7. *cap.* 23, *&* 24. venit Valentinianus cum matre in Italiam. Aetio venia conceditur, quod Hunnis, quos pro Tyranno aduocauit, reditum persuasisset. missus in Galliam, Gothos, inuadentes Imperij fines, repressit. Castinus exulare iubetur. *Prosper Chron.* moritur Atticus Episcopus Constantinopolitanus. *Socrates libr.* 7. *cap.* 25, *&* 26. Theodosius Gymnasia literarum restituit, augetque. *lib.* 3. *de Stud. lib. Codic. Theodos. & lib.* 1. *de Profess. ibidem.*	6 Faramundi.
Indict. 8.				
426	3 Cælestini I.	19 Theodosij 2. 2 Valentiniani 3.	*Coss. Theodosius* 12, *& Valentinianus secundum.* Augustinus iam annorum 72, Eradium sibi Coadiutorem assumit. *Epist.* 110. recognoscens opera sua, scribit libros Retractationum. *Possid. Vit. cap.* 28. at nõ potuit absoluere, interpellatus Quæstionibus Prosperi Aquitanici, & Hilarij Arelatensis. *Aug. ad Prosp. de*	7 Faramundi.
Indict. 9				

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Anni Francia Regum.
			Prædest. Sanct. cap. 3. fuit Prosper acerrimus Augustini defensor. *Prosp. de Libero Arbit.* Sisinnius creatur Episcopus Constantinopolitanus. *Socrates libr.* 7. *cap.* 25. de eius competitore Philippo Historico, *ibidem cap.* 26. Castinum ægrè ferentem exilium, & Africam inuadentem, repressit Bonifacius.	
427	4 *Cælestini* 1.	20 *Theodosii* 2. 3 *Valentiniani* 3.	*Coss. Hyerius, & Ardaburius.* Bonifacius Dux Africæ, calumniam passus Tyrannidis apud Imperatorem, Ætio authore & pessimo dolo. *Historiæ Miscellæ libr.* 14. Perduellis Imperii declaratur. vincit quidem hostes primùm ille. *ex Augustino Appen. Epist.* 13. 14. 15. 16. Sed ob nouum apparatum, missum ab Imperatore, Vvandalos ex Hispania vocat in Africam, data illis Mauritania. *Miscella citata.* Errantem in hoc Bonifacium studet Augustinus reuocare Epistola illa aurea 70. interim Gothi relictas à Vvandalis Hispaniæ Prouincias occupant, ductore Vallia, qui iam rediit Tolosam, rebus cum Imperatore compositis.	8 *Faramundi.*
Indict. 10			Africa Persecutionem patitur à Vvandalis Arrianis: quos reconciliatus Imperatori Bonifacius expellere iterùm non potuit. moritur Sisinnius Episcopus Constantinopolitanus. *Socrates lib.* 7. *cap.* 28. damnantur Messaliani. *Baron.* moritur Theodotus, Episcopus Antiochenus: succeſſor datur Ioānes. *de quo ad an.* 430 Theodoretus historiam claudere voluit suā in laudibus Theodori Mopsuesteni, nefandissimi hominis, è cuius schola hic Ioānes & Nestorius scribuntur prodijsse. Sed Theodoretus (quem corrupisse putatur Theodorus ille) postea rediens in gratiam cum Leone, obiit in communione Ecclesiæ. *Baron. vide* 436.	
428	5 *Cælestini* 1.	21 *Theodosii* 2. 4 *Valentiniani* 3.	*Coss. Taurus, & Felix.* Vvandali (populus, vt supra notaui, olim apud Mæotidem paludem, *ex Procopio de bello Vvandalico libr* 1) vastant Africam, & Catholicos persequuntur Arriani homines. *Victor de Persecutione Vvandalica.* Bonifacius Imperatori reconciliatus, deficit à Vvandalis: & ab iisdem victus, obsidetur à Genserico in ciuitate Hipponensi. *Procopius lib.* 1, *de bello Vvand.* sed euasit Bonifacius, & postea Romam peruenit. Aetius in Galliis benè pugnat aduersus Francos, Romanorum Prouincias inuadentes. *Prosper Chron. & Cassiod.* quos tamen penitus è Galliis non expulit, *ex Gregorio Turonensi, & alijs.* obiit Vallia Vvisigothorum Rex anno Regni 15. *vt significat Iornandes cap.* 33. succedit Theodoricus. vocatur Theudo, *à Gregorio Turonensi:* Theodorus, *ab Idatio.*	9 *Faramundi.*
Indict. 11.			Hunni, qui hactenus in Pannoniis per 28 annos sub Republica vixerunt, nunc Regem eligunt Attilam: qui Flagellum Dei vocari voluit, & Mundi Terror: statimque Germanos sibi deuincit, Græciamque inuadit. *Volaterran. Bonfinius lib.* 1, *& alij.* Nestorius eligitur Episcopus Constantinopolitanus. *Socr. l.* 7. *c.* 24. hic Monachus fuit, &, *vt putat Suidas*, Pauli Samosateni nepos. breui hæresim seminat, Christum, vt ex Maria est, tantùm hominem, & non Deum natum, pronuntians: eique Diuinitatem collatam esse pro merito. Nestorii magister Theodorus Mopsuestenus. *Euagrius libro primo capite secundo.* duas in Christo personas, duos & Filios posuit, *ex Vincentio Lerinensi contra hæreses, capite decimo septimo.*	
429.	6 *Cælestini* 1.	22 *Theodosii* 2. 5 *Valentiniani* 3.	*Coss. Florentius, & Dionysius.* Hoc anno, contra Pelagianos in Britanniam maiorem Cælestinus Papa misit Palladium, S. R. E. Diaconum. *Prosper in Chronic.* missus etiam eò tunc è Gallia S. Germanus Episcopus Antisiodorensis. *Beda Hist. Angli. cap.* 17. *Iuo in Chronic.* Propalatur hæresis Nestorii: cui se opponit *Cyrillus*, *Epistola prima.* Praylio	10 *Faramundi.*
Indict. 12.				

Episcopo Hierosolymorum mortuo, substituitur Iuuenalis. *Baron.*

430 | 7 Cælestini I. | 23 Theodosii II. 6 Valentiniani III. | II Faramundi.

Coss. Theodosius 13 *Valentinianus* 3. Dùm Aetius Romanam Legionem è maiorj Britannia sæpius cogitur in Gallias vocare: toties à Scotis & Pictis Britanni vexantur incursionibus: sed missō Galieno Duce, Britanni securitatem nanciscuntur. Romæ habetur Synodus, in qua damnatur hæresis Nestoriana: viginti diebus datis Nestorio ad resipiscendum. *Cyrillus Epist. ad Nestorium, & in Epistola Cælestini ad Nestorium, apud Baron.*

Indict. 13.

Cyrillus (*de quo ad annum* 412) Alexandriæ Synodum conuocat in Nestorium, vnde scripta Epistola Synodalis, cum 12 Anathematismis. *Concili. Ephesin. capite* 14. extat *apud Baronium.* Nestoriani ex his Capitulis Cyrillum, tanquam Appollinaristam, cauillando accusant: & mandat Theodoreto Cyri Episcopo, Ioannes Antiochenus Episcopus, vt contra eadem scribat Capitula: in quæ postea, velut in Appollinaris dogmata, dedit suas antitheses. *Liberati Breuiarium cap.* 4. Sed maturè Cyrillus se purgat, edita declaratione: ostendens se abhorrere ab Appollinarismo. *extat apud Cyrillum Tomo* 5. & cùm res longiùs progrederetur, indicitur Concilium generale Ephesinum, authoritate Cælestini, *lege Epistolam Theodosij, quæ apud Cyrillum est* 17. *vel* 18 *pro varia editione.* Theodosius vocat Augustinum ad Concilium, sed literæ iam mortuum inuenerunt. *Liberatus capite quinto. Breuiarii.* obiit Vvandalis obsidentibus Hipponem. *Possid. in Vita, capite vigesimo nono.* mirum est, capta vrbe mansisse integram Augustini Bibliothecam. Cassianus post editas Collationes, nunc scribit de Incarnatione. *Gennadius cap.* 61 *de viris Illustribus.*

B

431 | 8 Cælestini I. | 24 Theodosii II. 7 Valentiniani III. | I Clodionis.

Indict. 14.

Coss. Anicius Bassus, & Flauius Antiochus. Concilium Ephesinum Oecumenicum celebratur. Episcopi plusquam 200. Primus sedet Cyrillus, vicem gerens Romani Pontificis. *Baron.* Secundus Arcadius, vnus ex tribus Cælestini Legatis. Nestorius Ephesi etiam cùm esset, post trinam citationem adesse Synodo recusans, omnium ore damnatur Anathemate. *Act. Synod. capite decimo, & vndecimo. Cyrillus epistola trigesima quarta. Tomo quarto.* damnatur quoque Pelagianismus. non tamen caruit Concilium hoc suis Tragœdiis de Cyrilli carcere, & similibus partim vi, partim fraude in Orthodoxos peractis, donec perspecta veritate, Theodosius, ab initio fluctuans, tandem Nestorianos reprimeret. quod præsertim fecit audita clade Africana. Iussitque aboleri Acta Conciliabuli Nestoriani, Ephesi tunc habiti, à quadraginta Episcopis. *Baronius.* Nestorius ad quadriennium addicitur monasterio. *Euagrius libro primo capite septimo.* Maximianus creatur Episcopus Constantinopolitanus. *Socrates libro septimo, capite trigesimo quarto. Liberatus Breuiarij capite septimo.* Interim scribit Cyrillus Apologiam contra Orientales, & commentarium contra Theodoretum, fautorem Nestorii. *Cyrillus Tom.* 4.

A

B

Hoc anno contigit clades Romani exercitus, victo Aspare Duce, à Vvandalis in Africa, *Procopius de bello Vvandalico libro* 1. Vbi etiam de Marciano, quem indicio Aquilæ dimisit, iurata amicitia, Genserico. Augustini scripta in Galliis agitata, defenduntur *à Prospero contra Collatorem in fine, & à Cælestino Epist.* 8. quam Epistolam laudat *Vincentius Lerinensis Monachus, aduersus Hæreses capite vltimo.* de altero Vincentio Pelagiano *Baron.* Seuerus Sulpitius nunc quoque Pelagianus, postea resipuit. *Gennadius de Viris illustribus c.* 19. hic Aquitanicus fuit, nō tamen Episcopus,

C

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			scripsitque vitam sancti Martini. moritur S. Paulinus Nolanus Episcopus. *lege Baron.* de eius captiuitate. *adde Hieronym. Epist.* 13 Ex quo professus est vitam Monasticam, stylo nuntium remisit. *Vide annum* 394, *&* 397.	
			Mortuo Palladio in Scotia Episcopo (*de quo Prosper, Vincentius Lerinensis, & Marianus Scotus*) succedit Sanctus Patricius Scotus, qui Apostolatum accepit in Hyberniam & Scotiam. *Sigibert. in Chron.* fuit Sancti Martini ex sorore nepos, & Germani Antisiodorensis Episc. discipulus. *Probus in vita Patricij.*	
			Hoc eodem anno mortuo Faramundo Francorum rege, succedit Clodion filius, dictus Comatus, & Rex secundus. Sed Gallias nunc occupantibus Burgundionibus, Gothis, & Romanis, sæpe repulsus Clodion, magnum Regni sui tempus intra Franconiæ fines transegisse putatur: nisi forte alius sit, quem Aetius vltra Rhenum, & in Franconiam repulisse dicitur. certè testatur *Sidonius Apollinaris* eum pugnasse contra Romanos, & Atrebatum terras peruasisse. laudatur à *Gregorio Turonensi*, qui sedem ei dat apud Disparum Castrum, in finibus Tungrorum: vbi hodie Leodium, & Brabantia. Fergusius Scotiæ Rex, inito contra Maximianum Romanum Ducem certamine, occiditur cum fratre Durstо. Succedit Eugenius, *Hector Boet. lib.* 7.	D
432	1 Sixti 3.	25 Theodosij 2. 8. Valentiniani. 3.	*Coss. Aetius, & Valerius.* Cælestinus, firmata fide in Orientali Ecclesia, vir verè Apostolicus, moritur octauo Idus Aprilis. *Gennadius de Scriptoribus cap.* 54. Subrogatur Sixtus Romanus, huius nominis tertius, sexto Kalend. Maij: qui (inter alia) scripsit de pace Ecclesiæ ad Ioannem Antiochenum Nestorii fautorē. *ex Vincentio Lerinensi aduersus Hæreses capite vltimo.* Epistolas varias *hic refert Baron.* ac tandem opera Imperatoris, & Simonis Stylitæ (de cuius Vita & Miraculis *Theodoretus in Vitis Sanctorum patrum cap.* 26.) Ioannes, firmata pace cum Ecclesia, receptus est. *Cyrillus Epistola* 38. Cæterum Cyrilli Capita illa permanserunt, *de quibus anno* 430. Et Theodoreti Antitheses abolitæ sunt, *ex* 5. *Syn. cap.* 13. Sanctus Brixius Episcopus Turonensis, oppressus calumniis, appellat ad Summum Pōtificem: à quo restituitur. *Gregori. Turon. de Gest. Franc. lib.* 2. *cap.* 1. *& l.* 10. *cap.* 31. Bonifacius Dux ex Africa rediens, militum Magister creatur, Aetium (nato in Italia dissidio) iusto prælio superat, & breui post obiit. *Prosper Chron. Marcellinus Comes, Miscella.* dicitur moriens consuluisse vxori, vt Aetio nuberet, tanquam illi, qui optimè posset Imperii res propugnare. figmentum de Pallio concesso à Valentiniano, Episcopis Rauennatibus, *satis hic refutat Baron.*	2 Clodionis.
Indict. 15				
433	2 Sixti 3.	26 Theodosij 9. Valentiniani 3.	*Coss. Theodosius* 14 *& Anicius.* Aetius, qui tantum non occisus in Italia, fugerat in Dalmatiam, fretus auxilio Regum Hungariæ, sau Dalmatiæ Principum, rediit in gratiam cum Imperatore, & pristinæ dignitati restitutus: mox pugnabit feliciter in Gallia contra Burgundiones, Theodosio 15 Consule. *Prosper in Chronic.*	3 Clodionis.
Indict. 1.			Nestoriani calumnias spargunt, doluisse Sixtum de Nestorii abrogatione. quod falsum esse notat *ex literis Sixti ad Cyrillum*, quas recitat *hic Baronius.* Cyrillus, ex occasione noui tumultus, exponit & interpretatur sua Capitula; profuit hoc ad pacem Ecclesiarum. *Liberatus Breuiar. capite nono.* Constantinopolis triduano incendio ferè consumpta est. *Socrates libro septimo, capite trigesimo octauo.* Cassianus in libris Collat. nimis extollens vires Liberi Arbitrij, cōfutatur vt Pelagianus *à Prosp. lib. contr. Collat.* purgatū hoc opus Cassiani fuit à Cassiodoro. *Ado in Chron. anno* 425 *in fine.* Gennadius, æquè Massilienſis ac Pelagianus, Cassia-	

num ſuum defendit. Proſperum damnat, *de Viris illuſtribus cap. 63.* At Gelaſii cenſura, quæ potior eſt, reiicit Caſsiani Opuſcula, vt minus Catholica. Baſſus vir Conſularis, & ex familia Aniciorum, accuſans Sixtum ſtupri, conuincitur mendacis calumniæ, & damnatus breui poſt moritur. *Baron. hic, vbi etiam de Actis Sixti.*

434 | 3 Sixti III. | 27 Theodoſii 2. 10. Valentiniani 3. | 4 Cledonis.
Indict. 2.

Coſſ. Aſpar, & Ariobinda. Dum Aetius in Galliis Francos ſtudet repellere, Viſigothi occupant omnia ferè vſque ad Ligerim: & Burgundiones, Prouincias vſque ad Rhodanum. Proclus, Chriſoſtomi olim diſcipulus, ſubſtituitur Maximiano mortuo Epiſcopus conſtantinopolitanus, *Socrates lib. 7. cap.* 39. quando Melania iunior, veniens Conſtantinopolim, Voluſianum patruum ſuum conuertit ad fidem, in qua breui obiit. *Metaphraſt. die vltimo Ianuar.* floret Cœnobium inſulæ Lerinenſis.

435 | 4 Sixti 3. | 28 Theodoſii 2. 11. Valentiniani. 3. | 5 Clodionis.
Indict. 3.

Coſſ. Theodoſius 15, *& Valentinianus* 4. Aetius in Gallia, victis, Burgundionibus, pacem, quam petebant, conceſsit: quando etiam Numidiam, & Hipponem, pacis conciliandæ cauſa, Vvãdalis conceſsit Imperator, cogitans de bello renouando contra Viſigothos. *lege Proſp. Iornand. cap.* 34. *& Caſsiod.* damnantur libri Neſtorii. *lege vltima de Hæreſibus, Cod. Theod.* qui Codex his Conſulibus editus eſt, 15. Kal. Martii. *Nouell. Theod.* tit. 1. Sed continens iam Conſtitutiones Chriſtianorum Principum à Conſtantino, collectas iubente Theodoſio hoc anno. de Theodori Mopſueſteni libris *lege hic Baron.* nunc contigit poſterior legatio S. Germani in Britanniam. *Conſtantius in Vita S. Germani libr. 2. cap.* 1. 13. 15. Britanni deſperato Romanorum auxilio, & vexati, *vt obſeruo ad an.* 430, tandem Regem ſibi creant Conſtantinum: quem ſubſequentur ordine Vortigerius, Vorlimerius, Vtherius, Arturus, & alij. *Veſt monaſt. Polydor. vide ann.* 449. *in Præfat.*

436 | 5 Sixti 3. | 29 Theodoſii 2. 12. Valentiniani 3. | 6 Clodionis.
Indict. 4.

Coſſ. Iſidorus, & Senator. His Coſſ. *ex Proſpero, Iornande, & Caſſiodoro*, Theodoricus, iam Viſigothorum Rex, obſidet Narbonem & bellum recrudeſcit illi cum Romanis. hoc eodem anno, publicatis Theodori Mopſueſteni libris, malum adhuc ſerpebat, quando Neſtorius exulare iubetur à Theodoſio, vbi & obiit. *Concil. Epheſ. Tom. 5. capite 12. Edit. Pelt. Theodor. Epiſt.* 1. Eius linguã vermibus exeſam *refert Euagrius libro 1. capite* 7. Theodoretus, qui ex familiaritate cum Neſtorio malè audiebat, poſtea ſcripſit in eundem. *Theodoret. Epiſt.* 1. 2. *&* 3. Teodoreti vitam habet paucis *Baron. adan.* 427. *infine.* Mortuo Ioanne Antiocheno Epiſcopo ſubſtituitur Domnus ex Monacho. *lege Acta Sancti Euthymij.*

437 | 6 Sixti 3. | 30 Theodoſii 13. Valentiniani 3. | 7 Clodionis
Indict. 5.

Coſſ. Aetius, & Sigenultes. Romani, *vt ait Proſper*, Hunnos aduocant belli ſocios in Galliam contra Viſigothos. Florent Socrates, & Sozomenus, Hiſtorici Eccleſiaſtici: qui à Conſtantino ad ſua tempora Hiſtoriam protraxerunt. Hoc anno dira Perſecutio Vandalica vexat, fœdatque Africanam Eccleſiam, ſub Genſerico. *Proſper in Chron.* Valentinianus in Orientem profectus Conſtantinopolim, ducit vxorem Eudoxiam Theodoſii filiam cognomento liciniam. ſequenti anno rediit Rauennam, *Proſper, & Marcellinus.*

438 | 7 Sixti 3. | 31 Theodoſii 2. 14 Valentiniani 3. | 8 Clodionis
Indict. 6.

Coſſ. Theodoſius 16, *& Anicius Acilius. Ex Sigiberto* res Romanæ in Galliis turbantur, nec minus populari quadam ſeditione, quàm Gothico bello. his Conſulibus facta eſt celebris tranſlatio corporis Sancti Chryſoſtomi, 16. Kal. Feb. Conſtantinopolim. *Socrates lib. 7. capite* 44. de miraculo circa corporis immobilitatem *lege Theodoretum lib. 5. capite* 36. Theodoſius ibi-

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Anni Francie Regum.
			dem orat pro parentibus. *Nicephorus lib.* 14. *capite* 43. Inueniuntur in Suburbio Constantinopolitano Reliquiæ 40 Martyrum. *Sozom. lib.* 9. *capite* 2 Eudocia Theodosii coniunx proficiscitur Hierosolymam. *Socrates libro* 7. *capite* 46. *Euagrius lib.* 1. *capite* 20. ædificat ibidem Monasteria, *ex eodem Euagrio capite* 21.	
439	8 Sixti 3.	32 Theodosii 2. 15 Valentiniani 3.	*Coss. Theodosius* 17. *& Festus.* Eudocia Hierosolymis attulit Saluatoris fascias, quas misit Pulcheriæ. *Nicephorus lib.* 14. *cap.* 2. Item duas catenas, quibus vinctus fuit ab Herode Petrus. altera Constantinopoli seruata est, alteram misit Romam ad filiam Eudoxiam, Valentiniani vxorem, quæ extruxit ob hanc causam Sancti Petri ad Vincula Ecclesiam in Exquilino. cui miraculosè adnexa est catena Romana, qua sub Nerone ligatus est Petrus. *lege Surium primo Augusti, & Martyrol.*	9 Clodionis.
Indict. 7.			Littorius Dux Romani exercitus in Gallia, qui Gothis à se victis pacem, quam obnixè petebant, negabat, statim infeliciter pugnat contra eosdem, & captiuus Tolosam, quam obsidebat, intrauit: *Idatius in Chron. Iornandes, Isidorus Chron. & Saluianus libro* 7. *de vero iudicio & prouidentia Dei.* Solus *Prosper* hanc victoriã dubiam dixit.	
			Dum Aetius his rebus in Gallia iterum componendis intẽtus est, Carthago in Africa, tunc munitissima, capitur à Vvandalis, decimo nono Octobris. *Prosper, Marcellinus Chron. Procopius.* huius cladis causam conferunt Historici in corruptos mores. *lege Saluianum citatum & Victorem lib.* 1. *de Persecutione Vvandalica.* durauit iugum Vvandalicum à capta Carthagine vsque ad Iustinianum. annos à capta Carthagine à Romanis huc vsque *collige ex Tomo primo.* de Thalassio, qui ex Præfecto Prætorii Illyrici creatus est à Proclo Archiepiscopus Cæsarienſis, *Socrat.* qui hic finit historiam: & circa idem tempus *Sozomenus.* quibus quanta sit fides adhibenda, *lege Baron.* habetur Synodus Constantinopolitana de Primatu Sedium Orientalium, sed statutum, vt seruarentur Concilia Nicenum & Constantinopolitanum. *Theodor. Epist* 86. Item Synodus Rheginensis in Gallia Narbonensi. *Baron.*	
440	1 Leonis 1. Magni.	33 Theodosii 2. 16 Valentiniani. 3	*Coss. Valentinianus* 5. *& Anatolius.* Moritur Sixtus 5. Kalen. April. Substituitur Leo Tuscus sexto id. maias. *Prosper, Marcellinus Chron.* hic Sixtus refici curauit Basilicam Sanctæ Mariæ Maioris, & picturis ornari. *Ex Romano Pontifica.* A Pelagianis scripta fuerunt tria volumina, & suppositа nomine Sixti: quem constat tamen oppugnasse Pelagianismum. de hac fraude *lege Baron.* hoc ipso anno rediit è Gallia Leo, missus Legatus ad tollendam discordiam inter Aetium & Albinum, Ducem substitutum Littorio. *Prosper, Marcellin. Chron.* & Romam veniens, mox Pontifex renuntiatur, *ibid.* Genſericus Rex Vvandalorum cogitur, inter. missa expeditione in Siciliam, redire in Africam, audito Sebastiani Ducis Romani aduentu, quem tamen occidit. *Prosper.* fuit Bonifacii Comitis gener Sebastianus iste. florent Sedulius Scotus, & Primasius Africanus, Scriptor illustris: quem aliqui putant Augustini discipulum: & quem hoc ipso anno refert *Trithemius.*	10 Clodionis.
Indict. 8				
441	2. Leonis 1. Magni.	34 Theodosii 2. 17 Valentiniani 3	*Coss. Cyrus in Oriente, sine Collega.* Incerta admodum sunt, quæ aliqui in hunc annum coniiciunt, de nunc facta diuisione regni à Clodione Francorum Rege, in Austriam (versus Orientem & Rhenum) & in Vestriam, versus Occidentem. obiit hoc anno Varanes, quem Istigerdes Persarum Rex successorem regni reliquerat. *Agathias.* Attila, *vt narrat Prosper*, & *Marcellinus Comes*, vastans Græciam, & Orientis Prouincias,	11 Clodionis.
Indict. 9.				

reprimitur vtcunque, hoc quidem anno, à Romanis Ducibus, in Mœsia & Thracia. Theodosius Imperator mittit classem in Africam, contra Vandalos, Areobindo Duce. Sed Ducis longa cunctatio in Sicilia, Siciliæ oneri fuit: nec aliud effectum, quàm vt Genserico pacem peteret. *Prosper, Iornand.*

Circa hæc tempora florent in Lerinensi insula, Honoratus Fundator, Maximus successor, Lupus, Vincentius eius frater, Caprasius, Eucherius, Salonius, Prosper, & Cæsarius: euocati postea ex eo Monasterio ad regendas Ecclesias, vt erant Viri Docti & Sancti. Huius Eucherij sunt Homiliæ, quæ vulgò ascribuntur Eusebio Emisseno Arriano.

Celebratum est hoc anno in Gallia Narbonensi, Concilium Arausicanum prouinciale, primum, & approbatum à Leone. interfuit Eucherius Lugdunensis Episcopus: actúmque est de Ecclesiastica disciplina. *Azor. p. 2. libr. 5. cap. 19. & passim. alij.*

442 | 3 Leonis 1. Magni. | 35 Theodosii 2. 18 Valentiniani 3. | *Coss. Dioscorus, & Eudoxius.* Ex pacis conditionibus, Africa certis spatiis inter Genserícum Regem Vaudalorum, & Imperatorem diuiditur. *Prosper.* Exercitus ille Theodosij, qui in Sicilia morabatur, reuocatur in Orientem contra Attilam Hunnorum Regem, iterum vastantem Thraciam, & Illyricum. *Iornād. Prosper, Marcellinus Comes.* Theodosius Attilæ recessum auro redimit: *Procopius in Miscella li. 14. in fine, Lege Sigon. anno 443.* | 12 Clodionis.

Indict. 10

Habetur Concilium Vasionense secundum, in Gallia Narbonensi. *Baronius* Vasatense dicēdum putauit, habitum in Narbonensi Gallia ab iisdem, qui Arausicano interfuerunt Episcopis. certè hæc conuincunt Vasionense dicendum: cùm constet Vasatas, vulgò Bazas, non eiusdem esse prouinciæ, quod putat *Baronius*: vt de Narbonensi Gallia nihil dicam. Romæ ingens terræmotus.

443 | 4 Leonis I. Magni. | 36 Theodosii 2. 19 Valentiniani 3. | *Coss. Maximus, & Paternus.* Hoc anno, qui est vigesimus ab excessu Honorij, reperitur Sabaudia (dicta tunc Sapaudia) data Burgundionibus. *ex vet. Chron. M. S.* Clodion, qui iam tenebat ex parte Tungrorum Prouinciam seu Brabantiam, & Texandriam (oppidum est inter Traiectum, & Leodium) nouis victoriis profert fines regni, *Ex Sigeberto, & Belgij Historicis.* Manichæi, qui Africa à Vandalis occupata, in Italiam venerant, coguntur, incensis etiam libris, turpitudinem suam prodere, & damnare. *Prosper. Leo Sermone quinto, de Ieinnio decimi mensis.* Theodoretus Cyri Episcopus, iterum Antiochiæ vocatus in suspicionem Nestorianismi, iubetur ab Imperatore redire Cyrum. vndé scriptis Epistolis 90. 91. & 92, se purgat. accidit hoc, anno 12, à Concilio Ephesino. | 13 Clodionis

Indict. 11.

444 | 5 Leonis I. Magni. | 37 Theodosii 2. 20 Valentiniani 3. | *Coss. Theodosius* 18, *& Albinus.* Attila, Hunnorum Rex, superstitione Ethnicus, in Pannonia imperans, fratrem Bledam imperii consortem perimit, & solus regnat, *Prosper Chron. Cassiodor. & Marcellinus Comes.* De Hunnis *lege Ammianum. libro* 31. Romæ Leo habito Concilio acrius adhuc exagitat Manichæos. *Leo Epist. 2. & Sermone 5. de Ieiunio 10 men.* moritur Cyrillus Alexandriæ Episcopus. *Liberat. in Breui.* falsò putatur exultasse Theodoretus de eius morte. *Baron.* succedit Dioscorus impius, *Theodoret. Epist. 60.* Leo mandat Dioscoro, vt aliqua corrigat. *Leo Epist. ad Dioscorum apud Baron.* horum Episcoporum Alexand. seriem, *habes in Indice, verbo Alexandria,* à Marco, Aniano, & Abillio, qui sedit an. 87. | 14 Clodionis

Indict. 12

Anni Christ.	Anni Pont.	Anni Imp.
445. Indict. 13.	6. Leonis I. Magni.	38. Theodosii II. 21. Valentiniani III.
446. Indict. 14.	7. Leonis I. Magni.	39. Theodosii II. 22. Valentiniani III.
447. Indict. 15	8. Leonis I. Magni.	40. Theodosij II. 23. Valentiniani III.

Anni Francia Regum.

15. Clodionis.

16. Clodionis.

17. Clodionis.

Coss. Valentinianus 6. & Nonius. Prosperi quidem Chronicõ, quod extat, finitur hoc anno: tamen *Cassiodorus lib. 1. cap. 7. Institut. Diuin. lect.* scribit protractum ab Adamo ad Genserici tempora. Hilarius vir Sanctus, & ex Monacho Lerinẽsi, Episcopus nunc Arelatensis, dùm iura suæ Ecclesiæ tenaciùs tuetur, Leonem Papam offendit: qui habita deliberatione, sententiam tulit cõtra Hilarium. *Leo Epist. ad Viennenses, quæst. 93. inter Epist. Pont.* Honorati Lerinensis, & Magistri vitam scripsit; egregius impugnator Pelagianorum. *Gennad. Baron.* qui simul refert insigne Rescriptum Valentiniani, pro suprema authoritate Ecclesiæ Romanæ.

Coss. Aetius 3, & Symmachus. Proclo Episcopo Constantinopolitano mortuo, succedit Flauianus. *de quo Martyrol. 18. Feb. & Nicephorus lib. 14. cap. 47. & cap. præcedente*, agit de Cyro, qui ex Idololatra Episcopus euadit. Pulcheria, soror Theodosii, ab administratione semouetur. *Nicephorus lib. 14. cap. 47.* De pauendo per Orientem terræmotu, & tristagio nunc vsurpari cœpto, *Nicephorus citatus, Baron.* Scoti & Picti, absente Romana Legione, & Aetio alibi occupato, rupto muro, Britannos faciunt Tributarios. *Polydor. lib. 3. Lesleus in Eugenio II. Hector Boetius libr. 7. & Buchana. libr. 5. in Eugenio Fergusij filio, Rege* 41.

Coss. Alypius, & Ardaburius. Leo, Vniuersalis Ecclesiæ Pastorem agens, deponit abdicátque Bassianum Episcopum Ephesinum, Asiæ Primatem. *art. 11. Concil. Chalcedonensis.* scuere ad Episcopos Siciliæ, & alios scribit. *Epist. 3. 4. 5.* decernítque Concilia præsertim in Hispania. In Gallæciæ municipio, contra Priscillianistas qui vnam in diuinis personam ponebant, Cõcilium Celenense celebratum est. Et acta eius, postea simul cũ primo Cõcilio Toletano à Compilatore in vnum conflata: Symbolóque horum Cõciliorum additum habetur, *Ex Patre, Filioque procedit.* Idem iam ad hos Episcopos & Turibium scribens, edixit *Leo in Epistola 93. vel 91. capite primo*, & ante eum *Damasus in Concilio Romano, in Crescon. Collec. extat demum particula illa, in aliis Toletanis* 4. 8. 11. ac denique in Arelatensi Synodo sub Carolo Magno. atque sic quidem sæpe definita fuit veritas hæc, tamẽ de illa Symboli Celenensis additione citata aliqui subdubitant: vtpote nec antea in veteribus codicibus reperta, nec adhuc satis à nouo repertore antiqui codicis comprobata. verùm, ne fides reperto codici abrogetur, æquũ est putare patres Cõcilij, ita statuisse, ex illa citata ad Turibium epistola Leonis, Cæterùmquando hæc particula primùm fuerit Niceno Symbolo adiecta, in variis ecclesiis, non ita constat. eam enim Patres Niceni non posuerunt: & tamen passim nunc est in Symbolo: sicut etiam Chalcedonense Concilium eidem Symbolo pleraque adiecit, vt semper potest Ecclesia suã explicare fidem. Sed lege quæ dixi ad an. 340. Romæ in Symbolo legi cœpit primum sub Benedicto septimo. vt ait Berno abbas Augiensis. de reb. ad missam spectantibus. Hoc anno Theodosius Nouellas Constitutiones suas curat edi: quas Codici suo addi voluit, & pari cum prioribus esse authoritate.

Attila, deuicta Scythia, Europam Orientalẽ infestat. Sed pace cum Theodosio constituta, post cladem à Duce Anthemio acceptam, quiescit, *vt testatur Sydonius Apollinaris, in Panegyrico ad Anthemium*: cui magis credendum, quàm *Marcellino Comiti*, qui victos scribit Romanos. *lege Sigon. hoc anno*. In Hispania Gothorum Regia tũc erat Toletum: & crescebat maximè Sueuorum potentia, quorum Rex Rechila, Hermẽnici Regis filius, successit patri anno 440. hic cæso Audeboto Romano Duce Bæticã subigit, Hispalim redigit in potestatem, & in Lusitania Alanorũ delet reliquias. *Mariana lib. 5. cap. 3. ad annum* 440.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.
448.	9. Leonis I. Magni.	41. Theodosij I.
Iudict. 1.		24. Valentiniani III.

Coss. *Posthumianus, & Zenon.* moritur Clodion Francorum Rex. *Sigebertus, Paulus Æmil.* Clodioni Meroueus, siue filius, siue alienus, successit. *Abbas Vrspergensis* filium naturalem, alij parentem esse volunt. Huic postea bellum erit cum Clodionis filiis, qui nunc pueri, apud Tungros cum matre manebunt: quâ conditione cum Meroueo incertum. Mortuo Rechila Sueuorum Rege, succedit Ricciarius filius, qui primus Sueuorum, Christiana suscepit sacra. *Marian. hoc anno, Isidor. Hist. Sueuorum.* Ibæ Episcopi Edessenj causa, qui aliquãdo senserat cum Nestorio, examinatur. quo iudicio absoluitur ille. *Concilium Calcedonens. Actione 9. & 10.* Eutiches Monachorum pater, dùm à Nestorio distinctas Personas Christi vehementiùs improbat, ipse confusionem naturarum inducens, damnatur à S. Flauiano, & 32. Episcopis, tunc Constantinopoli congregatis. *apud Liberatum cap. 11.*

Anni Francia Regum.

18. Clodionis.

DE REGNI ANGLICI INITIO, ET Heptarchia Saxonica.

Britanni

Romani.

Heptarchia.

Monarchia.

DE *primis Britanniæ cultoribus res satis incerta est, Reges aliquotillorum temporum* dedit in fine operis sui Polydorus Verg. *durarunt illi vsque ad Claudium Cæsarem, qui imperatorum primus, post eam insulam à Dictatore Cæsare superatam, in Britannos arma mouit*, vt commeuoraui ad ann. 44. *res à Romanis ibi gestas* persequitur idem author toto libro 2. vsque ad Constantinum Imperatorem. *mansitque, quæ nunc Anglia vocatur, in Romanorum ditione, vsque ad tempora Theodosij & Arcadij, annumque Christi 346. quando ab sente Aetio, Romanâque Legione, malè habuit se Romanorum illa prouincia à Pictis, & Scotis. sicque Britanni, qui iam creatis Regibus,* vti commemoro ad an. 435. *à Romanis desciuerunt: & necdum à vicinis illis gentibus tuti, tandem Saxones Anglos è Germania accersunt, quibus sedes in Cantio ad habitandum data quod accidisse* noto ad an. 449. *Verùm Saxonum Principes breui rerum domini euaserunt: & progressu temporis Prouincias inter se partiti,* Heptarchiam *constituerunt, seu regna septem, variis annis inchoata, & quibus totidem Reguli præfuere, in summa tamen discordia. Ex quo sanè dissidio finem illa tandem acceperunt, facto incremento Occidentalis, & Septimi Regni: quando nimirum ad illud cætera accesserunt. magnis tamen bellorum euentibus, Anglorum hoc in Britannia imperium creuit: nempe ab Hengisto per annos circiter 363, vsque ad Egbertum 17. Vest Saxonum regem: & inde porrò ad annum Christi 1067.* vti sequentium annorum series indicabit. *en interim Heptarchiæ breue Diagramma.*

Hengistani, in Cantio.

VEnere *Saxones primi, Duce Hengisto in Cantium anno Christi* 449. Polydorus *ab hoc Hengisto ad Regni huius finem putat annos* 363. *atque ita cessasset Regnum anno Christi* 812. *aut paulò ante, vt alij conijciunt. In istud Cantium Regnum appulit Augustinus Roma missus anno* 596 *fuitque aliquot pijs Regibus nobile. Sed posteriorum Regum inertia vitiisque, Cantiorum Regnum tandem in Occidentalium venit potestatem.*

Ellani Saxones, in Suſſexia.

HI appulerunt Duce Ella poſt 30 *annos ab Hengiſtanorum aduentu notato annum Chriſti* 481. Vide Polyd. lib 4 *dicti ſunt Auſtrales Saxones. Horum* Prouincia, *Regnorum dicebatur. paucos habuit Reges*, Ellam, Sciſcam, Ethelualchium, Berutium, atque Aldinium. *quo cæſo, Regnum conceſsit in Occidentalium Saxonum ditionem, an.* 590.

Orientales Angli.

IN Eſtanglia conſtitutum 3 *Regnum ſub Vffa primo Regulo. initium huius Regni ex Regum comparatione colligi vtcumque poteſt. Nam* Redoualdus *Rex tertius cum Ethelfredo Northumbriæ Rege Monomachiâ certauit: & Sigebertus, ab Vffa quintus, regnare cœpit circa annum Chriſti* 636. *Princeps literis ac virtute conſpicuus, & qui primus in Anglia iecit literarum fundamenta. ſtetit hoc Regnum diutiùs cæteris, ſæpe tamen ab alijs occupatum. primùm quidem ab Offa Merciorum Rege: poſteâ à Cantianis, ac demum ab Occidentalibus poſſeſſum, vſque ad Edmundum Martyrem. nec defuerunt Dani vſque ad Edoardum cognomento Seniorem, Occidentalium Regem.*

Orientales Saxones. Eſt Sexia.

HOc Regnum in Erchenuino initium ſumpſit: Regni *caput Londinum. tam latè patuiſſe hoc regnum* dixit Polydorus, *ac ſuo tempore ampla erat Londinenſis diœceſis.* Rex *tertius Sibertus Baptiſmo initiatus à Mileto Londinenſi Epiſcopo. Suthredus adnumeratur vndecimus horum Saxonum* Rex. *peruenitque Regnum tandem ad Egbertum Occidentalium Saxonum regem.*

Merciorum Regnum, ſeu Saxonum Mediterraneorum.

PRimus horum Saxonum Princeps fuit Crida. quartus ab illo regnat Penda impius. cuius filius Peda *primus Merciorum Chriſtianus extitit. Ethelredus à Crida ſeptimus, anno regni* 30 *& Chriſti* 706, *pietate inſignis* Princeps, *Monaſticam vitam profeſſus eſt. Offa* Rex 11 *magna crimina pietate expians, Romam veniſſe ſcribitur, & Regnum Romano Pontifici feciſſe vectigale. ſub finem verò plurimùm à Danis vexato Regno, Ceuolphus ſeruus, Rex conſtituitur, breuique Aluredus, Occidentalium Rex, Regno Merciorum potitus eſt.*

Northumbriæ Regnum.

IN Northumbria, Regnum aliud Berniciorum fuit, aliud Deirorum. illius Prouinciæ *primus poſſeſſor ponitur Idas, ſed facta Regni diuiſione, illud Deirorum Regnum obtinuit Ellas. Idas verò cœpit* ex Polydori calculo, *regnare anno Chriſti* 508. *ſed cum ait* 88 *annos tunc fluxiſſe à primo Saxonum aduentu, error calculi eſt, vel in Thypographia mendum, ſi retineri debet annus ille* 508. *rectiùs aliquantulum* Mathæus Veſtmon. *dat illi initio annum* 548. *fateri oportet totam horum Regum Chronologiam eſſe ſatis incertam. Tandem in hoc Regno,* Edelredus *ab Idarex* 24 *& vltimus extitit. quo cæſo, vacauit Regnum annis aliquot, vaſtatum etiam à Danis, donec circa annum* 828 *veniret Northumbria in poteſtatem Egberti Occidentalium Saxonum Regis.*

Occidentales Saxones.

Coepit hoc regnum in Cerdicio *primo* Rege, *anno Christi* 522, *& ab aduentu Saxonum annis* 72. *Hæc Heptarchiæ* Saxonicæ *ditio, si originem spectes, prima non est: tamen facta tandem omnium ampliſſima, acceſſione aliorum* Regnorum. *cui incremento magnum dedit initium* Inas *rex à* Cerdicio *vndecimus. viuebat iſte,* Offæ Merciorum Regis 12 *tempore: amboque,* vt ſcribunt Angl. Hiſtorici, *regna ſua fecere vectigalia* Romano Pontifici.

Antiquorum Britonum Regnum.

Abſente Romana Legione, *inchoatum à* Britannis *Regnum nouum eſt,* vt noto ad an. 435, *ſub* Regibus Conſtantino, Vortigero, Vortimerio, Vtherio, Pendracone, Arturo, Conſtantino, Conano, Vortiporio, Maglocuno, Carentio, Caduano, Cadouallone, & Cadoualladro. *ſtetitque hoc regnum, donec gliſcente inter Britannos hos diſcordia,* Cadoualladrus *ſub annum* 650. *in* Britanniam continentis traÿciens, Romam peruenit: *vbi laudatus Princeps viuendi finem fecit.* Britanni verò, *qui poſt patriæ excidium ſuperauerant, tandem in eam inſulæ partem, ad Occiduum* Solem, *quæ hodie* Vallia nuncupatur (Galli Gales vocant) *ſe receperunt.* (notant aliqui annum 586.) *à quo etiam tempore varia illis prælia fuere aduerſus* Saxones. *ſæpeque ab Anglis deficere conati ſunt. Antiquiores omitto Britones illos, quos Cæſar indigenas vocat: quorum* Reges, ante Romana arma in Britanniam mota, numerantur ſupra 60, *à Bruto Aſcanÿ nepote, vtigens illa ſibi perſuaſit. quam qui probant, & proſequuntur* Regum ſeriem, gentiſque originem, incertis planè nituntur coniecturis, vt Gildas *ad ſuam de his rebus Hiſtoriam præfatur: qui floruit anno* 581. *Alterum, qui proximè ſucceſſit, rerum Britannicarum ſtatum ſub* Romanis, *iam hic attigi à Cæſare* Dictatore, *ad annum Chriſti* 346. *Tertiam in Illis Prouinciis mutationem* Principum *effecerunt* Saxones, *ab anno* 449. *quorum* Dynaſtia Heptarchiam *dedit, quam qui iam ſequitur* Regum Catalogus *facilè demonſtrat. Tandem ſucceſſit* Monarchia *inchoata in Aluredo* 22 Weſtſax. Rege: *aucta à Guilelmo* Conquæſtore, *& & quæ ſub Iacobo* Rege huius nominis apud Scotos ſexto, *ſua magnitudine Magnobritanniam complexa eſt vniuerſam.*

§ 2.

CANTIANI REGES.

1. *Hengistus, an. 449.*
2. *Osea, 474.*
3. *Otha.*
4. *Himericus.*
5. Ethelbertus, Christianus, 569.
6. Edbaldus, ann. 615.
7. Etcombertus.
8. Egbertus.
9. Lotharius, 673.
10. Edricus.
11. Withredus, Edbertus.
12. Ethelbertus, 722.
13. Alricus.
14. Edbertus, seu Edelbertus.
15. Cuthredus.
16. Ethelwolphus: aliqui Ethelstanũ ponunt, & ab eo translatum Regnum ad Occidẽt. Saxones.

Durauit annis 363. cessauit enim an. 812.

MERCIORVM REGES.

1. Crida, ann. 585.
2. Vibbas.
3. Cearlus.
4. Penda, 626.
5. Peda, primus Christianus, 656.
6. Vulferus, 660.
7. Ethelfredus, 675.
8. Kinredus, 706.
9. Celredus, 711.
10. Ethelbaldus, 719.
11. Beruredus.
12. Offa Magnus, 754.
13. Egfridus, 799.
14. Kenulphus, 799.
15. Kenelmus.
16. Ceuolphus.
17. Bernulfus.
18. Ludicenus.
19. Vthlachus.
20. Bertulfus.
21. Burthredus.
22. Ceuolphus seruus.

Sub isto translatũ est regnũ ad Vestsaxones, videtamẽ. an. 820

Durauit annis 235.

VESTSAXONVM REGES.

1. Cerdicius, ann. 522.
2. Kenricus.
3. Ceaulinus.
4. Celricus.
5. Cœlulfus.
6. Cynigillus, 635. *fiunt Christiani*
7. Cenoualchius.
8. Elcuinus, 672.
9. Kentuinus.
10. Cedoualla seu Petrus.
11. Inas 685. occupat Reg. Britonũ.
12. Ethelardus, 723.
13. Cuthredus,
14. Sigebertus.
15. Cyneuolphus, 748.
16. Britricus, 784.
17. Egbertus, qui plurimum auxit hoc Regnum, 800.
18. Ethelwolfus, 838.
19. Ethelbaldus.
20. Ethelbertus.
21. Ethelbredus.
22. Alluredus, seu Alfridus, 872. Huic regi obuenit Monarchia, in Anglia: propagataq. est successio vsque au Gulielmũ Normannum, qui dictus cõquæstor est. vide ann. 1067.

NORTHVMBRIAE Reges: Berniciorum.

1. Idas, anno 548.
2. Addas, 560.
3. Clappas
4. Theodulphus, } regnãt annis 12.
5. Freodulfus.
6. Theodoricus.
7. Ethelricus.
8. Ethelfredus, 592.
9. Eduinus, 600. 617. 625. Christianus.
10. Osualdus.
11. Osuius, 642. 653.
12. Egfredus, 670.
13. Alfredus, 684.
14. Ofredus, 703.
15. Chenredus,
16. Ofrichus, } 714.
17. Ceolulphus, 726.
18. Egbertus 735.
19. Osoulphus, 755.
20. Altredus, 758.
21. Ethelbertus, 766.
22. Asualdus, 767.
23. Ofredus, 771.
24. Ethelbertus, aliàs Edelredus, 783 vide Chron.

Stetit vtcumque hoc regnũ ad Egbertum Vestsaxonum, & annum Christi 828, ac proinde durauit annis fere 280.

DEIRORVM REGES, in Northumbria.

Ella, primus regnat apud Deiros, annis, vt ferunt 30. demum ab Osuino quarto, vel quinto Regulo translatum est Deirorum Regnum ad Osuium Berniciorũ Regem, in Northumbria. de qua iam satis.

ORIENTALIVM Anglorum Reges.

1. Vffa, anno 571.
2. Titullus.
3. Redoualdus, an. 615.
4. Carpualdus, Christianus, 617.
5. Sigebertus, 636,
6. Egricus, cæsus à Penda.
7. Annas, 652.
8. Ethelherius.
9. Ethelualdus.
10. Aldulphus, 664.
11. Elwoldus.
12. Beornas.
13. Ethelredus.
14. Ethelbertus.
15. Edmundus Martyr.
16. Guthormus Danus. 870.
17. Ericus, Danus.

Ab hoc vltimo Dano Rege, Regnum venit in potestatem Vestsaxonum.

Stetit verò ad Edmundi Martyriũ seu ad Danos (annis 299) & annum Christi 870.

ORIENTALIVM Saxonum reges.

1. Erchenuinus, 527.
2. Sladda.
3. Sibertus.
4. Serredius.
5. Sigebertus Paruus.
6. Suthelinus.
7. Sigerius.
8. Sigehardus.
9. Offa.
10. Colredus.
11. Suthredus.

Ab hoc vltimo Rege translatum Regnum est ad Vestsaxones, per Egbertum Regem anno 828.

Durauit ergo annis 301.

AVSTRALIVM Saxonum reges.

1. Ella, an. 481.
2. Sisca.
3. Ethelualchus,
4. Berutius.
5. Aldinius.

Sub hoc rege translatum Regnum est ad Occidentales Saxones, anno 590.

Durauit ergo annis 109.

Beda, rerum Anglicarum Scriptor, qui obiit anno Christi 734. diem clausit, quo tempore regnabant Reges Cantiorum quintus: Merciorum decimus: Vestsaxonũ duodecimus: Northumbriæ 17. Estangliæ 13. & Orientalium Saxonum decimus. vide an. 726.

Venêre penè omnia hæc Regna in Egberti potestatem annis 812. 820. & 828. vti hoc indicat Diagramma, quibus Angliæ nomen dedisse noto ad ann. 835. obiit post bienniũ. iis, qui eum sequentur, Regibus certamen erit aduersus Danos, & illud permolestum. indicabit, quæ reliqua sunt Index.

449 | 10 Leonis I. Magni. | 42 Theodosij II. 25 Valentiniani III. | Indict. 2

Coss. Asterus, & Prothogenes. Eutyches per Dioscorum Alexandriæ Episcopum, & Aulicos quosdam impetrat à Theosio Concilium illud Ephesi habitum, à centum viginti octo Episcopis, Præside eodem impio Dioscoro. Legati missi quidem à Leone. *Epist. 15. ad Pulcheriam, Nicephorus lib. 14. cap. 4.* in hac prædatoria Synodo omnia euertit Dioscorus, incredibili Catholicorum Episcoporum vexatione, renitentibus Legatis Leonis. *Vide Liberatum cap. 12. Marcellin. Chron.* Denique Eutyches Dioscori iudicio absoluitur, damnatur Flauianus Catholicus, & Theodoretus. *Concilium Chalced. Act. 3.* & ne quid tragœdiæ deesset, Alexandriam reuersus Dioscorus, Leonem Pontificem Romanum excommunicat. *Concilium Chalced. Actione 1. Liberat. capite duodecimo.* facinus hactenus inauditum. Anatolius substitutus est Flauiano. *Niceph.* Britanni, quibus Rex erat Vortigerus, oppressi à Scotis, & Pictis, vocant, vt iam commemoraui, è Saxonia Prouincia in auxilium Anglo saxones, Hengisto Duce, hoc ipso anno, qui postea Regnum sibi in Britannia fecerunt, dictum Cantiorum. regnaruntque annis 363. *Beda, Sigebertus, Polydorus Vergilius, libro tertio & quarto.* Saxones *vult Beda* (sed *vide Camdenum in sua Britannia*) esse ab Anglis nationem diuersam: licèt simul venerint in Britanniam. nascitur Sanctus Remigius, postea Episcopus Remensis. *Sigebert.*

1 Meroueï.

450 | 11 Leonis I. Magni. | 43 Theodosii 2. 26 Valentiniani. 3. 1 Marciani. | Indict. 3

Coss. Valentinianus 7. & Auienus. Attila inuitatus à Genserico Vvandaloaum Rege, inuadere parat Gallias, cum quingentis hominum millibus, occiso in itinere Burgundiorum Rege. Theodosius, tandem resipiscens, Pulcheriam sororem reuocat in Aulam: & Chrysaphium Eunuchum malorum authorem, Eutychetis patronum, vita priuat. *Niceph. libro decimoquarto capite quadragesimonono. Marcellin. & Cedrenus.* Breui postea moritur Theodosius. Pulcheria Marcianum, virum Senatorem & Tribunitium, virtute militari spectatum, & moribus grauem, euehit ad Imperium. *Euagrius libro secundo capite primo & alij. notant Theodorus Lector, & Marcellinus Comes*, hoc accidisse Indictione tertia, quod rectè quadrat ad hunc annum. *lege Niceph. libro decimoquinto, capite decimosexto. & libro decimo quarto, capite quinquagesimo octauo.* addit *Zonaras* de Pulcheriæ Virginitate seruata, electum hac conditione Marcianum, εἰ μοι δοίης (inquit Pulcheria) πληροφορίαν τηρήσαι μετ' ἐμοῦ παρθενίαν ἀνέπαφον, ἣν τῷ θεῷ ἀνατέθεικα. Marcianus Episcopus decreto Conciliabuli Ephesini (annno 449.) exulantes reuocat. Indicitur Concilium Chalcedonense. *Leo Epist. 42. & 44.* Anatolius resipiscit. *Leo Epistola 40. & 42.*

2 Meroueï.

451 | 12 Leonis I. Magni. | 27 Valentiniani 3. 2 Marciani. | Indict. 4.

Coss. Marcianus, & Adelphius. Attila, Hunnorum Rex, Gallias cum memorabili exercitu inuadens, cogitur, soluta obsidione Aurelianensi, descendere in aciem cum Aetio. profligatus ille in campis Catalaunicis (vbi sit campus non conuenit inter authores) ab exercitu conflato ex Romanis, Vuisigothis, & Francis, sub Rege Merouco: quem cum eximiis laudibus dimisit Aetius, parta victoria. Cæsa sunt 200000 in hoc conflictu. Attila in fines Veneticos se recepit. *Miscella libro decimo quinto. Isidorus Chronic. Gothorum, Marian. Historiæ Hispan. libro quinto capite tertio ad annum 448. Iornandes capite trigesimo primo, trigesimo octauo, & trigesimo nono.* Huic Consulatui adscribunt hanc victoriam *Marcellinus Comes, Iornandes, & Cassiodor.* vbi occidit Theodoricus Visigothorum Rex, cui succedit Thorismundus filius. *Ex Iornande & Volaterano* bis pugnatum *scribit Idatius*: plures, semel tantùm.

3 Meroueï.

malè aliqui campum hunc Catalaunium prope, Tolosam statuunt.

Ab hac victoria Meroueus ditionem suam in Gallia dilatauit, occupatásque Prouincias, Franciam nominauit: à quo posteri cognominati sunt Merouingi. *Sigibert. Æmil. Trithem.*

Celebratur Generale Concilium Chalcedonense, inchoatum octauo Idus Octobris, contra Eutychetem, & Discorum, 600 ferè Patrum. de sedendi ordine, *Baron.* approbatur Nicena fides: damnantur Dioscorus, & Eutyches. quibus & Nestorio anathema dictum est. Soluta sunt Comitia pridie Kal. Nouemb. & cõpleta Sessionibus 12. Accessit tamen 13, per Legatos Leonis, ad reprimendam fraudem Anatolij, ambientis primam Sedium dignitatem post Romanam. *vide Acta Concilij, & Leonem Epistola quinquagesima. Baronius* hîc agit de Canonibus Concilii, & Primatu Romanæ Sedis. *vide porro Euagrium lib. 2. cap. 5.* de Dioscori exilio, & morte. Maximus, Episcopus Antiochenus fit.

452 | 13 Leonis 1. Magni. | 28 Valentiniani 3. 3 Marciani. | 4 Merouei.

Coss. Asporatius & Herculatius. Hoc tandem anno Carthaginensis Ecclesia accepit Episcopum, cum tredecim annis vacasset. is fuit Deogratias, vir sanctus. *Victor de Persecutione Vandalica lib. 1.* Aquileia capta ab Attila, an hoc anno, & his Consulibus, *vt scribunt Marcellinus Comes, & Cassiodor.* an post triennium, *vt volunt Blondus, & Sabellicus*? Attila vastatis Ticino, & Mediolano, Romam contendit. Sed à Leone persuasus, & pacem Romanis concessit, & vltra Danubium se recepit, non amplius rediturus. *Cassiodorus Chro. Miscell. Hist. lib. 15.*

Indict. 5.

Venetorum ciuitas, ante 30 circiter annos inchoata, multis nunc, ad vitandas Barbarorum iniurias eò confluentibus, magnũ accepit incrementũ. quod effecit, vt aliqui huic anno consignarent prima huius ciuitatis fundamẽta. Floret Vigilius, natione Romanus, & Episcopus Tridentinus. Item Voconius, Episcopus Mauritaniæ, *ex Gennad.* Alexandriæ ordinatur Episcopus S. Proterius. *Liberat. cap. 14.* Valentinianus tollit Episcoporum iudiciale Tribunal, nisi in iis, quæ ad Religionem pertinẽt. *Baron.*

453 | 14 Leonis 1. Magni. | 29 Valentiniani 3. 4 Marciani. | 5 Merouei.

Coss. Opilio, & Vincomalus. Augebatur in dies Burgundionum in Gallis Regnum, & Francorum. *Iornandes scribit* hoc anno Attilam in Gallias redeuntem, iterum victum ab Alanis ad Ligerim. Sed mirum est de hac re silentium *apud Idatium, Isidorum, & alios Scriptores.* Pulcheria, Theodosij iunioris soror, omni laude digna, feliciter diem claudit. *Marcel. Chron. Niceph. lib. 15. cap. 15.* Solet hoc anno notari Concilium Arelatense 3. quia ibi huius anni notantur Consules. *habetur Tom. 1. Concil.* an rectè illi præfuisse dicatur Cæsarius Lerinensis, *expendit hic Baronius.* Florent Sanctus Sylvester, Cabilonensis Episcopus; Sanctus Porcarius Abbas Lerinensis, & Pomerius Afer Presbyter & Rhetor. omnes notissimi Cæsario. Cæsarii tantúm extant Homiliæ. *Baron.* Concilium Andegauense hoc anno habetur, & nuper editum in lucem *habes apud Baronium, anno 453.* Statuit, ne ab Episcopali iudicio Clerici recedant. aduersari videtur Valentiniani Decreto, de quo ad annum præcedentem.

Indict. 6.

454 | 15 Leonis 1 Magni. | 30 Valentiniani 3. 5 Marciani. | 6 Merouei

Coss. Aetius, & Studius. Anatolius monente tandem Leone, deponit studium Primatus. *Leo Epistola septuagesima prima. Vide annum 451.* Aetius, Attilæ magnus terror, & Occidentalis Imperii salus, occiditur iniustè à Valentiniano: sic nempe festinauit Imperium ad ruinam, & ipse Imperator ad interitum suum. *Procopius de bello Vandalico libro primo. Cassiodorus Chron.*

affectatam Tyrannidem ab Aetio persuaserat Imperatori Maximus Senator, in vltionem stupri à Valentiniano vxori illati. Attila quoque moritur, anno ætatis quinquagesimo sexto, *ex Sabellico, & alijs*: an sanguinis effusione è naribus, an cultro perfossus à muliere, incertum. *Marcellinus Chronic. & Cassiodorus*, qui hos notant Consules. Extincto Attila, qui sexaginta filios reliquit, dissipatum est magnum hoc Hunnorum imperium, partim filiorum dissidio, partim vindicantibus se in libertatem subactis ab Hunno nationibus. *Bonfin. decade prim. libr. sext.* Thorismondo Visigothorum Rege à fratribus occiso, succedit Theodoricus secundus, quem impense laudat *Sidonius Apollinaris libro primo Epistola secunda.* Floret S. Seuerinus, Noricorum Episcopus, (in parte Austriæ est, Bauariam nunc vocant.) *Eugippius Abbas in vita S. Seuerini.*

455 | 16 Leonis I. Magni. | 6. Marciani. I Maximi. | *Coss. Valentinianus Augustus, & Anthemius.* Valentinianus in campo Martio, *Cassiodor.*, ab amicis Aetij, & Maximi Senatoris dolo occiditur. *Euagrius libro secundo capite septimo.* post quem multi exorti sunt Tyranni. *Marian. libro. quinto anno* 445. Primus Imperium Tyrannicè inuadit idem Maximus. Eudoxiam Augustam, Valentiniano cæso nolentem accipit vxorem. *Procopius libro primo.* ipsa Maximo infensa, euocat Romam Genericum 30000. quam per quatuordecim dies diripit. *Euagrius libro secundo capite septimo. Nicephorus libro decimo quinto capite vndecimo.* Eudociam & Placidiam Eudoxiæ filias ex Valentiniano genitas, abducit vna cum matre. Sed missas postea Constantinopolim Placidiam & Eudoxiam matrem, scribunt Euagrius & Procopius. Eudociam Hunnerico filio tradidit Barbarus: captiuos multos Carthaginem abduxit. à Leone cædem impeditã *notat Baronius.* Maximus post duos menses lapidibus obruitur. *Procop.* Eudoxia Augusta vexatione post hæc euasit Orthodoxa, ex Eutychiana. *Cyrillus in Vita Sancti Euthymij, apud. Sur. vigesimo Ian.* | 7 Merouei.

Indict. 8

Auitus | Auitus Aruernus, Sidonii socer, acclamatur in Galliis iuuitus Imperator, authore Theodorico. *Sidonius Appollin.* Alter etiam tunc floruit Auitus Sidonio συγχρονος. Ricciarius Sueuorũ Rex dum Hispaniam subiugare nititur, à Theodorico secundo, Visigotho, (qui suadente Auito Imperatore, ex Aquitania digressus, Sueuis occurrit) victus & occisus est. *Iornand. & Isidor.* qui volũt hũc primũ legitimè regnasse in Hispania, consentiente nimirum iam Auito Imperatore. Magnã Aquitaniæ partẽ occupat Visigothus. *Isidorus Chron.* suaq; tuetur strenué in Hispania; nunc rupto, nunc redintegrato cum Romanis fœdere.

456 | 17 Leonis I. Magni. | 7 Marciani. I Auiti. | *Coss. Ioannes, & Vararis.* Auitus, sibi metuens à Ricimero, Aetij successore, Imperium deponit, decimo octauo Maij, & ex Imperatore, Placentinus factus est Episcopus. *Cassiodorus Chronic. Nicephorus lib. decimo quinto capite vndecimo.* vacat Imperium Occidentis decem mensibus, interim Genericus totam occupat Africam, quam tenuerunt Vandali, vsque ad Iustinianum. de Voconio Philippo Presbytero, Hieronymi auditore, Victore, & aliis viris Illustribus, *Baronius ad hunc annum.* | 8 Merouei.

Indict. 9.

457 | 18 Leonis I. Magni. | I Leonis I. | *Coss. Constantinus & Rufus.* Marcianus, insignis Imperator, & meritò laudatus, bellum in Tyrannos parans, moritur vigesimo sexto Ianuarii. *Cassiodorus Chronic. Nicephorus libro decimo quinto, capite decimo quinto.* Marcellinus. Leo primus, Tribunitius, Thrax genere, ex sententia Senatus, fauentibus Orientis militibus Imperator salutatur. *Nicephorus libro 15. capite decimo quinto & vigesimo primo.* fauit eius electioni Aspar: | 9 Merouei.

Indict. 10

cuius proinde filium Ardabatium Cæsarem creat. interim hæretici Ægypti incredibiles excitant turbas. *Liberat. in Breuiario capite decimo quinto.* Maiorianus, consensu Leonis Imperatoris, vt aliqui scribunt, & Senatus voluntate, creatur Imperator Occidentis, ex Magistro militiæ, primo April. *Sidonius in panegyrico Maioriani.* Imperator valde laudatus à *Procopio.* Bellum parat in Vvandalos. Iuuenalis Episcopus Hierosolymitanus moritur. *Nicephorus libro decimo quinto, capite decimo quarto.* Antiochiæ Maximo succedit Basilius Catholicus.

458 | 19 Leonis I. Magni. | 1 Maioriani | 2 Leonis I. 2 Maioriani | 10 Merouei.

Coss. Leo, & Maiorianus Augusti. Theodoricus, qui per bonam Hispaniæ partem tenebat, victo ibidem Arnulpho, & diuiso exercitu, regrediens in Gallias, vexat Romanorum Prouinciam Narbonensem. *Idat.* Alter Theodoricus Ostrogothus, postea potiturus Italiâ, nunc nascitur in Pannoniis. *Iornand. cap. 55.* Anatolius Episcopus Constantinopolitanus moritur: succedit Gennadius Presbyter, vir egregiè doctus. *Marcell. Comes, & Theodorus Lector Collec. lib. 1.* Anastasius item ex presbytero Episcopus, substituitur Iuuenali Hierosolymis. *Cyril. in rebus gestis Euthym. apud Surium 20. Ianuarij.* Varias Leonis Papæ Constitutiones *refert hoc anno Baronius*, & præsertim illam in Virgines, quæ contra propositum nubunt. Gensericus ciuitatum mœnia euertit, excepta Carthagine. *Procop. Narrant idem Procopius, Cassiodor. & Iornandes,* expeditionem Maioriani in Africam, qui putatur Africam recuperaturus, si vixisset. Antiochiæ ingens terræmotus contigit hoc 2 Leonis anno. *Euagrius libro secundo capite duodecimo.*

Indict. 11

Erat hic annus Antiochenorum *quingentesimus tertius, vt colliges ex Tomi primi capite decimo nono, numer. vigesimonono, & anno Christi expanso centesimodecimoseptimo.* Sunt enim ab Epocha Antiochena ad Christum anni quadraginta quinque, inde verò ad primum Antiochiæ terræmotum sub Traiano, anni centum & septemdecim, ab hoc Christi anno centesimodecimo septimo, ad annum quadringentesimumquinquagesimumoctauum (qui est Antiochenus quingentesimus tertius) sunt anni tricenti quadraginta & vnus. *rectè Eusebius dixit,* annum secũdum Probi, esse Antiochenum tricentesimum vigesimumquintum, & nobis tertius annus Antiochenus non discrepat multum à primo Iuliano anno, *vt citato capite decimo nono insinuatum est.* Antiochiæ Episcopus fit Acatius.

459 | 20 Leonis I. Magni. | 2 Leonis I. 3 Maioriani | 1 Childerici I.

Coss. Ricimerus, & Patritius. Dum Theodoricus bellum transfert in Hispanias, & Romanorum Narbonensem Prouinciam vexat, Franci hac vsi opportunitate, firmant Regnum, & Parisios occupant, vt plures scriptæ Historiæ testantur. Cæterùm hoc anno Regni sui decimo moritur Meroueus. Succedit filius Childericus. Primus, vt habent Francorum Historiæ, præest Francis & Gallis, in vnum iam coalescentibus: fateri tamen oportet, incerta illis initiis fuisse Regni incrementa: & omnes Clodoueum insigniorem Regni fundatorem agnoscunt.

Indict. 12.

Maiorianum Imperatorem venisse hoc anno in Galliam, & Lugdunum, siue Burgundionibus, siue Visigothis eripuisse, *satis testatur Sidonius Apollin.* habetur Synodus Constantinopolitana septuaginta trium Episcoporum, præsentibus Legatis Sedis Apostolicæ. Confirmatur Decretum Concilii Chalcedonensis in Eutychetem, præsente Gennadio Episcopo Constantinopolitano. *Baron.* Martyrius Antiochiæ Episcopus.

460 | 21 Leonis I. Magni. | 4 Leonis I. 4 Maioriani | Indict. 13

Coss. Magnus, & Apollonius. Isidorus, & Sulpitius notant hoc anno Maiorianum Imperatorem transiisse in Hispaniam: vt indè traiiceret in Africam. Sed pax Genserico, eam petenti, data est. Si creditur aliquibus, iam Britanni, pulsi ab Anglis & Saxonibus, sedes occupant Armoricorũ, nomenque ponunt minoris Britanniæ. Sed ab aliis plerisque hoc improbatur. Eò venisse nonnullos, & admissos ab incolis, constat quidem: reliqui suam tenuerunt Britanniam adhuc multis annis, saltem in Vallia, *vt scribit Polyd. libro primo.* Eudocia Augusta, dicta Attica, iunioris Theodosii vxor, Hierosolymis piè moritur. *Nicep. libro decimo quarto capite quinquagesimo.* Vita cessit Simeon Stylita. *Surius 4. Febr.* succedit columnam ascendens, Daniel Stylita. *Surius vndecima Decemb.* Timotheus, inuasor Ecclesiæ Alexandrinæ exulat, iubente Leone Imperatore: substituitur Timotheus Solofaciolus, Orthodoxus. *Liberat. capite decimo quinto. Leo Epistola* 101. 102. 103. | 2 Childerici I.

461 | 1. Hilarij. | 5. Leonis I. 1 Seueri. | Indict. 14

Coss. Seuerinus, & Dagalaiphus, obit diem 3 Idus April. Leo Papa, meritò Magnus dictus. Substituitur Hilarius Sardus, ex Diacono S. R. E. pridie Idus Nouemb. *Marian. Scot.* Maiorianus Imperator apud Derthonam Hispaniæ ciuitatem secundo Augusti redigitur in ordinem, & mox occiditur à Ricimero Magistro militum; cuius auxilio Seuerus inuadit Imperiũ. *Cassiod. in Chron. Euag. Marcell. Procop.* | 3 Childerici I.

462 | 2 Hilarij. | 6. Leonis I. 2 Seueri. | Indict. 15

Cos. Leo 2, & Seuerus, Augusti. Bello clarus Childericus, sed ob vitia suis ingratus, cogitur ad fugam per octo annos continuos: regnum interim administrat Ægidius, *de quo Gregorius Turon. Ado, & alij.* Fugit Childericus in Turingiam ad paternos amicos: erat verò hic Ægidius Romanus ciuis, & pro Romanis Præfectus Suessionum. Seuerus Imper. Genserico insulas Mediterranei maris occupare volentem repellit. *putat etiam Iornandes,* hoc anno Narbonem venisse in potestatem Theodorici Vvisigothi. proditione factum *narrant Isidorus, & Idatius.* Eugenius Scotorum Rex moritur, succedit Dongardus frater. *Hector Boetius libro octauo, Lesleus libro quarto.* Victorinus Aquitanus, iubente Hilario Papa, edidit Paschalion in sequentem annum, & deinceps, *Marian. Scot.* | 4 Childerici I.

463 | 3 Hilarij. | 7. Leonis I. 3 Seueri. | Indict. 1.

Coss. Decius Basilius, & Vibianus. Concilium Arausicanum secundum, quod alii aliò referunt, rectè in hunc annum coniicit *Baronius.* sub Consulatu hoc Decii Iunioris: Præside Cæsario Arelatensi, *de quo supra* 433. interfuit Eucherius Lugdunensis, huc vsque superstes, quicquid dicant *Ado, & Gennadius:* item Principius Suessionensis, S. Remigij frater. Decreta sunt pleraque de Gratia & Libero Arbitrio, contra aliquos obliquè sauentes Pelagianismo. & quò maior appareat Concilii authoritas, capita ibidem tractata olim fuerunt à Sede Apostolica eò trãsmissa, *vt præfatur ibidem Cæsarius. Vide Acta.* in hunc eundem annum coniicio (ab iisdem ferè Episcopis) habitum Concilium Carpentoratense, & Vasionense, non Bazatense nuncupandum. | 5 Childerici I.

464 | 4 Hilarij. | 8 Leonis I. 4 Seueri. | Indict. 2.

Coss. Rusticus, & Olybrius. Ricimetus, missus à Seuero Imperatore obuiam Beogoro Alanorum Regi, vastanti Italiæ Prouincias, ad Cisalpinam Galliam hostem victum, occidit tandem apud lacum Benacum, 6 Febr. *Iornand. Cassiod. Marcell. Comes.* | 6 Childerici I.

465 | 5. Hilarij. | 9 Leonis I. 5 Seueri. |

Coss. Basiliscus, & Herminericus, hæretici. Romæ celebratur Concilium, vbi iterùm confirmantur Decreta Concilii Chalcedonensis contra Eutychetem. Et causæ aliquot Episco- | 7 Childerici I.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Anni Francia Regum.
			porum tractantur. *Tomo secundo Concilior.* interfuit Maximus Taurinensis, cum prærogatiua ætatis. Vixerat enim ille sub Honorio. *Gennad. Massilienſis capite quadrageſimo de Viris Illuſtri.* viuebat etiam tunc alius Maximus, vir Sanctus, qui coactus est Episcopatum Tolosanum suscipere. *Sidonius libro 4, Epistola vigesima quarta.* Seuerus Imperator, dolo Ricimeri, veneno extinguitur, decima quinta Augusti. *Marcellinus, Cassiodorus.* Obtrudit *ex veteri Chronico Vignerius* vacasse Imperium septem mensibus, sed *Marcellinus* notat obiisse anno sequenti, redintegrata amicitia, inter Imperatorem Leonem, & Valamirum Ostrogothorũ Regem. datur obses Imperatori Theodoricus Iunior, filius Valamiri, octo tantùm annorum puer, Imperatori gratissimus. *Bonfin. decad. septima libri primi Iornandes, Miscella libro 16.*	
Iudict. 3.				
466	6 Hilarii.	10 Leonis I.	*Coss. Leo 3, & Titianus.* Hispania hoc tempore trifariam diuisa erat. Galecia, & pars Lusitaniæ Sueuis parebat: Bætica, & Catalaunia Gothis. Romani ferè reliquas tenebãt Prouincias. interim Eurico, cuius fraude periit Theodoricus frater, (anno 10 Leonis, *ex Seuero Sulpit.*) cessit Gothorũ Regnũ *si creditur Iornandi.* hic Rex, comparato exercitu valido, Romanos spoliauit vniuerso tandem Hispaniæ Imperio, quod annis ferè 700 steterat. *Marian. lib. 5. cap. 5. initio.* Scribit tamen *Idatius*, nõ nisi 16 Leonis anno, totam, quam vocabant superiorem Hispaniam venisse in potestatem Eurici Regis. res Romani Imperii in Italia, ob intestina arma, vix consistebant: caruitque hic annus Imperatore Occidentis. interim Marcellinus, iubente Leone Imperatore, Vvandalos pellit è Sicilia. *Iornand. Procop. Idat.* Dongardo Rege Scotiæ occiso in acie à Britannis, succedit Constantinus. *Leſleus libr. 4. Hector Boëtius lib. 8.* Prospero Rhegiensi in Aquitania Episcopo demortuo, successit Maximus Abbas Lerinensis. Et post eum Faustus, ex eiusdem Cœnobii Abbate. *Baron.* Epiphanius succedit Crispino Ticinensi Episcopo. quo etiam seculo florebat alius Epiphanius, quo vsus est Cassiodorus Græcorum Scriptorum interprete. *Cassiod. Diuin. Institut. cap. 5, & 17.*	8 Childerici I.
Indict. 4.				
467	7 Hilarii	11 Leonis I. 1 Anthemij.	*Coss. Flauius Pusæus, & Ioannes.* Anthemius Iunior, Senioris nepos, Imperator Occidentis postulatus Legatione ad Leonem, datur & coronatur Romæ 12 Aprilis, ex consensu Senatus, & Ricimeri. *Niceph. libro decimoquinto capite vndecimo. Euagrius libro 2. cap. 18. Marcell. Comes, Cassiodor.* moritur Hilarius Papa, quarto Idus Sept. succedit Simplicius Tiburtinus post dies decem.	9 Childerici II.
Indict. 5.				
468	1 Simplicij.	12 Leonis I. 2 Anthemij	*Cos. Anthemius Augustus 2 sine Collega.* Hoc anno Præfectorum Romanorum sæuitia & auaritia, Romanis in Gallia impensè obfuit. *Saluianus lib. 5 de vero Iudicio.* à Leone Imperatore, missa classis contra Vvandalos in Africam, Duce Basiliſco Imperatricis fratre, quæ (*ex Procopio l. 1. de Bello Vvandalico*) 100000 armatorum habebat. appulit quidem, sed rediit re infecta; siue ignauia, siue perfidia Ducis: qui putabatur cum Aspare, ad Imperium aspirante, consilia communicasse: rediitque ad Vvandalos Sardinia.	10 Childerici II.
Indict. 6				
469	2 Simplicij.	13 Leonis I. 3 Anthemij	*Coss. Zeno, & Marcianus.* Hoc tandem anno Childericus, post octauum exilii annum, Regno in Francia restituitur: pulso Ægidio. *Gregorius Turonenſ. Sigibert. Chro.* quando Britanni, ductore Ambrosio, ex Romanis Ducibus vno, fortiter dimicarunt, viceruntque sæpius Anglosaxones, *Beda, Polydor. lib. tertio post medium.*	11 Childerici I.
Indict. 7.				

Anni Christ.	Anni Pont.	Anni Imp.		Anni Franciæ Reg.
470. Indict. 8	3. Simplicij.	14. Leonis I. 4. Anthemij	Coss. *Seuerus, & Iordanus.* Leo Imperator, insigni arte Aſparem Principem Imperium affectantem fallens, Aſparis filium Cæſarem creat: & mox patrem & filium, Arrianos, iamque ſecuros, tollit è medio. *Marcell. Chron. Niceph. libr. 15. capite 27.* Hunc Conſulatum *notat Caſsiodorus.*	12. Childerici I.
471. Indict. 9.	4. Simplicij.	15. Leonis I. 5. Anthemij	Coss. *Leo 4, & Probianus.* S. Remigius Francorum Apoſtolus, eligitur Rhemēſis Epiſcopus, ætatis anno 22. quam electionem huic anno *adſcripſit Iornandes*: licèt ſequenti *tribuat Gregorius Turonenſis.* ſucceſſit Gennadio Epiſcopo defuncto. *lege Sidonium* Appoll. *libr. 9. Epiſt. 7.* Moritur Gennadius Epiſcopus Conſtantinopolitanus. *Zonar. Niceph. Chron. Gennad. de Script.* ſuccedit Acatius. *Euag.* Eudocia Iunior Valentiniani & Eudoxiæ filia, nupta Hunnerico Genſerici filio, genuit Hildericum: & pertæſa Arrianum thorum, abijt Hieroſolymam. *Victor l. 15. cap. 12.* vide ſupra an. 455. Veſuuius Campaniæ mons æſtuans, puluere omnem penè contegit Europam. *Marcell. Procop.* Martyrius (*de quo* 459.) abdicat ſe Epiſcopatu Antiocheno.	13 Childerici I.
472. Indict. 10	5. Simplicii.	16 Leonis I. 6. Anthemij I Olybrii.	Coss. *Feſtus, & Marcianus.* Euthymius Archimandrita moritur. *Surius 20 Ianuar.* Anthemius Imperator, orto diſſidio & bello, occiditur à Ricimere genero, Romæ 10 Iulij, & Roma tertiùm diripitur. Olybrius ſubſtituitur Imperator, miſſus à Leone Orientis Imp. Recimerus poſt 39 dies, ſæuis corporis cruciatibus Romæ extinguitur. *Caſsidior. Marcell. & alij.* Olybrius 7 menſe vitam finiuit. *Caſsidior. in Chron. Marcel. & alij.* hoc anno, vt apparet, Theodoricus, iam 18 annorum, permittente Leone, redijt ad patrem Theodomirum: qui etiam hoc ipſo anno rediit è Galliis. Sidonius, ab auo cognominatus Appolinaris, Auiti Imperatoris gener, & ex primis Galliæ Senatoribus, putatur nunc creatus Epiſcopus Aruerniæ. *Sidonius lib. 6. Epiſt. 1. Gregor. Turon. lib. 2, cap. 21.* Sunt tamen qui poſt quinquennium creatum volunt.	14 Childerici I.
473 Indict. 11	6 Simplicij	17 Leonis I. I Glycerij. I Leonis II.	Coſ. *Leo Auguſt. 5, ſine Collega.* Occiſo Olybrio, ſuccedit in Imperio Glycerius, Rauennæ electus, fauore militum, & Gondibari Ducis, quinto Martii. quod vix annum vnum tenuit. *Caſsiodor. Chron.* interim Leo Imperator, Leonem Iuniorem, ſuum nepotem, Zenonis filium, facit Imperii conſortē. *Caſsiod. Cedren. Zonar.* Vindemirus Oſtrogothorum Dux, & Theodomiri frater, inuadens Italiam, moritur: & filius Vindemirus Iunior, Italicis victus præmiis, à Glycerio datis, cœpto deſiſtit, *vt ſcribit Iornand.* Leo Senior mittit Iulium Nepotem Imperatorem Occidentis, antequam ſciretur Conſtantinopoli electio Olybrii. *Caſsiod. Iornand. Miſcella Marcell. Comes.*	15. Childerici I.
474 Indict. 12	7 Simplicij	18 Leonis I. I Zenonis Iſaurici. I Iulij Nepotis.	Coſ. *Leo Iunior Auguſtus ſine Collega.* Euricus, Vviſigothorum Rex, quod reliquum Romanis erat in Aquitania, & Narbonenſi Gallia, hoſtiliter inuadit; mirè in hoc bello vexatis Epiſcopis, Burdigal. Petrochor. Lemouicen. Ruthenen. & aliis, *vt teſtantur Iornandes, & Sidonius.* Leo Senior Imperator menſe Ianuario moritur, laudatiſſimis Imperatoribus annumerandus, ſi Baſiliſco vxoris fratri, & Zenoni genero indulgentior, viam non ſtrauiſſet ad Imperium. Leo Iunior, infirmæ valetudinis, patrem Zenonem hunc Iſauricum in Imperii conſortium aſſumit, aut potius Imperium ei defert, breui poſt morbo extinctus. *Caſsiodor. & Euag. lib. 2. cap. 17. Nicep. Marcel. Comes, Zonaras.* impius hic Zeno Imperator hæreticos reuocat ab exilio, & inter alios Petrum Gnaphæum Fullonem, qui creatus Epiſcopus Antiochenus, damnat Concilium Chalcedonenſe. *Baron.* Iulius Nepos, deſtinatus Occidentis Imperator à Leone	16. Childerici I.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Anni Francie Regum.
			Seniore, cogit Glycerium deponere Imperium. attõdet hominem in Clericum: & curat creari Salonæ in Dalmatia Episcopum. *Iornand. Euag.* Ipse verò Imperium retinet. *Cassiod. Chron.* Britanni, commisso prælio, Hengistum Anglosaxonum Ducẽ occidunt, succedunt filij Osca, & Otha. *Beda. Polidor. lib. 4. initio.*	
475	8 Simplicij.	2 Zenonis Isaurici.	*Cos. Zeno 2 sine Collega.* Orestes, Magister militiæ creatus à Nepote Imperatore, felicitatis authori malam reddẽs gratiam; Nepotem imperio priuat, 27 Sept. & Rauennæ filium Momilum Augustum (Augustulum ex contemptu dictum) appellat Imperatorem. Nepos in Dalmatiam fugit. *Marcell. Cassiod.* Nepotiani Odoacrem Herulorum Regem euocant in vindictã per Legatos. Vortimerius, Britannorum Rex moritur, pugnans contra Hengistinos Anglosaxonas: qui iam Cantium tenebunt. *Polydorus sub finem lib. 3.* Zenonem expulit hoc anno Basiliscus, vsurpans Orientis Imperium. *Niceph. l. 16. c. 2. Zonar. Euag.* Vita functus Theodomirus, relicto successore Theodorico, Ostrogothorũ rege. *Iornãd. c. 56.* Timotheus, *de quo ad an. 460*, pellitur à Sede Alexãdrina per Ælurũ, superstes tamen vsque ad an. 482.	17 Childerici 1.
Indict. 13.		1 Augustuli		
		Basiliscus		

ROMANVM IMPERIVM in Occidente deficit, & succedit Regnũ Italiæ.

476	9 Simplicij.	3 Zenonis Isaurici.	*Coss. Basiliscus, & Armatus.* Odoacer, *ex Procopio*, natione Italus, quondam Orestis armiger in Italia: nunc, *ex Iornande, & Cassiodoro*, Rex Herulorum, & Cirorum, trans Danubium in Germania interiore: his Italiæ tumultibus excitatus, exercitum cõparat, & Italiã inuadit. Vbi Oreste interfecto, & Augustulo relegato in Lucullanũ Campaniæ, Rex Italiam tenet. *Marcell. Cassiodor. Onuph.* notari solet 23 Augusti, quo cœpit regnare. deficit ergo Imperiũ Romanum in Occidente in Augustulo isto, cum etiam in Augusto primùm cœperit, Arrianis Principibus misera cõditione Ecclesiæ omnia ferè occupantibus. Odoacer enim Arrianus tenebat Italiã; Gensericus Arrianus Africã. Vvisigothus Arrianus penè Hispaniam, & magnã Galliæ partẽ: reliquum ferè Franci gentiles, & Burgundiones. Orientẽ denique obtinebat Zeno Eutychianus, qui Basilisci insidiis petitus, fugit in Isauriam, sed iam comparato exercitu, parat reditũ. *Marcell. Chron.* moritur eodem anno in Africa Gensericus, *si creditur Victori de Persecutione Vvandal.* rectius an. 478. Persas, seu Perozes Persarum Rex, victus à Nephtalitis, qui Persis vicini sũt, & captus, iurat pacem in posterum. *Niceph. lib. 16. cap. 36. Procopius lib. 1. de bello Persico.*	18 Childerici 1.
Indict. 14.		1 Basilisci.		
477	10 Simplicij.	2 Basilisci.	*Post Consulatũ Basilisci.* Impius Basiliscus Imperator, defectione Armati Exconsulis traditur Zenoni, qui sic Imperio restituitur, misso in exilium Basilisco. Vbi eum vxore, & liberis fame contabuit. *Euag. lib. 3. c. 8. Marcell. Niceph. Procop.* Odoacer supressa, hoc anno, in Italia dignitate Consulari, & Senatus authoritate imminuta, omnino Regem agit. ad firmandã verò amicitiam cum exteris Principibus, cessit Eurico Vvisigotho quicquid Romani ab Alpibus ad Rhodanum habebant. Ægidius Suessionum, & Paulus Andium pro Romanis, Duces reliqui adhuc erant. *Simplicius epistola 7* hortatur Zenonẽ, vt hæreticos expellat, quod in Gnaphæo Fullone, & aliis præstitit. *Euag.* successit in Antiochena Ecclesia Stephanus secundus. Timotheus Ælurus (à quo Timotheani Hæretici) occupator Ecclesiæ Alexandrinæ, hausto veneno extinguitur. *Liberat. cap.*	19 Childerici 1.
Indict. 15.		4 Zenonis Isaurici.		

cap. 10. de Timothei Catholici restitutione. *lege Acatij epistolam ad Simplicianum, Tom. 1. Epist. Decret.* Moritur Anastasius, Episcopus Hierosolymitanus: succedit Martyrius Cappadox, ex Monacho. *apud Cyrillum in Vita Euthimij, Sur. 29 Ian.*

478 | 11 Simplicij | 5 Zenonis Isaurici. | Indict. 1. | 20 Childerici 1.

Cos. Illus sine Collega. Nunc ferè Andium Prouincia cessit Childerico, post Pauli Romani Ducis, & Comitis mortem. diem obit Gensericus, primus Vvandalorum Rex in Africa, succedit Hunnericus, insignis Catholicorum Persecutor, *ex Procopio libro* 1. tamen, *ex Vict.* obiit ann. 476 Gensericus. Habet etiam hic annus Legationes Timothei Catholici, anno præcedente restituti, ad Simplicium Papam, & Zenonem Imperatorem. *Liberat. cap.* 17. *Baron.*

479 | 12 Simplicij | 6 Zenonis Isaurici. | Indict. 2. | 21 Childerici 1.

Cos. Zeno 3. Childericus Francorum Rex conciliat sibi tum Anglosaxonas, tum in Italia Odoacrum. moritur Ægidius, Suessionum Dux, relicto filio Siagrio. moritur quoque Lupus Trecensis Episcopus, & insigne Galliæ decus. succedit Camelianus, de Lupi discipulis, Polychronio Lugdunensi Episcopo, Seuero Treuensi, & Albino Catalaunensi, *vide Surium* 19 *Augusti.* Stephanus Iunior, qui tertius vocatur, succedit Episcopus Antiochiæ, Stephano Seniore, ab Eutychianis Sacerdotibus trucidato inter Sacra. *Euag. Niceph. Onuph.*

480 | 13 Simplicij | 7 Zenonis Isaurici. | Indict. 3. | 22 Childerici 1.

Cos. Basilius Iunior. Nunc tandem Hunnericus permittit in Carthaginensi Ecclesia Episcopum, agente id Zenone. Itaque anno 24 cessationis, ordinatur ibi Episcopus Eugenius, vir Sanctus. *Victor de Persec. Vvand. lib.* 2. Euricus, Visigothorum Rex, Aruernum ciuitatem, diu optatam accepit. *Sidon. lib.* 7. *Epist.* 7 *ad Agricium Massil. Episcopum.* Florebant tunc Aruernis Amabilis Presbyter, & Abraham. *Baron.*

481 | 14 Simplicij. | 8 Zenonis Isaurici. | Indict. 4. | 23 Childerici 1.

Cos. Placidus sine Collega. Ella, Australium Saxonum Dux, in Angliam appulisse nunc putatur è Saxonia, & partem insulæ occupasse, quæ postea dicta est Sussexia, seu Regnorum: nempe 30 annis ab aduentu Hengisti, & primorum Saxonum. *vide an.* 449. Odoacer in Illyrico Odinam Ducem victum occidit, quod occidisset ille anno præcedente Iulium Nepotem, nuper Imperatorem. De Theodorico Gotho, & Scirorum domino, qui tantùm suorum insidiis à capienda Constantinopoli deterritus, regreditur & moritur; *lege Euag. lib.* 3. *cap.* 25. *Marcell. Chron.* Triarii filium *vocat Iornandes, de Succes. Regnor.* & cognomento Strabonem. alius est, *de quo ad an.* 483.

482 | 15 Simplicij | 9 Zenonis Isaurici. | Indict. 5 | 24 Childerici 1.

Coss. Seuerinus, & Trocendus. Celebratur Concilium Turonense, Præside Sancto Perpetuo, qui tertius est à Sancto Martino. actum de Ecclesiastica disciplina. moritur Stephanus Iunior Antiochenus Episcopus, succedit Calendion, Catholicus & ipse Episcopus. *Euag. libro* 3. *capite* 10. *Simplicius epist.* 14. Zeno, instigante Acatio Constantinopolitano Episcopo, & Eutychiano, vexat Ecclesiam Alexandrinam, fidemque Chalcedonensem. *Liberat. cap.* 28. *Euag. lib.* 3. *cap.* 17. & 18. Alexandrinum Episcopatum tenet Ioannes Talaida. *vide an.* 475. sed eo statim pulso, Imperator Petrum Mongum substituit hæreticum, impellente Acatio.

483 | 1 Felicis 3. | 10 Zenonis Isaurici | Indict. 6. | 25 Childerici 1.

Cos. Anicius Faustus. Moritur Simplicius Papa 6 Non. Martii. succedit Felix Romanus Presbyter, & huius nominis tertius, 8 Idus Martias. *Anastasius de Romanis Pontificibus.* & mox Romæ Concilium celebratur contra Acatium Episcopum Constantinopolitanum, ob proditam fidem Chalcedonensem, missaque est ad Zenonem Imperatorem de hac re Legatio. *Liberat. capite* 18. *Euag. libro tertio, capite* 18. 19. 20. In eadem Synodo damnatur Petrus Antiochenus Episcopus, dictus Fullo.

Annī Christi	Annī Pont.	Annī Imp.		Frāc. Reg.
			vide an. 486. *& Baron.* Vvandalica persecutio dira excrescit in Africa ab Hunnerico Arriano Rege contra Ecclesiam: 4996 vel Episcopis, vel aliis Clericis in exilium pulsis. *Victor lib.* 2, *&* 3. leges à Catholicis Imperatoribus in hæreticos latas, conuertit impius Rex in Catholicos. Theodoricus, dictus Amalus, Ostrogothorum Rex, vocatus Constantinopolim à Zenone, variis Prouinciis regendis præficitur, & Consul sequentis anni designatur. *Marcell. Iornand. de Succ. Reg. Pomponius Lætus in Zenone.* Constantino Scotorum Rege occiso, succedit Congallus nepos, *Hector Boetius libr.* 8. qui tamen malè notat tunc primùm in Britanniam venisse Angloſaxones: nisi fortè illos intelligat, *de quibus anno* 481. hic Constantinus Britones vectigali, quod à 30 annis pensitabant, liberat. *Lesleus libr.* 3 *in Constantino*, cui dat annos 17. at *Buchan.* 22.	
484 Indict. 7.	2 Felicis 3.	11 Zenonis Isaurici.	*Coss. Theodoricus Gothorum* Rex; *& Venantius.* diem obit Childericus Francorum Rex: succedit Clodoueus filius, qui regnat in Paganismo annis 15, & totidem Christianus. hic primus Rex Christianus, primus quoque omnino expulit è Gallia Romanos. Princeps militari gloria, & religione conspicuus. nos à fine belli Gallici sub Iulio Cæsare, (si indè Romanum in Gallia Imperium spectetur) quando ille Rubiconem transiuit, vsque ad hunc annum, numeramus annos 529. Hunnericus in Africa, post omnia crudelitatis in Catholicos edita exempla, tandem ipse, ebullientibus è toto corpore vermibus, miserè extinguitur. *Victor, Gregorius Turonensis lib.* 2. *cap.* 3. Eius tamen obitum aliqui, *ex Procopio*, reiiciunt in annum 486. Successit illi Gundabundus, qui & Godagisus dictus est. hic (*si Procopio creditur*) magis adhuc Ecclesiam afflixit. Licet *Isidorus scribat* pacem dedisse. moritur quoque Euricus, Vvisigothorum in Gallia Rex, Arelate. regnat successor Alaricus filius. *Vide Marian. Histor. Hispan. anno* 483, *& Gregor. Turon. lib.* 2. *cap.* 25. Sidonii Apollinaris obitum hoc anno locat *Baron.* Orientis Ecclesia grauiter vexatur. Legati enim Sedis Apostolicæ præuaricantur Constantinopoli, & Romæ, coacto Concilio 77 Episcoporū, dānantur. damnatur Acatius. *Liberatus cap.* 18. *Niceph. lib.* 17. *c.* 17. *Baron.* ille verò furens, nomen Romani Pontificis tollit è Diptychis. *Liberat.* Petrus Alexandrinus, quem Græci cognomento μογγὸν vocant, Acatium imitatur.	1. Clodouei. 1.
485 Indict. 8.	3 Felicis 3.	12 Zenonis Isaurici	*Cos. Symmachus, sine Collega.* Reperitur in Cypro Corpus Sancti Barnabæ, cum Euangelio Sācti Matthæi, super ipsius pectus. Reliquiæ ibidem, extructo templo, reconduntur. Euangelium, allatum est Constantinopolim. *Theodor. Lector, Suidas, Niceph. & alij.* Moritur Martyrius Episcopus Hierosolymitanus: successit Salustius. *Cyrillus in vita Sācti Sabæ.* Vterque vir meritò laudatus, quicquid de Martyrio dicat *Euagrius.*	2 Clodouei. 1.
486 Indict. 9.	4 Felicis 3.	13 Zenonis Isaurici.	*Coss. Longinus, & Decius.* hic annus est quo dixi á nonnullis poni obitum Hunnerici, *de quo ad annū* 484. obiit Petrus Fullo, occupator Ecclesiæ Antiochenæ; succedit Palladius, & ipse quoque Eutychianus. *Baron.* grassatur per Orientem Eutychianismus, anno quidem 477, & 479. alij numerantur, pulso Fullone, Episcopi. tamen solum hoc anno 480, quo obiit Fullo, ponitur Sedes huius Palladij. *horum seriem dabit Index.*	3 Clodouei 1.
487 Indict. 10.	5 Felicis. 3.	14 Zenonis Isaurici.	*Cos.* Anicius *Manlius Seuerinus Boetius, sine Collega.* Felix Romæ habet Concilium 38 Episcoporum, de Lapsis in Africa restituendis. historiam, & Epistolam Felicis *refert hic Baronius.* qui nunc sedatam Persecutionem putat, *de qua anno* 483. *Ex Isidoro.* Theodoricus, Ostrogothorum Rex, de quo 483, ingratus	4 Clodouei 1.

erga Zenonem, post aliqua hostilia tentata in Regiam Ciuitatem, recedit in Mœsiam, vnde venerat. *Marcell. Chron.* Odoacer Rugios debellatis Norico, nunc Austria, & Pheleteo rege capto, redit in Italiam. filius Pheletei fugit ad Theodoricum. *Cassiodor. Vide Auentin. lib. 2.*

488 | 6 Felicis 3. | 15 Zenonis Isaurici. | Iudict. 11

Coss. Dinamius, & Sasidius. vixit tandem impius Acatius, Episcopus Constantinopolitanus, in anathemate. *Niceph. Chron.* successor datur Flauianus, seu Flauitas Hæreticus. petit communionem cum Romana Ecclesia, sed detectus, & repulsam passus, breui moritur. *Niceph. lib. 16. cap. 17, & 18. Euag. lib. 3. cap. 23.* de apparatu Theodorici, Ostrogothorum Reguli, ad inuadendam Italiam, *vide Marcell. Chron.* ad id hortatus dicitur Zeno Imperator. *Iornand. de reb. Get. c. 57.* Alii coactum Zenonem id permisisse scribunt. *Procop. Miscella.* Hoc demum anno Siagrius, qui Suessionensem Comitatum, nomine Romani Imperii, adhuc tenebat, bello victus à Clodoueo, & occisus est. tunc demum extinctum est in Galliis Rom. Imperium, *de quo* 404. *Gregor. Tur. Ado, Iornandes.* | 5 Clodouei 1.

489 | 7 Felicis 3. | 16 Zenonis Isaurici. | Indict. 12

Coss. Probinus, & Eusebius Theodoricus Ostrogothorum Rex, Italiam ingressus, Odoacrum profligat, non procul ab Aquileia: & iterum eodem anno ad Veronam. *Cassiodor. Chron.* Ticinum vastatur ab Ostrogothis, & Rugiis traditur. Daniel Stylita moritur 80 annorum. *Surius* 11 *Decemb.* succedit Euphemius Flauitæ Episcopo Constantinop.is. Synodum Chalcedonensem probauit. *Niceph. lib. 16. cap. 19. Euag. lib. 3. cap. 23.* Nunc libros de Persecutione Vvandalica Victor scripsit. | 6 Clodouei 1.

490 | 8 Felicis 3. | 17 Zenonis Isaurici. | Indict. 13

Coss. Faustus, & Longinus. Odoacer, iam tertiò victus à Theodorico, Rauennæ mœnibus se inclusit, & obsidetur triennio. *Cassiodor. Procop. Iornand. cap. 57. Miscella.* Hoc anno putatur Clodoueus duxisse vxorem Clotildam Christianam, filiam Childerici, vnius è 4. filiis Gundicarii Regis Burgundionum. Zeno Imperator Pelagium, & alios insignis nobilitatis viros dat neci. *Marcell. Cedren.* Vvandalica Persecutio in Africa recrudescit, Baronio interrupta, *Baron.* Cæsarius Episcopus Arelatensis contra Faustum Pelagianizantem, scripsit libros de Gratia & Libero Arbitrio. *Baron.* Gennadius Massilienſis, verus author libri de Ecclesiasticis dogmatibus, (qui ascribitur Augustino) floret: & tandem suspicione Pelagianismi liberatus, factus postea est Episcopus Massilienſis, vir vita laudabilis. *de quo*, & de Fulgentio, Theodulo, aliisque, *Baron.* Isidorus Senior Cordubensis scripsit Chron. à primo Consulatu Theodosii ad hunc vsque annum 490. | 7 Clodouei 1.

491 | 9 Felicis 3. | 1 Anastasii 1. | Indict. 14

Cos. Olybrius Iunior, sine Collega. Zeno Imperator comitiali morbo extinguitur mense Aprili. *Euag. lib. 3. cap. 29. Cedren.* Plures, quòd mortuus crederetur, viuum sepultum putant. *Vide Cedrenum, & Zonaram.* Ariadna Zenonis vxor, Anastasio (qui in Palatio inter milites erat) defert Imperium, suspecta turpis consuetudinis. *Euag. citatus.* huius Anastasii fausta initia fuerũt sed pessimus progressus, *vt præter alios notat Suidas.* de Anastasii coronatione *lege Theodor. Lect.* vbi enituit Euphemii Episcopi virtus. Sophiæ templum Constantinopoli incensum. *Procop. de ædificiis Iust. Imp.* moritur Sanctus Patricius Hyberniæ Episcopus, annorũ 82 *ex Mariano Scoto*: sed *ex Sigiberto* 122. vel etiam 132 annorum. *ex Probo in eius Vita.* Mongo Alexandriæ succedit Anastasius 2 Hæreticus. | 8 Clodouei 1.

492 | 1 Gelasii 1. | 2 Anastasii 1. |

Coss. Anastasius, & Ruffinus. obiit 5 Kal. Mart. Felix Papa, atauus S. Gregorii Magni. *Greg. Hom. 38. in Euang. & lib. 4. Dialog. c. 16.* sub- | 9 Clodouei 9.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	
			rogatur Gelasius Afer, die secundo Martii. Salustio Hierosolymitano Episcopo demortuo, succedit Helias Arabs, vir laudatus. *Sophron. Prat. Spir. c.* 35. bellum Isauricum inchoatur inter Longinum Zenonis fratrem, & Anastasium, durat annis ferè sex *Marcell. Cedren. Theod. Lector.* Britanni anno 44 ab aduentu Anglosaxonũ in Britanniã, Anglos hos vincũt: occisis duobus Anglorum Ducibus, Osca, & Otha. per idem tempus, *inquit Polyd. in fino l.* 3. demortuo Vtherio Britannorum Regi successit filius Artus, seu Arthurus ille decãtatus. Cæterùm post Hengistum Saxonem, Oscam, & Otham filios, regnabit Himericus. cui succedit Ethelbertus, ab Hẽgisto quintus in Regno hoc Cantio. *vide an.* 569. *Beda. Polyd. l.* 4. *initio.* Gondebaldus Burgundionum Rex Galliam Cisalpinã populatur, & spolijs onustus redit ad sua. *Miscella lib.* 16.
493 Indict. 1.	2 Gelasii 1.	3 Anastasii 1.	*Coss. Decius Albinus, & Eus. ex Marcellino* Hoc tertio anno obsessæ Rauennæ, Odoacer conuenit cum Theodorico, vt pariter ibidẽ regnarent: bteui tamen Odoacer à Theodorico occiditur. *Procop. Miscella.* Et solus Italiæ Regnum tenet Theodoricus, qui pacem firmat cũ Imperatore, aliisque in Oriente Regibus. *Marcell. Iornan.* De horũ Ostrogothorũ origine, qui nũc regnant in Italia, *lege Marianæ Hist. Hispan. anno* 493. de aliis etiam, *Iornand. de reb. Get. cap.* 14. & 16. *adde Isidori Chron. Got. de quo, ad an* 540. Hunc Principem Ostrogothum laudãt plurimũ Historici, ab æquitate, & bellica virtute. regnauit ab ingressu in Italiam annis 26. *Procop.* Paucioribus, si hinc numeres. Senatus authoritatem integram esse voluit. Et Gelasius Ecclesiarum curam gerit, Theodorico nullatenus impediente. *Baron.* nunc contigit Apparitio Sancti Michaelis Archangeli, & inuentio Cryptæ montis Gargani in Apulia. *Sigebert. vide Baron.*
494 Indict. 2.	3 Gelasii. 1.	4 Anastasii 1.	*Coss. Astericus, & Præsidius.* Theodoricus Rex Italiam restaurat, legibus ornat; & quamuis Arrianus, Catholicos clementer ac reuerẽter habuit. *Baron & alij.* Episcopi Dardaniæ, & Illyrici, relicto Euphemio Constantinopolitano Episcopo, adhærent Gelasio Papæ. Extant Epistolæ Gelasii. *Baron.* anno sequẽti Gelasius Concilium Romæ habet 70 Episcoporum, pro conseruatione fidei & pace Ecclesiæ. Decretum edit de Scripturis sacris, de Cõciliis Generalibus, & Scriptoribus Ecclesiasticis. Vide Tomum secundũ Conciliorũ, ante Conciliũ Epaunense: vbi etiam de reditibus Ecclesiæ in quatuor partes diuidendis. floret Alcimus Auitus Viennensis Episcopus, Sanctitate & doctrina clarus. *Ado Chron. Gregor. Turon. l.* 2. *c.* 34. *& Tritem.* Sanctus Benedictus petit solitudinẽ, Nursinus patria, *vetus hist.* Cassinẽ. *Baron.*
495 Indict. 3	4 Gelasii 1.	5 Anastasii 1.	*Cos. Viator, & Æmilius.* Romæ Concilium habetur quinquaginta quinque Episcoporum, de absolutione Miseni, olim sub Felice Legati, & præuaricatoris. nuper integrum restitutũ, *extat apud Baron.* Euphemius Episcopus Constantinopolitanus, pellitur ab Imperatore in exilium. *Marcell. Theodor. Lector.* causam ab iis diuersam *affert Suidas.* substituitur Macedonius Catholicus: quem Henotico Zenonis non subscripsisse, *probat hic contra Cedrenum Baronius.* literæ erant vnionis inter Eutychianos, & Catholicos. Theodoricus Amalus hoc anno Dalmatiã, Rhetiam, & Siciliam consecutus, partum Regnum vallat affinitatibus, cum Franco, Burgundione, & Alarico Gotho Regibus. *lege Sigon. & Iornand. cap.* 58. *de reb. Get.*
496 Indict. 4.	5 Gelasii 1.	6 Anastasii 1.	*Cos. Paulus sine Collega.* Rebelles Isaurios vincit, & domat Imperator in Cilicia: & sic cessat bellum Isauricum. *Euag. Niceph. lib.* 16. *c.* 36 *Marcell. Comes.* Clodoueus profert Regni fines vsque ad Ligerim, *inquit Sigebertus*, quod de Armoricis, seu minori

Anni Franc. Regum.

10 Clodouei 1.

11 Clodouei 1.

12 Clodouei 1.

13 Clodouei. 1.

Britannia nunc parta aliqui interpretantur. moritur Gelasius, 11 Kal. Decemb. succedit post 7 dies, Anastasius Romanus. *Anast. lib. de Roman. Pontif. Onuphrius.* de Gelasii Scriptis *Baron.* opus illud, quod nunc circumfertur nomine Gelasii contra Eutychetem, non est Gelasii Papæ, sed alterius Gelasii, cuius meminit Photius. Floret Paschasius ille Romanæ Ecclesiæ Diaconus, qui duos libros scripsit de Spiritu Sancto, & *de quo Gregorius quarto Dialogorum cap.* 40. Palladio Antiocheno Episcopo Eutychiano mortuo succedit Flauianus Junior, Orthodoxus. *Baron.*

497 | 1 *Anastasii* 2. | 7 *Anastasii* 1. | 14. *Clodouei.* 1.

Indict. 5.

Cos. Anastasius iterum sine Collega. Hic est primus Anastasii Papæ annus, quo aliqui mortem Gundabundi Vvandalorum Regis in Africa consignant. alii in sequentem reiiciunt annum. successit illi Transimundus frater, quem à sapiētia, & animi magnitudine laudat *Procopius*, addit abstinuisse à cæde Catholicorum. ad hunc, Fulgentius qui tunc florebat, scripsit tres libros de Christo, postea factus Episcopus Ruspensis. Athanasius Episcopus Alexandrinus hæreticus moritur: successit Ioannes Mela æquè hæreticus. *Baron.*

498 | 2 *Anastasii* 2. | 8 *Anastasii* 1. | 15 *Clodouei.* 1.

Indict. 6

Cos. Paulinus, & Ioannes. excessit rebus humanis Anastasius Papa 16 Kal. Decembris. creatur successor Symmachus 10 Kal. Decembris. eodem die creatur Laurentius Romanus, in Schismate, excitato à fautoribus Anastasii Imperat. quod Rauennæ postea à Theodorico Rege sedatum est. *Theodor. Lect.* hoc Schisma quintum in Ecclesia Rom. *vocat Onup.* agnoscitur Ioannes Silentiarius, Sabæ discipulus, & ex Episcopo Anachoreta. *Cyrillus in vita Sancti Sabæ.*

499 | 1 *Symmachi.* | 9 *Anastasii* 1. | 16 *Clodouei* 1.

Indict. 7.

Cos. Ioannes Gilbus, & Asclepius. hic est primus Symmachi annus, quo Clodoueus bello cum Alemannis congreditur; & periclitante exercitu, voto Christianismi se obligat, si victor euadat. Vincit. Baptizatur à Sancto Remigio, & Edicto proposito populum Francorum ad Christi fidem inuitat. *Sigeb. Æmil. Tritem.* de ampulla Chrismatis columbæ ore cælitus allata, *Aimoinus, Baron. & alii.* de Liliis, vt essent deinceps insignia electis, *Æmilius*: cùm ad eam diem, *inquit idem author*, tribus diadematibus in alba parma depictis Rex vsus fuisset. *Tritemius* leonem fuisse vult: alii aliud. de oratione Remigii ad Clodoueum in Baptismo, *lege Gregorium Turon.* in qua de Christiana ciuilitate & mansuetudine verba faciens, *Mitis*, inquit, *depone colla Sicamber, adora quod incendisti, incende quod adorasti. lege Æmilium*, qui mota in Alemannos arma scribit, quòd Sicambris Francorum socius bella intulisset. Bulgari exercitum Anastasii in Thracia profligant. *Marcell.* Symmachus in Romano Concilio statuit, de comprimendo ambitu in electione Romanorū Pontificū. *Barō.* qui hoc Concilium, nō à Rege; sed à Pontice cōuocatū docet.

500 | 2 *Symmachi.* | 10 *Anastasii* 1. | 17 *Clodouei* 2.

Indict. 8.

Cos. Patricius, & Hipatius. Clodoueus, impellente Clotilda vxore, Gondebaldum Burgundionum Regem, apud Diuionum in acie victum, coegit mediam Regni sui partem fratri Godegesillo relinquere. de hoc bello multa *Æmilius*, & *Annales Francix*. Theodoricus Rex Romæ exceptus magno applausu. vbi ille vicissim magnis operibus antiqua Vrbis miracula superauit, *inquit Cassiodorus. Miscella.* Schismatici petunt à Rege visitatorem dari Romanæ Ecclesiæ. datus est Petrus Altinæ ciuitatis Episcopus: sed adhærens ille Schismaticis, damnatus ibidem est in Concilio 115 Episcoporum. Rex literis rogatus, res Ecclesiæ more maiorum agi permisit. Hoc secundum est sub Symmacho Concilium. *lege Apologeticum Ennodii pro Symmacho.* Extat *Tomo* 2 *ante Concilium Epaunense.*

SEXTI CENTENARII INITIVM.

HVCVSQVE, QVOD

Tom. 1. cap. 1 subindicaui, protraximus seriem consulum. Supersunt adhuc 40 annorum Coss. qui licèt non sint magno vsui huius temporis Scriptoribus futuri: eos tamen cum annis Christi compositos (si quis inde res deinceps narrandas velit designare) paucis hic Lectori, vnóque in loco subijcio.

Consules reliqui.

Anno 501 Auienus *Senior, & Fl. Pompeius.* 502 *Auienus* Iunior, & *Probus.* 503 *Dexecratus, & Volusianus.* 504 *Cætheus solus.* 505 *Theodorus, & Sabinianus.* 506 *Messala, & Areobinda.* 507 *Anastasius Aug. 3. & Venantius.* 508 *Venantius Iunior, & Celer.* 509 *Importunus* Decius *solus.* 510 *Anicius Manlius Seuerinus Boethius, & Eutharicus.* 511 *Gallus, & Secundinus.* 512 *Paullus, & Muscianus.* 513 *Probus, & Clementianus.* 514 *Cassiodorus, dictus Senator, solus.* 515 *Florentius, & Anthemius.* 516 *Fla.* Petrus, *solus.* 517 *Anastasius Aug. 4. & Agapitus.* 518 *Fla. Magnus, & Fla. Florentius.* 519 *Iustinus Aug. & Eutharicus* Cillica. 520. *Rusticus, & Vitalianus.* 521 *Valerius*, & *Iustinianus.* 522 *Symmachus: & Manlius Seuer. Boethius, 2.* 523 *Anicius Maximus, solus* 524 *Iustinus Aug. 2. & Opilius.* 525 *Anicius Probus* Iunior, & *Philoxenus. Olybrius* Iunior, *solus*, 527 *Mauortius solus.* 528 *Iustinianus Augustus 2 solus.* 529 *Cæcinna Maurus Basilius Decius,*

ſine Collega. 530 *Poſthumius Lampadius, & Oreſtes.* 531 *Poſt Conſulatum Lampadÿ* I. 532 *Poſt Conſulatum Lampadÿ* 2. 533 *Iuſtinianus Auguſtus* 3. 534 *Iuſtinianus Aug.* 4. *& Decius Thoodorus Paulinus.* 535 *Beliſarius, ſolus.* 536 *Poſt Conſulatum Beliſarÿ* 1. 537 *Poſt Conſulatum Beliſarÿ* 2. 538 *Ioannes, & Voluſianus.* 539 *Appio Ægyptius, ſolus.* 540. *Iuſtinus V. C. ſine Collega.* 541 *Baſilius, ſine Collega. Hic conſulum vltimus eſt, inter priuatos. numerantur tamen non pauci adhuc anni, Primus,* 2. 3. 4. 5. *poſt Conſulatum Baſilÿ, vſque ad annum Iuſtiniani* 38 *quando Indictionum vſus magis inualuit.* Lege de hac re Conſtitutionem Iuſtiniani Nou. 105 & Auth. de Coſ. Col. 4. tit. 3.

Regna.

SVB IVSTINIANO rediere ad iura Romani Imperÿ Africa, Sicilia, maximaque Italiæ pars. Sed vario bellorum caſu perculſa, & afflicta Italia, primùm Totilam Oſtrogothum ſuſtinuit: deinde Longobardos diu habuit regnatores. interim Franci Gallias, Viſigothi Hiſpanias, & Angloſaxones Romanam Britanniam in Heptarchiâ poſſident.

Status. *Eccleſiæ* Doctrina.

Eccleſia, grauia ſub Anaſtaſio Imperatore hæretico perpeſſa, reſpirauit ſub Iuſtiniano, vſque ad annum 541. *ſed breui hanc pacem excepit illata à Longobardis Perſecutio: & apud Britannos Saxonica, Danicaque.*

Eccleſiæ certa in Decretis & Traditionibus Authoritas, *Greg. Mag. epiſt.* 24. *lib.* 1. *Caſſiodor. libr.* 1. *Diuin. Inſtit. cap.* 11. Primatus. *Euagri. libr.* 2 *Hiſt. cap.* 4. *Caſſiod. libr. de Amicitia. cap. Qualiter diſcretione &c. Gregorius iam citatus: & idem teſtatur Iuſtiniania. Imp. epiſt. ad Ioan.* PP. *extat Tom.* 2 *Concil.* Liberum Arbitrium *Ennod. Epiſcop. de Lib. Arbit. ad Conſtantium. Boe. libr.* 5 *de Conſol. Proſa.* 2. Bona Opera, & Merita. *Greg, Hom.* 29. *in Euang. Boeth. citatus.* Euchariſtiæ Sacrament. *Euag libr.* 4 *Hiſt. cap.* 35. *Caſſiod. in Pſal.* 109. Sacrificium. *Felix IV. Epiſt. ad omnes Orthodoxos: citatur à Grat. de Conſec. d.* 2. *cap. ſicut non alÿ. Greg. Homil.* 22. *in Euang.* Pœnitentia, *Caſſiod. in Pſal.* 6. *S. Benedict. ca.* 7 *Regulæ ſuæ. Greg. Hom.* 26 *in Euang.* Purgatorium *Concil. Valent. in Hiſp. c.* 4. *Boeth. l.* 4 *Conſol. Proſa* 4. *Greg. l.* 4. *Dialog. cap.* 39. Inuocatio Sanctorum. *Euag. libr.* 1. *Hiſt. cap.* 16. *Fulgen. Sermo. de Laudib. B. V. & Saluatoris. Greg. libr.* 3. *Epiſt.* 30. Reliquiæ, *Euag. libr.* 4. *cap.* 25. *vbi de Cruce. Concilium Epaunenſe cap.* 25. *Gregor. Hom.* 32 *in Euang.* Cælibatus *Concil. Lugdun. cap.* 1. *Concil. Turon. cap.* 11. *Greg. Lib.* 1. *Epiſt.* 42. Abſtinentia à cibis. *Concil. Aurelian. cap.* 29. *Greg. Hom.* 16. *in Euang.*

Anni Chriſti.	*Anni Pont.*	*Anni Imp.*
501 *Indict.* 9.	3 *Symmachi.*	11. *Anaſtaſÿ.* 1.

RERVM GESTARVM SERIES.

Anni Franciæ Reg.

18 *Clodouei I.*

Lodoueus victo Gundebaldo, qui contra pacta conuenta bellum redintegrauit: Regnum Burgundionum diuiſit: & ea parte, quæ cis Ararim eſt retentâ, reliquum dat Sigiſmundo Gundebaldi filio, *ſi vera narrat Paul. Æmil.* Tamen *Procop. lib.* 1. vult partem aliquam conceſſam Theodorico Italiæ Regi. Congallus Scot. Rex moritur, Regni anno 20. poſt quem Conranus Regnum tenuit annis 35. *Boet. lib.* 8. *& 9. & Leſleus lib.* 4 *in Congallo.* ſub quo narrat geſta ab eo aduerſus Saxones bella: conſtantiam Britonum in fide, & nunc extitiſſe Merlinum illum apud Scotos pro Vate habi-

tum. Anastasius Imp. populum Constantinopolitanum catholicum, Theatro clausum & inermem iubet trucidari. *Marcellin. in Chron.*

502. Indict. 10 | 4 Symmachi | 12 Anast. asit

Floret Eustathius Epiphanensis historicus Græcus, complectens tempora ab Arcadio ad Anastasium Imperatorem. Iacobus Syrus apud Cabadem Persarum Regem sanctitate conspicuus habetur. Procop. lib. 1. de bello Persico. Amida Romanorũ præsidium in Mesopotamia capitur ab eodem Rege. *Procop.* Bulgari Thracias deprædantur. *Marcell. in Chron.* habetur quarta Synodus sub Symmacho, dicta Palmaris in Basilica S. Petri. à Porticu palmaria sic nominatam aliqui coniiciunt. Vbi Symmachus variis petitus criminationibus (nec sine populi tumultu) absolutus renunciatur quo ad homines; quoad Deum si quid sit, euius iudicio reseruatur. indulgetur Schismaticis vt restituantur, & ponitur decretum de bonis Ecclesiæ non alienandis. exstant acta. In hac Synodo excõmunicatur Anastasius Imp. ex Symmachi literis ad ipsum. | 19 Clodouei. I.

503 Indict. 11 | 5 Sym. | 13 Anast.

Tres Anastasii duces cæduntur à Persis. Amida tamen auro redempta restituitur. *Marcell. Comes.* Bulgari Pannonias (nũc Hungaria est) ingressi Sirmium capiunt. *Procop. Iornan. de suc. reg.* Habetur 5 Synodus Romana sub Symmacho, contra Schismaticos & calumniantes Symmachi absolutionem; lege librũ Apologeticum Synodi ab Ennodio confectum, qui extat inter Sydodalia tom. 2 Concil. impetrat Symmachus, vt oblocutoribus ignoscatur: Manicheorum Codices incendio concremauit. *Vide acta, & Anast. Bibliot. & Nicep.* | 20 Clodouei. I.

504 Indict. 12 | 6 Sym. | 14 Anast.

Victus in Pãnonia Bulgaris à Theodorici exercitu, Sirmium cessit Theodorico, *Cassiod.* Cabades vexatus ab Hunnis inducias 7 annorum pacisci tur cum imperatore. *Marcell. Com. Nicep.* Sexta Synodus Romana habetur sub Symmachə, de bonis Ecclesiæ non vsurpandis acta. Florent Ebuïtius abbas, Greg. 1 *Dial. c.* 4. Proba virgo & Galla vidua, Romanæ. Fulgent. Item Primasius Episcopus, nobilis confessor Africanus, qui scripsit in Apocalipsin. *Cassiod. diuin. Inst. cap.* 9. Corpus S. Augusti. in Sardiniam translatum, *Oldrad. Episc. Epist. ad Carol. mag.* | 21 Clodouei. I.

505 Indict. 13. | 7 Sym. | 15 Anast.

Sabinianus iunior ductor exercitus Imperatoris, vincitur à Scythis duce Mundone, non sine magna Romanorum strage. *Marcel. Com.* Alaricus Visigothorum Rex in Gallia amicitiam init cum Clodoueo, *ex Sigebert.* quæ tamen parum durauit. Manlius Theodorus cum vrbis admiratione, consulatui & mũdo nuntium remittit, *Fulgent Epis. 6.* | 22 Clodouei. I.

506 Indict. 14 | 8 Sym. | 16 Anast.

Alaricus Visigothorum Rex anno regni 22, curat cudi & edi Synopsin legum cod. Theodos. & veterum Iurisconsul. leges etiã Gothicæ à Gothis & Gallis Aquitaniam incolentibus seruantur. Vide rescriptum operi præfixum. dat. Tolosæ. Habetur Agathense concilium in Gallia Narbon. 35 Episcoporum, cui præest Cæsarius Episcopus Arelat. de restituenda Ecclesiastica disciplina. Canones 71. Ioanni Melæ Alexandrino succedit Episcopus Ioannes Mathiota. | 23 Clodouei. I.

507 Indict. 15. | 9 Sym. | 17 Anast.

Anastasius Imp. Anastasiopolin extruit, vbi erat Daras præsidium contra Persas, & vbi olim Alexander Darium vicit. *Procop. Cedrenus.* Habetur Aurelianense Concilium. Canones editi 33. Alaricus relegat Cæsarium Arel. & Quintianum Ruthen. Episcopos. | 24 Clodouei. I.

508 Indict. 1 | 10 Sym. | 18 Anast.

Orta dissensione inter Clodoueum & Alaricum, (zelo religionis, *inquit Gregorius. Tur. lib. 2. c. 37*) Theodoricus Ostrogo. | 25 Clodouei. I.

tentat pacem inter eos componere: qud cùm non ſuccedit, iungit ſe Alarico, gentili ſuo. Clodoueus ergo, traiectis Ligeri & Vienna, ſeu Guienna, tendit in Alaricum, qui leucis fere 5 à Pictauorum oppido conſederat. acies in campo Vocladenſi concurrunt: diu acriterque vtrinque pugnatum: tandem Gothis in fugam verſis, Alaricus Rex cecidit. extant hodie in loco certaminis ſepulchralia monumenta prope ripam præterlabentis fluminis, quæ & multitudine, & origine ſua ſpectatoribus admirationi ſunt: vulgo *Cemetiere de Ciuaux*. De hac inſigni victoria *lege Sigon. ad an.* 506. Annum Anaſtaſii 17 exeuntem notarunt *Iſidorus & Hiſpan. Hiſtoriæ*. Reſtabat Viſigothis poſt hanc cladem, Gallia Narbonenſis, quã ſuperueniens Theodorici Oſtrogothorum & Italiæ Regis nouus exercitus, retinuit Amalarico Alarici filio, & pupillo. *Caſſiodorus in fine Chron. ſcribens*, acquiſitas tunc domino ſuo Theodorico Gallias, veritatis lineam tranſgreditur. Maſſilia quidem, Arelate, Narbo, & Carcaſſo, Theodorico Amalarici auo (ſaltem tutorio nomine) remanſérunt. *Procop. lib.* 1. *de bello Gothico*. Vaſconiam *addit Æmilius*: & in pugna redintegrata contra Oſtrogothos, vel obſidione, aliquot Francorum millia deſiderata: quod *in Chron. notat Vaſæus*. ſed reliquas Francorum opes, *vt ait Æmilius*, tentare non eſt auſus Theodoricus.

509 | 11 Symmach. | 19 Anaſtaſii 1. | Indict. 2 | 26 Clodouei 1.

Anaſtaſius Imp. eximia ad Clodoueum dona mittit, & codicillos de Conſulatu, è Meſopotamia, dum rediret Rex à Gothico bello. Moritur Gundebaldus Burgundionum Rex, relictis filiis duobus, Sigiſmundo, & Gothomaro. *Sigebert.* Sigiſmundus natu maximus ab Arriana hæreſi tranſit ad fidem Catholicam. *Greg. lib.* 3. *de geſtis Franc. cap.* 5. *Sigebert. Chron.* Concilium Epaunenſe intra Burgundionum fines habetur, opera Sigiſmundi Regis. Canones 40. de Ciuitate non conſtat inter Geographos, vnde Epaunenſis dicta ſit Synodus.

510 | 12 Symmachi | 20 Anaſtaſii 1. | Indict. 3 | 27 Clodouei 1.

Idas Rex Scotos vincit, & Pictos, *Polydor. lib.* 4. *in Ida*. Boëthius, huius anni Conſul, Romanorum nobiliſſimus, primus Ariſtotelem Latinorum manibus tradit.

511 | 13 Symmachi | 21 Anaſtaſii 1. | In dict. 4. | 28 Clodouei 1.

Theodoricus, miſſo in Hiſpaniam exercitu, expulit inde Geſalaricum, tanquam vſurpatorem Regni Viſigothorum, quod Theodoricus retinuit quamdiu vixit, nomine tamen Almarici, nondum maturi ad gubernandum. *Iſidor. Iornandes, & alij.* Moritur Theodon primus Bauariæ Rex, relicto eiuſdem nominis ſucceſſore, *Auenti. lib.* 3. Anaſtaſius Imperator vexat Orthodoxos. Ex his Macedonius Epiſcopus Conſtant. pellitur in exilium, ſubſtituto Timotheo, nefario hæretico. *Niceph. libr.* 16. *cap.* 26. *Theodor. Lect.*

512 | 14 Symmachi | 22 Anaſtaſii 1. | Indict. 5. | 29 Clodouei 1.

Clodoueus, poſt Regulos quoſdam, à quibus ſibi timebat deletos, Regni ſui fines ad extremas ferè Gallias protraxit. Congregata Sydone Eutychianorum Synodus, ad damnandam Synodum Chalcedonenſem. *Euag. libr.* 3. *cap.* 31. Flauius pellitur in exilium, recuſans damnare Synodum Chalcedon. ſubſtituitur illi in Epiſcopatu Antiocheno Seuerus Monachus, dux Acephalorum. *Euag.* ibidem.

513 | 15 Symmachi | 23 Anaſtaſii 1. | Indict. 6. | 30 Clodouei 1.

Taxat hoc anno *Vignerius* crudelitatem iniuſtam Clodonei Regis, licèt excuſetur à *Gregorio*. quem ibidem citat. Alamandarus, inter Saracenos Regulus, baptizatur, qui à Seuero Antiocheno Epiſcopo hæretico miſſos Sacerdotes repellit, allato ſcommate de morte S. Michaelis. *Theodor. Lect. Cedrenus, Nicephorus lib.* 6. *cap.* 35. ſic enim euicit Chriſtum mortuum, duarum Naturarum fuiſſe: quod faterentur Seueriani Angelum mori non poſſe. Idem Seuerus curat pelli in exilium Eliam

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
			Episcopum Palestinæ : subrogato Ioanne 3 hæretico. Dorotheus Ancyre Episcopus moritur, qui Anastasio semper pro fide restitit. *Marcel. Chron.*	
514	16 *Symmachi* I *Hormisdæ*	24 *Anastasii. I.*	Clodoueus vita cessit anno ætatis 45, diuiso Regno inter 4 filios in toditem Tetratchias, anno 112 post S. Martini obitum, vt omnes cum *Aimoino*, & *Adone* notant. Parisiis regnat Childebertus, natu maximus, Clotario Suessiones, Clodomiro Aurelianum, Theodorico notho Mediomatrices euenerunt, vnde pendebant Prouinciæ vltra, & cis Rhenum: Austrasiæ Regnum nuncupatum, quòd ad Orientem vergeret. Moritur Symmachus Papa: post 7 dies substituitur Hormisda, Kal. Aug. Hoc accidisse oportet, ante mortem Clodouei, iuxta ea, *quæ notat Baron.* de corona aurea missâ Hormisdæ à Clodoueo. Rhemense Concilium habetur, Præside Remigio Episcopo. Floret Proclus Philosophus, & author speculi, quo adusta est classis hostilis Vitaliani. historiam *narrant* Marcel. *Com. Zonar. Cedren. & Euagr. libr.* 3.	31 *Clodouei I.* I *Childeberti & Fratrum: Clotarij I. Clodomiri, & Theodorici.*
Indict. 7.				
515	2 *Hormisdæ*	25 *Anastasii. I.*	Ariadne, vxor Anastasii Imp. impia moritur. Vitalianus iterùm arma deponit, spe noui Concilii, & donis Anastasii: sed nihil effectum est. *Marcel. Comes, Cedren.*	2 *Childeberti & Fratrum.*
Indict. 8.				
516	3 *Hormisdæ*	26 *Anastasii. I.*	*Notat Genebrardus ad annum Christi* 505, circa hæc tempora, à Mar filio Rabbi Asæ, absolutum Thalmud, dictum Babylonicum: pars illa est, quam vocant Iudæi Ghemata, idque centum annis, *vt ait idem author*, exactis, post Thalmud Hierosolymitanum. Denique annis 317 post primam partem: & annis, *inquit*, 29 post puncta. Theodoricus Eutharico, gentili suo, ex Hispania vocato, dat filiam Amalasuntham vxorem. *Iornand. de reb. Get. cap* 59. Hunni Armeniam & Cappadociam vastantes acceptâ ab Imperatore pecunia recedunt. *Nicephorus libr.* 16. *Cedrenus*. Concilium Tarraconense in Hispania habetur de Ecclesiastica Disciplina. Canones 13 editi; notatus annus sextus Theodorici, ex quo in Hispania ille regnat. nunc putatur obiisse Auitus Episcopus Viennensis. Anastasius Imperator, post simulationem cum Hormisda, Vitalianum redigit in ordinem. *Nicep. libr.* 16. *cap.* 38. Alcysonno Episcopo Nicopolitano subrogatur Ioannes. communicat cum Romana Ecclesia. *Tom.* 1 *Epistolarum Rom. pont. pag.* 448. *Baron.* Dioscorus Iunior succedit Episcopus Alexandriæ, mortuo Ioanne Mathiotha hæretico. *Anast. in Chron.*	3 *Childeberti.*
Indict. 9.				
517	4 *Hormisdæ*	27 *Anastasii. I.*	Iterùm Anastasius auro redimit vexationem à Barbaris illatam. *Marcel.* Theodoricus, Mediomatricum & Austrasiæ Rex, Danos hostiliter incursantes occidione penè deleuit. *Sigebert. Greg. Tur.* Secunda nunc instituitur legatio Hormisdæ ad Imperatorem Anastasium, sed indignè ab illo reiectis Legatis, res ab hæretico homine turbantur. Hormisda, vt tempora ferebant, ad Gallos & Hispanos se conuertit, & dat literas. *Tomo* 1 *Epist. Pont. & Tom.* 2 *Concil. in Hormisda.* habeturque Gerundense Concilium in Prouincia Tarraconensi de Ecclesiastica Disciplina. Canones decem editi. Constantinopoli mortuo Timotheo Episcopo succedit Ioannes Cappadox, Orthodoxus.	4 *Childeberti.*
Indict. 10				
518	5 *Hormisdæ*	28 *Anastasii. I.*	Moritur impius Imperator Anastasius, ictus fulmine de cœlo, decimo Iulii. eligitur à militibus Iustinus militiæ & Prætorianorum Præfectus, in Imperatorem, humili loco in Thracia natus. *Marcell.* qui ait regnasse ab Indictione 11 ad 5, Orthodoxus Imperator. Cassiodorus finem Chronico imponit, *narrat Miscella libro* 15, cæsos hoc anno Hunnos, ob perfidiam erga Iustinũ, à Cabade Persarũ rege, qui pacẽ renouat cũ nouo Imperatore, de qua tamen nihil. *Procopius.* San-	5 *Childeberti.*
Indict. 11		1 *Iustini I.*		

cta Brigida è Scotia obiit. *Trithem.* Proclus Platonicus Philosophus, author machinæ, qua classis Vitaliani exusta est, & octodecim argumentorum in Christianos, quæ refutat Ioannes Philoponus: hic inquam, coniector somnii Imperatoris Anastasij mortem prænuntiauit. habetur Concilium Constantinopolitanum vigesimo Iulii, 40 Episcoporum. *Nicephorus lib. 17. cap. 9.* damnatur Seuerus: approbatur Concilium Chalcedonense: restituti Episcopi Catholici: quatuor Sanctæ Synodi in Diptycha relatæ. *lege Rustic. Rom. Eccles. Cardin. in Dialogo contra Acephalos, Tom. 4 Bib. SS. PP. Editionis nouæ, columna* 1174. extat *Tom. 2. Concil.*

519. Indict. 12 | 6 Hormisdæ | 2 Iustini I.

Vitalianus iterùm militiæ præficitur, occiso Theocrito, *Marcel. Cedren.* Vniuersalis Ecclesiæ res, pro officio, curat literis & legationibus Hormisda, *quas prolixè refert ad hunc annum & sequentem Baronius.* & inter alias ad Hormisdam literas, est illa Pompej V.C. cui præficitur titulus, vsu receptus, VNIVERSALIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO, cuius tot testimonia habet vel præsens annus, vt manifesti erroris arguatur hac in parte *Vignerius ad hunc annum in sua Chron. Gallica.* Antiochiæ Paulus sedet Episcopus Orthodoxus, sed licenter viuens.

6 Childeberti I.

520 Indict. 13 | 7 Hormisdæ | 3 Iustini I.

Vitalianus, huius anni Consul, septimo Consulatus mense occiditur, septemdecim vulneribus confossus. *Marcellinus Comes. Euagrius libr. 4. cap. 3* dat causam, putatur euasisse Eutychianus. Ioannes Basilides, Episcopus Constantinopolitanus moritur: succedit Epiphanius. *Nicephor. Chron.* Legationes Constantinopolitani & Thessalonicensis Episcoporum hoc anno ad Hormisdam, & Possessoris Africani Episcopi Epistola, confugientis ad Hormisdam in rebus fidei, velut ad Ecclesiarum caput; docent satis quàm apud omnes constaret de authoritate Romani Pontif. *extant Epistolæ, & alia apud Baronium.*

7 Childeberti I

521 Indict. 14 | 8 Hormisdæ | 4 Iustini I.

Iustinianus hoc anno Consul, suum Consulatum spectaculis & largitionibus famosissimum reddidit, *inquit Marcellinus in Chron.* missus contra Persas cum exercitu Belisarius, nunc primùm sibi nomen fecit. *Procop. libr. 2.* Legati Orientis Romæ tandem redeunt, dimissi ab Hormisda cum repulsa, quòd iniqua peterent: enituitque tunc constantia vigilantissimi Pastoris. *extant Epistolæ apud Baron.* Paulo Episcopo Antiocheno, qui se spõte (quod ob mores odio esset) abdicauit, succedit Euphrasius. *Euag. libr. 4. cap. 4.* Alexandriæ Austerius Catholicus Episcopus datur ab Imperatore. *Acta Arethæ Martyris.* Sancta Brigida Scota moritur in Hybernia. *Surius primo Februarij.*

8 Childeberti I.

522 Indict. 15. | 9 Hormisdæ | 5 Iustini I

Cerdicius Saxo nunc in Britanniam appulit, & septimum Regnum fundauit, dictum ibi Occidentalium Saxonum. *Polydor. lib. 4. & 6. narrat hoc anno Baron.* conuersionem Zati Regis Lazorum. Cholchos olim vocatos *ait Agathias, Nicephorus, Cedrenus, Zonar. Miscella libr.* 15. duo huius anni Consules Symmachus, & Boetius, doctrinâ, genere, diuitiis, & virtute in magno sunt pretio.

9 Childeberti I.

523 Indict. 1 | 10 Hormisdæ | 6 Iustini. I.

Theodoricus Italiæ rex', suspicione sinistrâ in Senatum conceptâ Boetium iussit exulare Ticini: Papiam nunc vocant. vbi libros scripsit de Consolatione. moritur Hormisdas 8 Idus Augusti. *de cuius laudibus Baron. ad hunc annum.* Successit post septem dies Ioannes, Hetruscus.

10 Childeberti I.

524 Indict. 2 | 1 Ioannis 1. | 7 Iustini I.'

Cabades Persarum Rex Manichæos, quos in suo reperit Regno, iubet trucidari; quòd filium ad inuadendum Regnum impulissent. *Cedrenus. Sigebert. Miscella.* Iustinus Imperator vexat Arrianos in Oriente.

11 Childeberti.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
525	2 Ioannis I.	8 Iustini I.	*Narrant Procopius, & Miscella*, hoc anno, iubente Theodorico Italiæ Rege, occisos clarissimos viros Simmachum, & Seuerinum Boetium generum. Belisarius præficitur toti militiæ, ab Imperatore, dato illi Procopio, qui esset & Historicus, & à conciliis. *Procop. libr.* 1. mortuo Trasamundo Rege Vandalorum in Africa, succedit Ildericus, qui Orthodoxis liberam fecit viuendi potestatem, perindè ac Arrianis. *Procopius.*	12 Childeberti
Indict. 3.			cogitur à Theodorico Ioannes Papa legationem suscipere ad Iustinum. *de qua lege Ioannis Papæ Epistolam ad Episcopos Italiæ. Baron. & Anastasius Bibliothecarius.* ex qua Ioannis Epistola, & carcere eiusdem anno sequenti, constat eum in hac legatione nihil pro Arrianis egisse, quicquid dicat Miscella Historia. mortuo Ioanni Hierosolymitano Episcopo succedit Petrus 3. *Nicephor. Chron.* admirandam Antiochiæ in Syria cladem, *describunt Marcellinus, & Euagrius*, quæ ciuitas diu Nestorianorum & Eutychianorum domicilium, tandem hoc anno incredibili terræmotu & incendio vastata est. tunc Ephraem, qui ex Oriente Comes venerat, afflictis operam laturus, creatur Vrbis Episcopus.	
526	3 Ioannis I.	9 Iustini I.	Ioannes Papa, rediens à Legatione Constantinopolitana, coniicitur in carcerem à Theodorico. Vnde scripsit Epistolam ad Episcopos Italiæ. moritur 6 Kal. Iun. Rauennæ in carcere, ausus est Rex vsurpare electionem successoris: verum electus ab eo Felix, non nisi post plures dies receptus, & approbatus est à Clero. effecit tamen hoc vulnus, vt postea Reges, & tandem Imperatores Orientis, vsurparent ius approbandi electos à Clero. *Baron.* vixit demum Rex ipse, Rauennæ 2 Septembris.	13 Childeberti
Indict. 4.	1 Felicis 4.		successor est Regni Ostrogothorum Athalaricus puer, patre orbus, sub tutela matris Amalasunthæ, quæ filia erat Theodorici. *Miscella. Anastasius, vide an.* 516. Amalaricus Alarici filius in Hispania iam maturus Regno, administrationem accipit hoc anno. *Visigothorum Chron. notat* Aeram 564, & coincidit cum hoc Christi anno.	
527	2 Felicis 4	10 Iustini. I	Iustinus Imperator Iustinianũ sororis filium successorem designat Kal. Apr. *Marcel. Com. Euag. lib.* 4. *cap.* 9. post 4 menses moritur Iustinus, nempe primo Augusti. promulgat Edictum pro fide Catholica, *l.* 5. *de Summa Trin.* Sigismundus Burgundionum Rex, victus à Francorum Regibus, captiuus abducitur à Clodomiro Aurelianensium Rege, & occiditur, *Gregor. Tur.* Longobardi occupant Pannoniam, quæ nunc Austria est, *Miscella, Blondus, Sabell. addit Procopius libr.* 3, concessum illis Noricum à Iustiniano. ab hoc insequente anno Christi 528, (putauit *Baronius* Dionysium, cognomento Exiguum, natione Scythan, sed Abbatem Romanum, dedisse Cyclum Paschalem, per annos 95. alij initium hoc Cycli ponunt anno Christi 532. de qua re *satis ad annum* 284. hic Dionysius, annos primus cœpit numerare à Christo *ex Beda de Temporibus. cap.* 45.	14 Childeberti.
Indict. 5		I Iustiniani I.		
528	3 Felicis 4	2 Iustiniani I.	Clodomirus & frater Theodoricus, Francorum Reges, redintegrato bello, Burgundiones profligant. Sed in pugna occubuit Clodomirus. *Gregor. Tur. Agathias, Procop.* quamuis dissentiat *Cassiodorus*, dum narrat mortem Clodomiri. Data est hoc anno ab Imperatore Armenia Tzitæ Duci vnà cum Imperatoris sorore in vxorem. *Cedrenus.*	15 Childeberti. vltimus Clodomiri.
Indict. 6.				
529	4 Felicis 4.	3 Iustiniani. I.	Theodoricus Mediomatricum Rex, victis Burgundionibus, Turingos inuadit, vocato fratre Clotario in auxilium: qui, occiso Turingorum Rege, potiti sunt Regno, *ex Procopio.* negat tamen *Gregor. Turonensis* occisum in acie Regem, sed postea. sic Franci Galliam incolentes, vetere Francia potiti sunt. tunc Clotarius	16 Childeberti.
Indict. 7.				

Clotarius Radegundem victi Regis filiam abduxit captiuam, quam posteà sibi matrimonio copulauit. *Vide Gregor. lib. 3. cap. 7.* Belisarius militiæ Præfectus mittitur ab Imperatore cum exercitu in Persas, contra Cabadem Regem, & numero impar, insignem reportat victoriam. *Procop. lib. 1.* Constitutiones Codicis Iustiniani sub huius anni Consulibus editæ sunt: tamen post biennium editas *narrat Marcellinus.* de Compilatoribus *lege Baronium.* Florebat Ferrandus Scriptor illustris: cuius adhuc extant Epistolæ. moritur Fulgentius, Ruspensis Episcopus, Africę decus. Sanctus Benedictus petit Cassinum montem. *Leo Ostien. Cassin. Chron.*

530 | 5 Felicis 4. 1 Bonifacij 2. | 4 Iustiniani 1. | Iterum exercitus Persarum vincitur à Romanis, recuperata Armenia: & Tzani vicini euadunt Christiani. *Procop.* sub huius anni Consulibus data cura Treboniano colligendi Leges, ex quibus postea extitit Digestorum volumen. *Procop.* moritur Felix Papa Idibus Octob. licèt vna eius Epistola malè notatum habeat 12 Kal. Nouemb. quando sedebat iam Bonifacius, electus 17 Kal. Nouemb. *ex Anastasio.* aduersus quem Pontificem Dioscorus in Schismate eligitur. Huius Bonifacii conficta est ad Eulalium Episcopum Alexandrinum epistola, quæ nunquam extitit. hoc Schisma sextũ *numerat Onup.* in Rom. Eccles. | 17 Childeberti. | Indict. 8.

531 | 2 Bonifacij 2. | 5 Iustiniani 1. | Militum seditio, causa fuit, vt Belisarij exercitus vinceretur. ipso Paschatis die, à Persis. Protractum tamen est bellum cum magno Persarum detrimento. Interim Imperator societatem init cum Homeritis. qui regionem ad littus Rubri maris tenebant, & cum AEthiopiæ Monarcha tunc Christiano. *Procopius libr. 1 de Bello Persico, ad 5 annum Iustiniani.*

Childebertus, & Clotarius Francorum Reges, quòd sororem suam Clotildam, quæ data erat vxor Amalarico Visigothorum Regi, duriter ob religionem tractari audirent, ducunt in Hispaniam exercitum: vbi, occiso Amalarico, reportant insignem victoriam: & redeuntes cum sorore in Galliam, occupant Vasconiam, ac quicquid cis Pyrenæos Visigothorum erat, exceptis paucis ciuitatibus vicinioribus Hispaniæ, quas retinuerunt Visigothi, & prouincia, quæ Ostrogothorum erat. *Aimoinus.* licèt *Gregorius* solum nominet Childebertum. in Hispania successit Theuda Arrianus. electus ibidem Visigothorũ Rex. *Procop.* qui illam Vasconiæ accessionem testatur titulis Gallorũ factam: licet ex errore ponat Theodobertum pro Childeberto. | 18 Childeberti. | Indict. 9.

Bonifacius Papa, Vigilium, collecta Synodo, sibi delegit successorem: vt hac arte, iam cœptã vsurpari à Gothis electionẽ (an. 526) impediret. Sed merito, vt ait Anastasius, ipse posteà in Synodo iterata factum improbat, decretumque comburit. quòd verò reum se fassus sit Maiestatis Bonifacius ex Decreto edito, hoc dixit forte ad mentem Gothorum, qui iam vsurpare cœperunt Romani Pontif. electionem aut certè (quod successores decreuerunt) quia non conueniebat bono Ecclesiæ vt superstes pontifex successorẽ nominaret. tandem moritur Bonifacius 17 Octob. substituitur Ioannes secundus, hoc eodem anno. Sabas ille Magnus obijt anno hoc 531.

532 | 1 Ioannis 2. | 6 Iustiniani 1. | Cabades Rex Persarum vita cessit: regnat Chosroas filius. *Agathias.* Hic Rex post aliquot contra Romanos prælia, pacem tandem constituit, velut perpetuam futuram. *Procop. libr. 1.* Belisarius Pompeium & Hippatiũ Anastasii nepotes rebellãtes vincit, & occidit, cum armatorũ 30000. *Euag. & Marcell. Comes,* qui notat Indictionem 10. Childericus, & Clotarius bello petũt | 19 Childeberti. | Indict. 10.

Burgundiones,& pulſo in Hiſpaniam,tandemque in Africam Godomaro,partum Regnum inter ſe diuidunt. *Gregor. Turon. Procop. Agathias.* qui duo poſteriores volunt etiam, Theodoricum Mediomatricum Regem, partem huius regni accepiſſe. ſicque ceſſauit nunc quidem Burgundionum Regnum. Origeniſtæ vexant Orientem,& Palæſtinam præſertim. *Baron.*

533 | 2 Ioannis 2. | 7 Iuſtiniani 1. | Indict. 11.

Penitus concluditur hoc anno pax cum Perſis, vt bellum in Vandalos,antea meditatum, inchoari poſſit. *Procop.* Volumen ff. cum quatuor libris Inſtitutionum operâ Treboniani,iubēte Imperatore, hoc anno authoritatem in iudiciis cœpit habere. *Vide Procop.* Childebertus, & Clotarius Aurelianenſe Regnum inter ſe diuidunt. *Greg. Tur.* Iuſtinianus ad ſummum Pontificem Legatos mittit, & Epiſtolam de dubiis circa res fidei; in qua egregié Romani Pontificis teſtatur Primatum, & omnium vocat Eccleſiarum caput. *Anaſt. Baron. & alij.* 20 Childeberti.

534 | 3 Ioannis 2. | 8 Iuſtiniani 1. | Indict. 12.

In Italia diem claudit Athalaricus Oſtrogothorum Rex. Amalaſuntha mater maritum accipit Theodatum; à quo breui in inſulam ad lacum Vulſinum Tuſciæ relegata eſt, ibique trucidata. *Procop. lib. 1 de bello Gothico, Iornand. de rebus Geticis, capite* 59. Quæ cauſa fuit Iuſtiniano, vt cogitaret de recuperanda Italia. Interim Beliſarium cum exercitu mittit in Vandalos, qui trimeſtri ſpatio Africam Imperio reſtituit; capto Gilimero Rege, quem miſit Conſtantinopolim: ſicque ceſſauit Regnum Vandalorum in Africa. *Iornand. de Succeſſ. Regnor. & Marcell. Comes*, qui hic finem Chronico imponit, notatque Iuſtiniani Codicem (nempe recognitum) nunc Orbi promulgatum. profuit Beliſario Africam recuperanti, euerſa olim fuiſſe ciuitatū mœnia à Genſerico. *Procopius lib. 1. & 2 de bello Vandalico.* decernit tandem Pontifex, quid de fidei controuerſia à Iuſtiniano ſuperiori anno miſſa ſentiendum ſit, & Decretum vnà cum Imperatoris fidei profeſſione iam recognita, mittit Conſtantinopolim, inſuper & Epiſtolam, *quæ extat Cod. de Summa Trin. & fid. l.* 8. *Cedrenus, Miſcella.* 21 Childeberti.

535 | 1 Agapeti 1. | 9 Iuſtiniani 1. | Indict. 13.

Beliſario huius anni Conſule, ſine Collega, rebelles noui in Africa vincuntur à Salomone, quem ibi Præfectum reliquit Beliſarius, qui nunc eſt Conſtantinopoli, & poſt denūtiatum Theodato in Italia bellum, miſſus ab Imperatore, Siciliam totam hoc anno recuperat. Quando etiam Mundus Dux, miſſus à Iuſtiniano, Gothos profligat in Dalmatia apud Salonam, & iterùm pugnans vincit. Sed occiſus ipſe eſt cum filio in acie. *Procop. lib. 1 de bello Gothico.* Sanxit Iuſtinianus, de rebus Eccleſiæ nō alienandis, *Nouell.* 5. de Romanæ Eccleſiæ priuilegio proſcriptionis centum annorum, & alijs quibuſdam, *Nouell.* 5. 8. 9. in quarum vltima pronuntiat Romæ eſſe ſummi Pontificatus apicem. 22 Childeberti.

Moritur Ioannes Papa Sexto Kal. Iul. (ſi creditur Anaſtaſio) ſubſtituitur poſt ſex dies Agapetus Romanus. *Anaſtaſ.* ad quē ſcribit Imperator, petens ab eo confirmari fidei ſuæ profeſſionē: extat reſpōſio in Sexta Epiſtola Agapeti. De Synodo Carthaginenſi, de Synodalibus ad Agapetum literis, & aliis ab Imperatore ad eundem Agapetum, *lege hic Baronium.* Rogauit Imperator Agapetum, vt recepti in Africa Lapſi, retinēant pœnitentes Epiſcopatum. reſcribit Papa, veré pœnitentes non quærere honores: ſe tamen mittere in Africam Legatos, qui de tota re ſtatuant. extant literæ. *Baron.* Moritur Epiphanius. Subſtituitur Epiſcopus Conſtantinopolitanus Anthimius Eutychianus, operâ Theodoræ Auguſtæ, quæ occultè Eutychiana erat. iiſdem artibus Alexandriæ Aſterio defuncto ſuccedit Theo-

dosius, sectator Seueri. At de Theodosianis,& Agnoitis,qui ex Damasceno dicti sunt Iacobitæ,ab Authore. *lege hic Baronium.* hæc enim portenta nunc grassabantur. Conranus Scotiæ Rex occiditur. Succedit Eugenius 3. Congalli filius. *Hector Boetius lib. 9 Lestæus.* hic Conranus adfuit Arthuro Regi contra Saxones. celebratur hoc anno Concilium Aurelianense in Gallia: vbi inter alia de oblationibus defunctorum. Canones 22.

536 | 2 Agapeti I. | 10 Iustiniani I. | 23 Childeberti, vltimus Theodorici. A

Rebelles Legionis Romanæ in Africa domantur, Ducibus Symmacho, & Germano, profligato Stoza, seditiosorum ductore. *Procopius.* Iubetur Belisarius ex Sicilia mouere arma contra Italiam. *Procopius de bello Gothico. Scribit Gregorius Turonensis,* Theodoricum Austrasiæ & Mediomatricum Regem, obiisse anno Regni 23. successit Theodebertus,à pietate & virtute bellica laudatus. de huius expeditione in Italiam, dum viueret Theodatus, *mentionem facit Æmilius:* sed ab aliis hoc meritò reiicitur. Agapetus Papa cogitur à Theodato legationem pro pace suscipere ad Imperatorem. *extant literæ Regis apud Cassiodorum lib. 10. Epist. 22. & 23. lege Procop. & Liberat. capite* 21. Sed nihil effectum est, Barbaro Rege voluntatem pacis mutante. Ergo Belisarius Neapolim obsidet.

Interim Anthimius, recusans concedere duas in Christo Naturas, eiicitur: & Mennam successorem creat præsens in Oriente Agapetus. petunt aduersarii testes huius rei, & scriptores. Sanè *Sigonius* opponi potest dissentienti *Vignerio*: & ex veteribus accedunt *Liberat. capite 22. Zonaras, Miscella, Anastasius, & alij.* Idemque conceptis verbis legere poterant apud *Cedrenum, anno hoc decimo Iustiniani.* quibus potior fides adhibenda est, quàm Apostolicæ Sedis aduersariis. imò *Nicephorus addit,* impositionem manuum. proferat, si potest, *Vignerius,* vel vnum dissentientem. quod semel dixisse volui, vt videat Lector, qua fide author ille, ius Romanæ Ecclesiæ sit prosecutus. *Vignerio* consentientia passim *in suo Inuentario Gallico scripsit de Serres Caluinista:* sed hunc damnati dogmatis Ministrum minus est quod mireris: quamquam ab eo, si viuere diutius fuisset concessum, expectabatur Palinodia.

Indict. 14 | B

Cæterùm dum illa Constantinopoli agerentur, moritur ibidem Agapetus mense Aprili. post cuius decessum habetur Synodus Constantinopolitana sub Menna die secundo Maii. in qua damnatur Anthimius. *de quo lege hic Baronium.* Theodosio Episcopo Alexandrino mortuo, Episcopus subrogatur Paulus Monachus Tabennen. Orthodoxus. *Liberat. capite* 20. Romæ creatur Papa Siluerius (Hormisdæ Papæ ante ordinationem filius, ex legitimo procreatus matrimonio) mense Iunio; primùm quidem à Theodato Rege intrusus, sed ad vitandum Schisma tandem approbatus à Clero Romano. Paulo Alexandrino exuli, succedet anno seq. Zoilus Catholicus: cui ejecto subrogatus breui est Apollinaris.

Siluerius

537 | 1 Siluerii. | 11 Iustiniani I. | 24 Childeberti, & Clotarii I.

Belisarius Neapolim capit, immissis per aquæductum veterem militibus. Theodatus à Gothis occiditur, substituto Vitige, qui Rauennam se confert. Belisarius à Romanis in Vrbem recipitur decimo Maii. *Anastas. Procop. & alij.* accessit quoque Belisario Hetruria. nunc putatur à Vitige, Prouincia concessa Francorum Regibus, ad conciliandam amicitiam. à Iustiniano templum Sanctæ Sophiæ restituendum decernitur Constantinopoli. *Ad Marcell. Appendix.* Fortunatus Tuderti Episcopus clarus miraculis. *Baron in Martyrol.* 14. *Octob.* de Venantio *vide an.* 559.

Indict. 15.

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Frā.
538	2 Siluerij.	12 Iustiniani I.	Vitiges cum exercitu 150000, Romam obsidet mense Martio, & belli huius Gothici anno tertio; sed coactus est mense Iulio sequentis anni soluere obsidionem: vbi enituit Belisarii virtus. *Procopius.* Interim à Theodeberto Mediomatricum Rege submittuntur Burgundiones, velut sponte euntes in auxilium Vitigis. *Procopius.* Belisarius, iubente Theodora Imperatrice hæretica, Siluerium, prætextu quòd faueret Gothis, mittit in Græciam, & Vigilium substituit. *Procop.* Sed volente Imperatore in Italiam reuersus est: tamen à Belisario traditus Vigilio inuasori & emptori Romanæ sedis, relegatur in insulam Palmariam, vbi postea inedia confectus obiit. *Baron.* hoc tempore nec gesta à Vigilio spurio Pontifice vlli probātur, nec quæ circumfertur eius Epistola apud liberatū contra duas in Christo naturas (supposititia etiam putatur) vllo modo recipienda est. Conficta quoque est illa Siluerii ad Amatorem Epistola.	25 Childeberti, & Clotarij I.
Indict. 1.				
539	3 Siluerij.	13 Iustiniani I.	Vitiges, soluta obsidione Vrbis Romæ, Mediolanum obsidet, tandémque capit, & vastat. *Procop. lib.* 2. Dacius Episcopus Mediolanensis fuga euasit. *Gregor. lib.* 3. *Dialog. capite* 4. Chosroas, timens sibi ab aucto iam Romano Imperio, pacem cum Romanis initam violat, & bellum parat redintegrare. *Procop. lib.* 2. Siluerius in Palmarienſi exilio scribit anethema in Vigilium, illudque ad eundem misit. Extat tom. 2. Concil.	26 Childeberti, & Clotarij I.
Indict. 2.				
540	4 Siluerij. 1 Vigilij.	14 Iustiniani	Interim dum Chosroas rupta pace vastat Orientis Prouincias, & auro pax iterum redempta est ab Imperatore (*vt ait Procopius lib. 2. belli Persici*) Belisarius, expugnatis aliquot Italiæ vrbibus, Vitigem tandem Rauenna inclusum capit, cum thesauris omnibus: quem duxit Constantinopolim, Bessam relinquens, qui præesset Italiæ, iam, vt putabatur, recuperatæ. *Procop.* hic etiam *Iornandes* Historiam suam Gothicam finit, seu de rebus Geticis: èstque annus quintus huius Gothici belli. *Isidorus Iunior in suo Chron.* res Gothicas prosequitur, ab Æra 214, vsque ad Æram 666. extatque excusus Lugduni Batauorum vnà cum *Iornande.*	27 Childeberti, & Clotarij I. A
Indict. 3.			Siluerius Pontifex, inediâ & ærumnis confectus, moritur Martyr duodecimo Kal. Iulii in exilio. *Liberat. Anastas.* Tūc post habitam à Clero & Senatu deliberationem, electus legitimè est (vt temporis conditio & Schismatis periculum suadebant) Vigilius 4 Kal. Iulij. qui mox in alium virum plane mutatus est, constanter deinceps se Theodoræ & Belisario pro fide opponens. huius Pontificis integritatem post hanc electionem, egregiè testatam habes ex Patribus, aliunde, & *apud Cardinalem Bellarminum de Romano Pontif. lib. 4. capite* 10.	B
			Celebratur in Gallia Aurelianense Concilium 3. sed anno præcedente, nempe 26. anno Childeberti. Episcopi aderant 25. Canones editi 32. vbi Canon 31, est de Clericorum immunitate à seculari iudicio. alii multi de Iudæis. Acta *apud Baronium.* celebratur hoc anno Concilium Aruernense, 15 Episcoporum. Vbi cum Episcopo Gallo viro sancto, aderant Hilarius Gabalitanus, Nicetius Trecen. & Flauius Rhemensis Episcopus. Theodebertus Italiam intrat, & mox regreditur.	
541	2 Vigilij.	15 Iustiniani I.	Hic annus habet Consulatum Basilii, post quem cessant Consules, *vt notaui ad initium huius seculi.* cessarunt igitur anno Vrbis conditæ 1292. deinceps Indictiones maiori sunt in vsu, & præsens annus quartam habet, *vt hactenus, & subsequenter in margine noto.* Belisarius missus in Persas, post aliqua hosti damna illata, redit Constantinopolin. *Procopius.*	28 Childeberti, & Clotarij I.
Indict. 4.			Ostrogothi tandē Totilam eligunt in Italia Regem; sub quo	

Hetruriã, Neapolin, & Cãpaniam recipiũt. *Procop. lib. 3.* Artus veterum Britannorum Rex moritur. *Ioan. Maior Hist. Scot.* Succeſſit Conſtantinus. *Polydor. lib. 3.* Iuſtinianus Imperator illud priuilegium præſcriptionis centum annorum, *de quo ſupra*, reuocat ad quadraginta. *Nouuell. 3. & Auth. col. 8. tit. 7.* Quid de Epiſcoporum rebus aliis edixerit, *Lege Baron. num. 16.* Auximitæ fiunt Chriſtiani. *Cedrenus, Miſcella.* Placidus martyrio coronatur cum ſociis in Sicilia à piratis, 5 Octob. Hoc anno Iuſtinianus ſe ſacris & Eccleſiaſticis rebus immiſcet, idque ſupra modũ, editis variis Conſtitutionibus. *Baronius citatus.*

542 | 3 Vigilij. | 16 Iuſtiniani I. | Indict. 5. | Beliſarius nunc in Orientem miſſus, Choſroam ad pacem petendam coegit. *Procopius.* Totilas Florẽtiam inuadens, repellitur à Iuſtino Duce, anno ſeptimo belli Gothici. *Procop.* Antiochia reſtituitur à Iuſtiniano; qui eodem tempore in honorem Deiparæ & D. Michaelis præclariſma extruxit templa. *Procop. de ædificiis.* | 29 Childeberti, & Clotarii 1.

543 | 4 Vigilij. | 17 Iuſtiniani I. | Indict. 6 | Totilas Tibur obſidet, & Oſtrogothorum res promouet in Thuſcia. Bruſſios item, & Lucanos ſubigit. *Procop.* Turbata pax in Oriente cum Perſis. nunc obiiſſe ſcribit Sanctum Benedictum, *Onuphrius, Baron. an. 542. num. 72.* de Ordine S. Benedicti. *lege Tritem. in Benedicto, & Azorium libro 12. Moraliũ. Inſtit. cap. 21.* | 30 Childeberti, & Clotarii. 1.

544 | 5 Vigilij. | 18 Iuſtiniani I. | Indict. 7 | Florent in Gallia gemini, Sanctus Medardus, & Gildardus, Epiſcopi Nouiodunenſis & Rothomagenſis. obiêre etiam eodem die. *Annal. Franc. Martyrol. ſexto Ianuarij, Baron. an. 564. Scribit Sigebertus,* Narſetem hoc anno deſtinatum contra Totilam. Stozas à Romanis occiditur. Rebelles Antalam ſubſtituunt in Africa. Arator Subdiaconus Romæ Vigilio obtulit carmen de Actis Apoſtolorum, & Cæſarius Epiſcopus Arelatenſis obiit: ſubſtituitur Auxianus. *Baron.* | 31 Childeberti, & Clotarii 1.

545 | 6 Vigilij. | 19 Iuſtiniani I. | Indict. 8 | Hoc anno Iuſtiniani, induciæ, *ex Procopio*, pactæ ſunt cum Perſis in quinquennium: & Beliſarius paucis comitatus mittitur in Italiam contra Totilam. Interim Tibur à Totila expugnatur anno 10 belli Gothici. *Procop. lib. 3. belli Gothici.* Concilium Aurelianenſe quartum circa hæc tempora celebratur, ab iiſdem ferè Epiſcopis, qui tertio Concilio intererant. actum de Paſchate, & Quadrageſima. de quibus hoc ipſo tempore edicens Iuſtinianus errauit, vt putat Baronius. Sed eſt quæſtio alterius cuiuſdam inſtituti. quam diſcuſſit noſter Petauius in ſua προθεωρία ad notas in Nicephori Breuiarium hiſtoricum. | 32 Childeberti, & Clotarii 1.

546 | 7 Vigilij. | 20 Iuſtiniani I. | Indict. 9. | *Procopius in fine Hiſtoriæ de bello Vandalico narrat*, nunc à Romanis Ducibus, Artabane, & Ioanne ſopitos tumultus Africanos, pulſis Antala Tyranno, & Mauris. Choſroas, ruptis induciis cum Romanis, hoſtiliter per triennium agit; nullo tamen ſuarum rerum commodo. *Procop. lib. 2. belli Perſici in fine.* Narſes mittitur in ſubſidium Beliſarii cum nouis copiis hoc anno vndecimo belli Gothici: & obſidetur Roma à Totila. *Procop. lib. 3 belli Gothici*; obtruncato antea S. Herculano Epiſcopo Perufino. *Gregor. 3. Dialog. cap. 35.* | 33 Childeberti, & Clotarii 1.

Imperator ſuaſu Theodori appendit an. 551, Edictum, damnans tria Capita Concilii Chalcedonenſis. Erant ea tantum de perſonis, non de fide. *ex Gregor. lib. 3. Epiſt. 37.* Nam Concilium illud laudauerat Theodorum Mopſueſtenum, & Ibam, ac Theodoricum, reſipiſcentes reſtituit. quæ Capitula anno 553 recognita à Concilio Generali quinto ſunt quidẽ reiecta, vt volebat Imperator. Et tandẽ etiam Vigilius cõſenſit. Cæterũ hoc anno, dã. nationi Capitulorũ reſiſtũt oriẽtis plures Epiſc. Et maximè Africa.

ni, volentes omnia esse fixa, quæ erant in Chalcedonensi Concilio. vocatur ex hac causa Vigilius Constantinopolim, *ex Procop. & Facundo*, malè Anastasius alias adfert causas: *lege Sigonium* 545, *& sequent.* mortuo Petro Episcopo Hierosolymitano succedit Macarius secundus. *Niceph. lib.* 17. *cap.* 26. *Euag.* Domnus creatur Antiochenus Episcopus.

547 | 8 Vigilij. | 21 Iustiniani I. | Indict. 10

Totilas dolo Vrbem capit, & cum Imperator pacem negasset, omnia vastat incendio, dirutis etiam muris. Sed digresso in Lucaniam Totila, Belisarius post quadraginta dies Vrbem recepit, quam nunc reparat, & munit. *Procop.* Theodebertus Austrasiæ Rex armatus Italiam inuadens, occupat Liguriam, & vicinas Prouincias. Agathias, *& Procop. libro* 3. Vigilius peruenit Constantinopolim, agit cum Episcopis de tribus capitibus, & cernens rem agi vi ac potentia: iudicat ad vitandum Schisma, reiiciendam esse controuersiam ad Generale Concilium. Verum, tum hoc Vigilij silentium, tum communicatio cum altera parte, mouit calumniam, quòd faueret damnationi Concilii Chalcedonensis, cuius erant illa tria capita. 34 Childeberti, & Clotarij I.

548 | 9 Vigilij. | 22 Iustiniani I. | Indict. 11.

Totilas, frustratus spe capiendi Romam, exercitum duxit Perusiam: quæ obsessa tenebatur á Gothis: atque apud Crotonem, & in Roscia obsidione multa strenuè gessit. *Sigon. Procop. libro* 3. annus est decimus tertius belli Gothici, quo Antonina Belisarij vxor profecta Constantinopolin, reperit obiisse Theodoram Augustam, impiam hæreticam: vbi tandem impetrauit, vt reuocarerur maritus. *Sigon. Procop.* Theudis Vvisigothorum Rex in Hispania occiditur. *Chron. Isiodor.* qui tamen Æram dat minus aptam. eligitur Thaudegesilus, & ipse etiam post annum occisus. *Chron. Visigoth.* 35 Childeberti, & Clotarij. I.

Vigilius Papa Constantinopoli à suis deseritur. Plures quoque Episcopi se ab eius separant communione, quod cum Acephalis communicaret: quæ res Schismati dedit initium. *extat Rustici Diaconi de his tribus Capitulis Dialogus, aduersus* Acephalos. In Vigilium etiam stylũ acuerunt *Liberatus, Facundus, & Victor* Episcopi, in eadem causa. *Sigon. anno* 550, *& initio lib.* 20. Historia satis intricata est apud Scriptores de cõtrouersia trium capitulorum, quam sola mouexit Iustiniani culpa, de rebus Ecclesiasticis temerario adulatorum suasu decernentis. In Schismare hinc excitato, omnes quidem (controuersia enim tantùm erat inter Catholicos) Chalcedonense Concilium, in his, quæ ad fidem pertinebant, integrum & illæsum manere volebant, in his verò, quæ erant de personis, non debet vitio verti Vigilio, si ad vitanda incommoda, vt occasiones ferebant, prius retinenda illa de personis Capitula putauit, (cùm Zoilum, qui subscripsit in damnationem, arguebat) & postea mutato consilio, tollenda & damnanda, quando recepit quintam Synodum, cui ipse interesse iustis de causis *ex Nicephoro* nolebat: quam etiam Synodum postea receperunt Pelagius, & Gregorius, *de quo Sigon. initio lib.* 20. sed de ipsa Synodo plura anno 553, quæ solet vocari Concilium de tribus Capitulis Concilij Chalcedonens. item Generale quintum, & Constantinopolitanum secundum. *lege Baron. anno* 547.

Laurianus patitur martyrium quarto nonas Iulij apud Massiliam, Arriano gladio, authore Totila. Simeon Salus nunc sanctitate clarus erat. *Euag. libro quarto cap.* 33. Hierosolymis, pulso Macario, subrogatur Eustochius. Northumbriæ Regnum in Saxonica illa Heptarchia nunc putatur accepisse initium, quod postea in duo Regna, Berniciorum, sub Ida Rege primo,

& Deirorum, ſub Ella diuiſum eſt. P*olyd. lib.* 4. *Matth. Veſt.*

549 | 10 *Vigilij.* | 23 *Iuſtiniani* I. | *Indict.* 12.

Hoc anno 14 belli Gothici, reuocato in Græciam Beliſario, ferè tota Italia iterum ceſſit Gothis, & quia Pannonias tunc ac Syrmium occupauerunt Barbari, *Procopius ait* nunc iterum deficiſſe ab Imperatore Occidentis Imperium. Imperator Francis pleno iure ceſſit Galliam Narbonēſem; & primi auream pecuniam, cum ſua imagine tunc cudunt. *Procop.*

36 *Childeberti, & Clotarii* I.

550 | 11 *Vigilij.* | 24 *Iuſtiniani* I. | *Indict.* 13

Totilas iterum Romam capit, Iſaurorum proditione, rem narrat poſt *Procopium Sigonius anno* 546. Slauini in Dalmaciam erumpunt. *Procopius, Sigon. anno* 550. Totilas Siciliam occupat, anno belli Goth. 15. *Procopius.* Vigilius damnationis ſententiam mox feret in Schiſmaticos. *Vigil. Epiſt.* 5. Ille interim ab vtraque parte impetitur, hoc eſt, tam à defēſoribus, quam ab impugnatoribus Capitulorum, dum omnia ſilentio inuoluenda docet, vſque ad Concilium Generale. huc vſque Iornandes Gothorum Epiſcopus, libellum produxit de Succeſſione Regnorum.

37 *Childeberti, & Clotarii* I.

551 | 12 *Vigilij.* | 25 *Iuſtiniani* I. | *Indict.* 14

Celebratur quinta Synodus Aurelianenſis anno 38 Childeberti, occaſione trium Capitulorum. vbi damnata eſt hæreſis Neſtorii, & Eutychetis. aderant Saeerdos Lugdunenſis, Tetricus Ligonenſis, Agricola Cabilonenſis, Eleutherius Antiſſiodorenſis, omnes viri ſanctitate conſpicui. Item Epiſcopi Firmius, Gallus Aruernenſis, Iſichius Viennenſis, Prætextatus Rothomagenſis, Quintianus Ruthenenſis, & alii. Slauini incurſando repetunt Romanas Prouincias, & Dalmatiam. *Procopius libro* 3. *&* Auentinus. Moritur hoc anno Theodobertus Auſtraſiæ Rex, *ex Procopio lib.* 3. *&* Gregorio Turonenſi. Succedit filius puer, & vnicus, Theobaldus, à virtute paterna multum degener, *ex Agathia l.* 1. Viſigothi in Hiſpania Agilam regem creāt, occiſo Theudegiſillo. *Iſidor.* Ritius, *Rodericus*, & alii. Hoc anno debellatos omnino Gepidas à Longobardis, *narant Procopius l.* 3. *Sabellicus Enneade octaua lib.* 3. *& Blondus libro* 4. moritur Clotilda, vxor olim Clodouei, *Gregor. Tur.*

38 *Childeberti, & Clotarii* I.

A

552 | 13 *Vigilii.* | 26 *Iuſtiniani* I. | *Indict.* 15

Dum Vigilius perſtat in ſententia de expectando Generali Concilio, vt ſtatuatur de tribus Capitulis, Iuſtinianus, inſtigantibus Theodoro Cæſarienſi, & Menna Conſtantinopolitano, Edictum appendit, damnans tria Capitula. Vigilius vim paſſus fugit in templum, vbi ſententiam Excommunicationis ſcribit in Mennam, & Theodorum. quos etiam abdicauit eadem ſententia. *Vigil. Epiſtol.* 7. *Tom. Epiſtol. Roman. Pontif.* Quam tamen non ſtatim promulgat, *vt ex eiuſdem Epiſtola Circulari, poſtea data apparet.*

B

Tandem, deploratis Italiæ rebus, Narſes eò mittitur cum exercitu, & dum parantur omnia, Ioannes Dux Romanorum ſoluit obſidionem Anchonitanam. Artabanes Siciliam recuperat, reſtituitque Imperio, *Procopius.* Vigilius, maioris ſecuritatis cauſa, Chalcedonem profectus, in Baſilica ſanctæ Euphemiæ commoratur. *Anaſtaſ.*

39 *Childeberti, & Clotarii* I.

553 | 14 *Vigilii.* | 27 *Iuſtiniani* I. | *Indict.* 1.

Tandem Iuſtinianus ceſſit Vigilio, *ex Epiſtola Circulari eiuſdem Vigilii*, & tum Thoedorus, tum Mennas libellum offerunt ſupplicem Vigilio; quos ille pœnitentes recipit. ſicque reddita eſt pax Eccleſiæ, vt habet Vigilii Conſtitutum (ita enim ipſe illud vocat) ſeu Decretum, *lege Baron. anno* 553. obiit hoc anno Mennas, Eccleſiæ reconciliatus. *Euag.*

40 *Childeberti, & Clotarii* I.

Narſetis exercitus per Venetiam tenuit tandem Italiam quamuis Franci, (qui Alpes Cottias, Liguriam, & aliquot Venetiæ loca, tenebant à Theodeberto occupata) tranſitū impedire tentaſſent. Ventum eſt ad Apēninum, ad Taginnam vicum,

vbi olim Camillus Gallos occidione deleuit.

Certamen nobile describit prolixè *Sigonius anno* 552. Victor demùm Narses ope præsertim Longobardorum, exercitum hostiũ deleuit, occiso Totila, anno vndecimo Regni sui. Gothi, qui ex prælio euaserunt, Tesam Regem elegeruut. Sed hic iterùm à Narsete victus est, & in acie occisus. sic Ostrogothi, pace acceptâ se legibus Imperij submiserunt; redditaq; est Imperio Italia. hæc *Procop. de bello Gothico*, quod anno 18 finitum est.

Athanagildus in Hispania Agilam vincit, auxilio illi submisso ab Imperatore, *Chron. Visigot. vbi Isido. notat* Æram 593. respondet anno 555. ex magis recepto Æræ initio. *Sigebertus* idem attigit. Monasterium sancti Germani in Parisiensi suburbio, à Childeberto Rege extruitur, consilio S. Germani, tunc Parisiensis Episcopi. *Aimoinus.*

Tandem conuocatum est Concilium Constantinopolitanum secundum, & qnintum Generale nuncupatum, cui tamen Pontifex interesse noluit. Vt mirum non sit, aliqua ibi reperiri, non satis digna, *inquit Baronius*, Oecumenica Synodo. Nec valuisset, nisi eam posteá approbassent Vigilius, Pelagius, Gregorius Magnus, *lib.* 1. *Epist.* 24. & alii. vt reuera ante hanc approbationem multi Episcopi in Africa, Italia, & Illyrico se illi Concilio opposuerunt. Cæterùm damnantur ibi, *ex Nicephoro lib.* 17. *cap.* 2, tria Capitula, & errores Origenis. Sed plura tum in Concilio, quod extat, tum apud *Baron.* prolixè has res prosequentem. hoc anno post Mennam sedit Eutychius Episcopus Constant.

554 | 15 *Vigilij.* | 28 *Iustiniani* I. | *Indict.* 2

Finito Gothico bello, successit in Italia Francicum. Ergo Franci, vt sua, quæ in Italia habebant, tuerentur, exercitum 72 millium eò deducunt; qui se Gothis sociantes, per annum & amplius Italiæ ac Siciliæ damna intulerunt: donec morbis extenuatus militum numerus ita est, vt qui reliqui erant, facilè à Narsete sint deleti. *Agathias, & Sigon. anno* 554. Clerus Romanus, & Narses rogant pro reuocando Vigilio: quod impetrant, ac tunc tandem putatur Vigilius Constitutum suum reuocasse, & probasse Concilium Constantinopolitanum secundum: quod & successores sequuti sunt. *Baron.*

41 *Childeberti, & Clotarij* I.

555 | 16 *Vigilij.* I *Pelagij* 1. | 29 *Iustiniani* I. | *Indict.* 3.

Theodobaldus Mediomatricum & Austrasiæ Rex, ferè adolescens, moritur, *Agathias, & Gregor. Turon. vide ann.* 551. liberos non habebat: quare Regnum eius tenuit Clotarius, *vt notat Aimoinus.* fuit illi hoc ius testamento Theodobaldi quæsitum, non sine Childeberti offensione. Narses Venetiam, & Liguriam recipit hoc anno, cum nullum ibi esset Francorum, aut exiguum præsidium. Athanagildus Regnum Visigothorum occupat. *Roderic. & Isidor. Chron. Visigoth. vide anno* 553. in Britannia maiore, Constantino Britonum Regi succedit Aurelius Connanus. malè pugnatum est à Romanis in Colchide contra Persas. *Agathias.* Iudæi Christianos trucidant, puniuntur ab Imperatore. *Miscella.* Vigilius, in reditu, moritur ex calculo, Syracusis. post tres menses (incertum quinam sint) substituitur Pelagius, qui licet subscripsisset Constituto Vigilii pro tribus Capitulis, tamen secutus vltimam Vigilij sententiam, approbauit Synodum Constantinopolitanam secundam. sed cum suspectus esset de morte & vexatione Vigilii, purgauit se per Euangelium & Crucem. *Anastas.*

42 *Childeberti, & Clotarij.* I.

556 | 2 *Pelagij* 1. | 30 *Iustiniani* I. | *Indict.* 4.

Pacata tandem Italia, quam rexit Narses vsque ad obitum, Roma ab eodem Narsete penè dignitati pristinæ restituitur. *Agathias. Sabell. Miscella, Blondus.* Romanus exercitus egregiam reportat victoriam in Colchide contra Persas.

43 *Childeberti, & Clotarij* 1.

Agath. tenebant tunc Lazij Colchidem, confœderati Romanis. Clotarius Francorum Rex, Saxones, Auſtraſiæ Regis ſubditos, & nunc mortuo Theodebaldo rebellantes, auxilianteſque eis Turingos, graui pugna & excidio perdomuit, *inquit Sigebertus*: idemque *notant* Aimoinus, *&* Gregorius Turonenſis.

Dum approbatio quintæ Synodi vnionem attulit inter Eccleſiam Orientis & Occidentis; attulit etiam ſciſſionem in Occidente, quibuſdam Venetiæ & Liguriæ Epiſcopis non recipientibus, niſi quatuor Concilia Generalia. Aquileienſis Epiſcopus in Schiſmate hoc & ſeparatione à Rom. pontifice, manſit vſque ad tempora Sergii, per annos 100 circiter. *Baron*, extant de hac re *Pelagij. Epiſtol.* 2 3. 4 *&* 5.

557 | 3 Pelagii I. | 31 Iuſtiniani. 1. | Indict. 5.

Imperator Iuſtinum nepotem præficit Colchidi, & Armeniæ. pax à Perſis petita conceditur. *Agathias lib.* 4. *Scribit* Zonaras *in Iuſtiniano in fine*, ſerica oua allata per Monachos ex India: & ſic didiciſſe Romanos ſericum conficere. Dum Clotarius in expeditione eſt contra Saxones rebellantes, Cramnus, Clotarii filius, contra patrem arma mouet: & Childeberto patruo ſe iungens periculum Regno creat ex hoc ciuili tumultu, & bellum non modicum. *Agathias lib.* 2. VVortiperius in Britannia ſuccedit Rex Britonum, patri Aurelio Comnano occiſo à Saxonibus. *Polydor. lib.* 3. Sophiæ templum, inſigne opus, completum à Iuſtiniano Conſtantinopoli. *de quo Euagrius libro* 4. *cap.* 30. *vide an*, 537. *&* Procopium *lib.* 1. *ædific. Iuſt. Imper.*

44 Childeberti & Clotarii I

558 | 4 Pelagii I. | 32 Iuſtiniani I. | Indict. 6.

Dum periclitatur ex fraterno bello Franciæ Regnum, moritur Childebertus. Cramnus ergo ope hac deſtitutus, redit in gratiam cum patre Clotario: ac ſic tandem tota Monarchia Galliæ in vnum rediit Clotarium. *Sigeber. Gregor. Tur. & alij.* tamen *Æmilius* Cramnum (quem Granum vocat) periiſſe ſcribit incendio. deplorat huius anni miſerum ſtatum in Oriente *Euag. lib.* 4. *cap.* 31. peſtis Conſtantinopolim acerbè vexat. Hunni Thraciam inuadunt: & ipſe Imperator tantùm non inſanit cũ aurigarum factione: in aurigas, & effœminatos, ac audaces homines militare ſtipendium inſumens. *Agath.* miſſus eſt decrepitus Beliſarius ad hanc vltimam pugnam contra Hunnos: qui tandem repulſi ſunt. *Agathias libro* 5. (qui hic finit hiſtoriam ſuam,) *Cedrenus.*

45 Childeberti. & Clotarii I.

559 | 5 Pelagii I | 33 Iuſtiniani I. | Indict. 7.

Fatis conceſſit Pelagius Papa 2. Martij: ſubſtituitur Ioannes huius nom. 3, dictus Catellinus 27 Iunii. *Anaſt.* extat Pelagii Epiſtola ad Childebertum Regem, quâ ſe contra falſam opinionem probat Catholicum. *Scribit Sigebertus ad annum* 557, Radegundem Reginam, mutata veſte, claruiſſe ſanctitate Pictauii. *Vide Gregorium Turonenſem lib.* 9. *cap.* 39. Concilium Pariſienſe habetur pro immunitate Eccleſiæ. *Baron.* Sanctus Euphronius creatur Epiſcopus Turonenſis, *de quo Gregor. Turon.* & floret Venantius Fortunatus Epiſcopus Pictauenſis. de huius patria & ſcriptis. *Miſcella & Baron. anno* 568. *nu.* 7.

46 Clotarii I.

560 | 1 Ioannis 3. | 34 Iuſtiniani I. | Indict. 8.

Brendanus, vir doctus, floret apud Scotos. *Sigebertus anno* 561. Iuſtinianus morbo laborans, & mortuus habitus, conualeſcit ex inſperato, ope Sanctorum. *Procop. lib.* 1. *de Ædificiis.* habuit hic annus Regum mutationem in Northumbria, vbi ab anno Chriſti 548, & primo Rege Ida, cui *Polyd.* dat 12 tantùm Regni annos, regnarunt Addas, Clappas, Theodulphus, Theodoricus, & Ethelricus, per annos ferè 32. ſi rectè annorum numerum ille Scriptor collegit. ſed vti ſupra monui, tota hæc annorum ratio perincerta eſt. nunc Addas Rex 2, cœpiſſe videtur regnare.

47 Clotarii I.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
561 Indict. 9.	2 Ioannis 3	35 Iustiniani 1.	*Scribit* Cedrenus *ann.* 36 *Iustiniani*, nomen Belisarij inter conspiratores in Imperatorem falsò delatum, iussumque domi se continere: sed detecta innocentia, recuperauit, *inquit*, sua. quod recentiores aliqui de Belisarii grauiore casu scribunt, quam verum sit, fides sit penes authores. scio à plerisque, Alciato, & aliis nihil recipi, nisi quod scribit hac in re *Cedrenus*. Hierosolymis subrogatur Eustochio Ioannes 4, & Antiochiæ Anastasius Sinaita.	48 Clotarii 1.
562 Indict. 10	3 Ioannis 3	36 Iustiniani 1.	Cassiodorus scribebat hoc anno Computum Paschalem, inciditque in decimam Indictionem, *vt ex notata Indictionum Origine, & Canone eam inueniendi, dixi ad annum Christi* 312. vnde facile est, annis ab eo tempore notatis, apponere Indictionem conuenientem. de Cassiodoro verò, eiusque operibus, *Baron. ad hunc annum.*	49 Clotarii 1.
563 Indict. 11	4 Ioannis 3.	37 Iustiniani 1.	Cramnus, seu Granus, iterum in patrem Clotarium peccans, ad Conabum minoris Britanniæ Regulum se recipit. Sed victis prælio Britannis, Granus, à longiore fuga intercluſus, tugurium proximum petiit, *vt narrat Aemilius*, ibique igne coniecto crematur. *Gregorius Tur. Aimoin. & Sigebert.* Iustinianus quotidie agens cum Hæreticis, haurit eorum venenum: & Christum, carnem corruptioni minimè obnoxiam habuisse credit: iamque Pontificem agens, idem Edicto declarat. *Euag. lib. 4. cap* 38. ex quo fonte postea orta Monothelitarum hæresis. *lege hoc anno Baronium.* Concilium Bracharense primum celebratur in Galæcia. Canones 40. Episcopi 8 subscripserunt. præter alia damnantur Priscillianistæ.	50 Clotarii 1.
564 Indict. 12	5 Ioannis 3.	38 Iustiniani 1.	Moritur Clotarius, filio extincto annum superstes, sed eodē die, quo filium cremari fecit. Diuisa iterum Monarchia in quatuor priores velut Tetrarchias. Lutetia seniori obuenit Cheriberto, Suessiones Chilperico. Aurelia, & Burgundia Gūtheramno, demum Austrasia Sigeberto. Chilpericus regnat 23 annis, *ex Sigeberto.* Moriuntur eodem die Sancti Episcopi & fratres, Medardus Nouiomensis, & Gildardus Rothomagensis. *Martyrol. Sexto Ianuarij, Surius octauo Iunij.* Constantinopoli Episcopus creatur Ioannes 3, dictus Scholasticus.	1 Clotarii 1. Filiorum. Cheriberti, Chilperici, Gumtheramni & Sigeberti.
565 Indict. 13	6 Ioannis 3.	39 Iustiniani 1.	Iustinianus, annum agens 83, diem obit Constantinopoli 13 Nouembris. quæ de huius Principis sera Pœnitentia in vtramque partem, hinc ex Agathone, illinc ex Euagrio agitantur, *lege apud Baronium hoc anno.* succedit Iustinus secundus, seu Iunior, sororis filius. (Palatii Procurator fuerat, κυροπαλάτης. *apud Cedrenum, & Zonaram.*) *Onuphr.* Martianus, missus ab Imperatore, sedat tumultum Africanum. *Niceph.* Hunni impulsi à Chilperico, Austrasiam, & Sigebertum Regem inuadunt, sed victi recedunt. *Victor.* Sigebertus, occupatam à Chilperico Rhemēsem ciuitatem recuperans, etiam Suessiones capit. *Gregor. Tur. lib. 4. Aimoin.* Columbanus ex Hibernia Abbas, Pictos conuertit ad fidem in Britannia maiori. *Beda Histor. Anglicanæ libr. 3. capite quarto.*	2 Clotarii 1. Filiorum.
566 Indict. 14	7 Ioannis 3.	1 Iustini. 2.	Inuidia semper virtutum inimica, Narsetem Ducem, hactenus omni laude dignum, agit præcipitem, impellente adhuc magis acceptâ contumelia ab Imperatrice Sophia. euocans ergo ad possidendam Italiam Longobardos, ipse in Sicilia m secedit, & moritur. Longobardis iter strauit Bauariæ Rex. *Auentinus lib. 3. Miscella, Anast. Sigebert.* præerat tunc Longobardis in Pannonia Alboinus Rex, iam decimus numeratur, *lege Sigonium initio Historiæ de Regno Italiæ anno* 566. quidam tamen, *authore Corippo Grammatico:* negant	3 Clotarii 1. Filiorum.

à Narsete inuitatos Longobardos. Celsus Iurisconsultus gubernator Burgundiæ à Guntranno creatur. Photinus Belisarii priuignus, mittitur ad sedandum Alexandriæ tumultum sectarum. *Miscell.* de Iustini prauis Edictis & moribus, *Enag. lib.* 5. *cap.* 1. tanto Imperio regendo imparem omnes notant. Leontius Iunior dictus, Placidinæ maritus, ex coniugato factus Episcopus 13 Burdigalensis. *Gregor. Turonensis de Gloria Martyrum cap.* 65. *& Venantius Fortunatus lib.* 1 *Car.* vbi hæc de Placidina: QVÆ TIBI TVNC CONIVX, EST MODÒ CARA SOROR. fuit hic Leontius generis nobilitate, & virtute insignis: & Placidina ex Imperatorio stemmate procreata. De contentione inter Cheribertum Regem, & Leontium, ob reiectum Emeritum Sanctonensem Episcopum, minus Canonicè electum, *scribit Gregor. Turonensis lib.* 4. *cap.* 26. Nec dubitat *Baronius* factum Regis, graui censura notare. Hiberni Episcopi, ob damnata tria Capitula, adhærent Schismaticis, vsque ad tempora Gregorii Magni. *Gregor. lib.* 2. *Epist.* 36. Victor Tunnensis Africanus Episcopus, diem clausit Constantinopoli in carcere, propugnans tria Capitula. de eius Chronologia, *Isidorus de Viris Illust. cap* 25. *Baron. hic num.* 44.

567 | 8 Ioannis 3 | 2 Iustini 2. | Indict. 15 | 4 Clotarii I. Filiorum.

Imperatores deinceps, primo authore Iustino, cœperunt esse Consules perpetui, exactis 25 annis à Consulatu Basilii, quo toto tempore 25 annorum cessauerant Consules. ergo annus Consulatus notabit deinceps (excepto Mauritio) annum Imperii. Sigebertus Austrasiæ Rex, victus & captus ab inuadentibus Hunnis, (qui Austriam tenebant) euadit, pace vtrinque composita. *Gregor. Turonensis, Aimoinus.* Imperator Iustinum cognatum bello clarum mandat necari. *Euagrius lib.* 5. *cap.* 1.

568 | 9 Ioannis 3. | 3 Iustini 2. | Indict. 1. | 5 Clotarii I. Filiorum.

Alboinus Longobardorum Rex, concessâ Hunnis Pannonia, (certis tamen conditionibus) Italiam intrat, secundo Aprilis, hac Indictione prima, *ex Miscella*: apparet Regnum hoc durasse 206 annis, *Sabellicus, Miscella.* dissipatis Imperatoris præsidiis, multæ ciuitates deditionem fecère, & Ticinum vsque omnia parebant: de Narsetis fine varia *hic Baron.*

569 | 10 Ioannis 3 | 4 Iust. 2. | Indict. 2. | 6 Clotarii I. Filiorum.

Longinus, missus ab Imperatore in Italiam, & nouum Imperii modum in Italiam ferens, Exarchus dictus est: Rauennæque sedem sibi delegit, vt olim Gothi. *Blondus, Sabellicus, Miscella, & alii. Sigonius* tamen vult prius Exarchum venisse, quàm Longobardos in Italiam. In Britannia, mortuo Himerico succedit Ethelbertus Cantiorum Rex quintus ab Hengisto. *Polydor. Virgil. initio libr.* 4. Est hic annus 120 ab aduentu Hengisti Saxonis in Britanniam: ac proindè, si in hunc annum Christi 569 incidit hæc mutatio Principis, oportet Hengisto, Oscæ, Othæ, & huic Himerico, primis quatuor Regibus, hos 120 Regni annos asscribere, vt rectè constet calculus. hoc sexto anno Cheriberti, haberur Synodus secunda Turonensis. octo tantùm leguntur in subscriptione Episcopi. Canones 28. horum vigesimus est contra Nicolaitas: 22 contra incestuosos: & 25 contra inuadentes bona Ecclesiastica. eodem anno habetur Lugdunensis Synodus prima, quatuordecim Episcoporum. quo Concilio duo abdicati depositique sunt Episcopi: sed restituti postea à Summo Pontifice, *vt narrat Gregor. Turonensis libr.* 5. *cap.* 20.

570 | 11 Ioannis 3. | 5 Iustini 2. | Indict. 3. | 7 Clotarii I. Filiorum.

Alboinus, *vt ait Miscella*, Mediolanum cepit quinto Septembris, Indictione 3, & indè se Regem Italiæ nominat. Athanagildus Rex Vvisigothorum diem claudit: Succedit Luiba, seu Lymba, Narbone electus. sed, *ex Gregorio Turonensi*, post biè-

Anni Christ	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
			nium concessit fratri Regnum, contentus Prouincia Gothica, quæ erat in Gallia Narbonensi. Moritur Eugenius Rex Scotiæ tertius huius nom. successit frater, dictus Conuallus. *Hector. Boet. Lesleus lib. 4 in hoc Eugenio*: vbi de Arthuro, eiusque rotunda mensa quæ hodie asseruatur in Vintonienſi castro, vulgo notissima. vita functus Apollinaris Episcopus Alexandrinus, anno Sedis decimo nono. *Niceph. Chron.* obiit in vnione Ecclesiæ, *Baron. ad ann.* 553. succedit Ioannes quartus. *Scribit Miscella lib. 2. cap.* 10. *&* 12, nunc obiisse Paulinum, qui in Schismate primus cœpit vocari Patriarcha Aquileienſis. *Baron.* successit Probinus. toleratus postea à Romanis Pontificibus titulus hic est, indulgentiâ Sedis Apostolicæ.	
571	12 *Ioannis 3.*	6 *Iustini 2.*	Alboinus Rex Ticinum obsidet: nec obiit hoc anno, *vt putauit Onuphrius.* nam *Miscella* dat illi triennium à capta ciuitate Mediolanensi, & *Gregorius Turonensis ait*, per septennium vastasse Italiam. Iustinopolis circa hæc tempora condita est in Istria, seu, vt hodie vocatur Sclauonia, quam vrbem Iustinus Iunior munitam esse voluit contra incursiones Barbarorum in Italiam. *Sabel. lege inscriptionem apud Volaterranum libr. 4 Geographiæ.* Theudemirus in Hispania Sueuorum Rex putatur nunc regnare cœpisse: qui suos ex Arrianis fecit Orthodoxos. *Isidor. in Chron. Sueuorum.* Vffa in Estanglia regnare incipit.	8 *Clotarii 1. Filiorum.*
Indict. 4.				
572	13 *Ioannis 3.*	7 *Iustini 2.*	Maioris Armeniæ populi Christiani, vexati à Chosroa, se subdunt Iustino. *Euagrius lib. 5. cap.* 17. Persarmenios vocat, *cap.* 8, *alii* Homeritas. Leonegildus, seu Leuigildus in Hispania, pater Ricaredi, regnat. *Isidor. Chron. Visigoth. Gregor. Tur. lib. 4. cap.* 32. post Maglocunum Regulum, & Carentium Britonum Reges in Anglia, succedit Caduanus. *Polyd. sub finem lib.* 3. *Narrat Gregorius Turonensis libr. 4. cap.* 26, Cheribertum Regem à Sancto Germano Episcopo Parisienſi excõmunicatũ, ob incestas nuptias, & breui postea obiisse. habetur Cõciliũ Bracarense secundum, Episcoporum duodecim. Canones 10 de Ecclesiastica disciplina. secutum est Lucense Concilium. *Baron.* Ioãnes Papa obiit tertio Idus Iulii: vacat Sedes menses decem. *Anastas.* eius Epistola ad Episcopos Germaniæ spuria est. *Baron.* Antiochiæ Episcopus Gregorius creatur.	9 *Clotarii 2. Filiorum.*
Indict. 5.				
573	1 *Benedicti I.*	8 *Iustini 2.*	Alboinus, occupatis Vmbria, & Tuscia penè tota, Ticinum expugnat, & regiam facit. *Sigon.* moritur Cheribertus Parisiorum Rex sine liberis, qui succederent. *Sigebert.* hinc dissidium inter fratres de successione. *Gregor. Tur. Æmilius. lege Gregor. libr. 4 cap. 40. & lib. 5. cap.* 48. Benedictus Papa creatur 16 Maii. Longobardorum persecutionem *latè ad hunc annum descripsit Baronius.* Franci de Paschate celebrando contendunt cum Hispanis. *Sigebert.* & miraculo probatur Francorum sententia. *Ibidem.*	10 *Clotarii 2. Filiorum. Cheriberti, vltimus.*
Indict. 6.				
574	2 *Benedicti I.*	9 *Iustini. 2.*	*Euagrius libr. 5. cap. 9. & 10 narrat*, hoc anno captum Daras castrum Romanorum munitissimum. post alias clades, tandem vnius anni (aut etiam triennii) pactæ induciæ, & eodem nono anno Iustini, Tiberius creatus est Cæsar. dissidium, & bellum inchoatum à Chilperico in fratres, ob Cheriberti Regnum, *narrat Gregorius Tur. libr. 4. cap. 40. & 47.* Alboinus fraude vxoris Rosimundæ extinguitur 25 Septembr. Veronæ. *Lege Sigonium. Onuph. Miscellam.* Triennium Regni, quod illi datur, à victoria Mediolanensi numerandum est, non ab ingressu Italiæ. obiit Euphronius Episcopus Turonensis, succedit Gregorius Turonensis, nempe 16 annis ante electionem Gregorii Magni. *author Vitæ Gregorii Tur.*	11 *Clotarii 2. reliquorum Filiorum.*
Indict. 7.				

Longo-

Anni Christi	Anni Pont	Anni Imp.		Reg. Franc.
575 Indict. 8.	3 Benedicti I.	10 Iustini 2.	Longobardi Clephonem renuntiant Regem Ticini. hic Forum Cornelii occupat, & arte munitissima contra Rauennates, quam Imolam dixit, firmauit. *Sigon. Narrant porrò Gregorius Tur. libr. 6. cap. 6. Miscella, & Aimoinus*, Longobardos nunc excursionem fecisse in Burgundiones. quæ causa fortè potuit dissentientes adhuc Francorum Reges, impulisse iam tandem ad concordiam. Theudemiro Sueuorum Regi in Hispania, succedit Misron, seu Miro. *Isidor. Chron. Sueuorum, & Chron. Visigoth.*	12 Clotarii I Filiorum.
576 Indict. 9.	4 Benedicti I.	11 Iustini 2.	Vita functus Iustinus Constantinopoli, secundo Octobris. *Onuphrius, Ado, & Sigon.* notant imperii annum vndecimum: tamen *Cedren. & Zon.* scribunt obiisse anno 12. succedit Tiberius. Clepho Longobardorum Rex à puero familiari suo percussus interiit. Longobardi vniuersam administrationem triginta Ducibus permiserunt per decennium. Sub his accesserunt Longobardorum Imperio, Vmbria, (vbi nunc Vrbinates) Picenus ager, aliaque loca finitima. *Sabell. Blond. Miscella, Sigonius.* Romam tamen nunquam occuparunt. Merlinus Vates Caledonius adhuc viuebat. recrudescens inter Franciæ Reges bellum, iterum sopitum est. *Gregor. Tur.*	13 Clotarii I. Filiorum.
577 Indict. 10.	5 Benedicti I.	1 Tiberii 2.	Longobardi, subacta iam & vastata Italiæ parte magna, post vltima crudelitatis exempla in Ecclesiasticos, omnesque ordines; tentant iterum Galliam hoc anno; sed à Delphinatu, & Prouincia, cum occidione etiam repulsi, conuertunt arma in reliquam Italiam. *Gregor. Miscella, Sigon.* Benedictus Papa moritur pridie Kalend. Augusti. *Anastas.* subrogatur vndecimo Nouembris Pelagius Iunior, seu secundus.	14 Clotarii I. Filiorum.
578 Indict. 11.	1 Pelagii 2.	2 Tiberii 2.	Insignem Imperator victoriam in Cappadocia reportat contra Persas, & castro Daras recuperato, cum plurimis aliis vrbibus, exercitus Romanus in Perside hybernat. *Zonaras, Cedrenus, Euag.* Gregorius missus ante à Benedicto Legatus (Orientales Apocrisarium, hoc est, Responsalem vocabant) hoc, vel præcedente anno, confutauit Eutychium Patriarcham Constantinopolitanum de Resurrectione carnis malè sentientem. Iterum redintegratur bellum, Chilperico authore, contra Sigebertum. Sed Sigeberto, post occupatum fratris Regnum, occiso à milite, Chilpericus Regno iterum potitur amisso: & Childebertus, Sigeberti filius quinquennis, cœpit regnare in Austrasia pro patre. *Gregor. Aimoin. Ado, Sigebert.* moritur hoc anno Sanctus Germanus Episcopus Parisien. *Gregorius Turonen. Baron. anno 579.* in Scotia Conuallo, succedit Kinnatillus Rex. *Hector Boetius, Lesleus*, qui Conuallum à pietate plurimum laudant. hic Rex ante se Crucem semper ferri statuit. ad eius tempora referuntur SS. Kentigernus, Brigida, & Columbanus. Episcopus Constantinopol. creatur Eutychius, post Ioannem Scolasticum.	15 Clotarii I. Filiorum. Sigeberti vltimus.
579 Indict. 12.	2 Pelagii 2.	3 Tiberii 2.	*Euagrius scribit*, nunc Chosroam dolore victum obiisse, atque edixisse, ne Persæ deinceps aduersus Romanos bellum gererent. *Agathias* tamen vult obiisse tantùm post biennium, & Regni sui anno 51. Hic annus in Gallia habet tentatam à Chilperico Aquitaniam, & filii Meronei mortem, post relictam Monasticam vitam, & matrimonium incestuosum cum Brunichilde Sigeberti patrui defuncti vxore. *Gregorius Turon. lib. 5.* Cæterùm Mummolus pro Austrasiano Dux, repulit ex Aquitania Chilperici arma. Concilium Parisiense habetur, volente Chilperico Rege, aduersus Prætextatum Episcopum Rothomagensem, qui licet insons criminis, tamen dolo impulsus ad petendam veniam, eiicitur in exilium. *Gregor. Tur. libr. 5.*	16 Clotarii I. Filiorũ: Chilperici, & Guntheramni, Fratrum.

Christ.	Pont	Imp.		Reg. Frā.
			*cap.*18. hoc tantùm anno electum Pelagium Papam, *putant Onuphrius, & Sigonius.*	
580	3	4	Tiberius Imperator, quindecim millia delegit, quos milites Tiberianos dixit: quibus, & bello Persico præfecit Mauricium. *Cedre. Euag.* Longobardi Classam oppidum, non lōgè à Rauenna, occupant, & valido ibi locato præsidio, Romam obsidione cingunt: sed subuecto in Vrbem frumento, quod per Tiberim submisit Imperator, Barbari soluunt obsidionem. *Sigon. Landulphus Sagax.* Kinnatillus Scotiæ Rex moritur, succedit Aidanus Conrani filius. *Hector. Boet. lib. 9. Lesleus lib.* 4.	17
Indict. 13.	*Pelagii 2.*	*Tiberii 2.*		*Chilperici, & Guntheramni, Fratrum.*
581	4	5	Nunc, post insignem Mauricii contra Persas victoriam, obiisse Chosroam *vult Agathias*, anno Regni 51. successit illi filius Hormisda. *vide annum* 579. Chilpericus tributariam sibi facit, & subiectam minorem Britanniam. *Gregor. Tur. libr. 5. cap.* 26. *Aimoinus libr.* 3. *cap.* 25. Ioanni succedit Eulogius Alexādriæ Episcopus. *Nicep.* floret Leander Hispalensis Episcopus. *Platina, Isidorus de Scriptoribus cap.* 28. *Baron. 583. num.* 13 & 35. & *ann. 581. nu.* 7. Laurentius Iunior, post Frontonem, Episcopus Mediolanensis, reiectis Schismaticis in causa trium Capitulorum, petit à Pelagio communionem Catholicam. *Gregorius Magn. libr.* 3. *Epist.* 11. Initia & acta quædam Gregorii Magni *habet Baron.* 581. & de *Miscella* lapsu in scribendo. floret Gildas Scriptor.	18
Indict. 14.	*Pelagii 2.*	*Tiberij 2.*		*Chilperici, & Guntheramni.*
582	5	6	Mauricius bello clarus constituitur gener Imperatoris, & Cæsar creatur, adoptatus ab eodem, primo Iulii. *Onuph. Zonar. Cedren. Niceph.* anno præcedente habitum est Concilium Cabilonense propè Lugdunum, contra duos illos deploratæ vitæ Episcopos Salonium & Sagittarium. *Gregor. Tur. libr. 5. cap.* 27. & eodem anno Matisconense, nempe 18 Guntheramni. actum de Monastica disciplina, & de Quadragesima S. Martini, scilicet 2, 4, & 6. Feria per aduentum. *Baron. ann.* 582.	19
Indict. 15.	*Pelagii 2.*	*Tiberii 2.*		*Chilperici, & Guntheramni.*
583	6	7	*Notauit quidem Gregor. Tur.* obiisse Tiberium ann. 22 Regis Guntheramni, nempe post biennium, sed fallitur. Nam hoc anno obiisse, idque 10 Augusti (aut 14. *ex Cedreno*) est Historicorum consensus. succedit Mauricius gener, imperans annis 19. *Euag. libr. 5. & 6. Cedren. Zonaras, Theophanes, Nicephorus libr.* 18. *cap.* 5. *Sigonius, & apud eum Beda.*	20
Indict. 1	*Pelagii 2.*	*Tiberii 2.*		*Chilperici, & Guntheramni, Fratrum.*
		Mauricius	Chilpericus quatuor characteres voluit addi communibus. *Gregor. Tur. libr. 5. cap.* 44. vbi à Sabellianismo etiam reuocatum scribit. Gregorius Turonensis falsò accusatus, declaratur innocens apud Chilpericum, pœna lata in calumniatores. *Greg. lib. 5. cap.* 47. 48. 49. In Hispania Leuigildus Rex Arrianus, persequitur Orthodoxos. *Isidori Chronicon Gothor. & Gregor. lib. 5. cap.* 38. Leuigildo duo filii erant, Hermengildus qui pro fide Orthodoxa iussus est à patre necari. *Gregor. Tur. libr. 5. cap.* 38. *& Gregor. Mag. Dial. libr.* 3. *capite* 31. alter erat Riccaredus, qui Chilperici filiam desponsauit, de quo postea.	
584	7	1	Philippicus, missus à Mauricio, victis Persis, vastat eorum Prouincias. *Euag. libr.* 6. *cap.* 3. Mauritius, reuocato Longino, Smaragdum Exarchum mittit in Italiam cum nouis copiis. hic Longobardorum fregit audaciam. Drocturlphum, virum strenuum, ab hostibus ad se traduxit. Mauritius Childebertum Regem in societatem pellexit contra Longobardos. florebant nunc in Hispania literæ, & insignes Episcopi, sub Persecutione Arriani Regis Leuigildi: ex quibus exulare coguntur S. Leander, (cognitus Constantinopoli à Gregorio Magno,) Fulgentius frater, Mausonas Emeritensis Archiepiscopus, Li-	21
Indict. 2	*Pelagij 2.*	*Mauricij.*		*Clotarii I. Filiorum: Chilperici, & Guntheramni.*

cinianus Carthaginensis, & Ioannes Gerundensis. Idem Leuigildus circa hunc annum, si aliquibus creditur, Sueuorum Regnum tributarium fecit, Arrianum, & Gothicum in Hispania. *Isidor. in Chron. Sueuorum.* Diem clauserunt viri insignes, Vincentius Abbas, & Martyr ab Arrianis, vndecimo Septembris: Ferreolus Vcecensis Episcopus, (*Greg. Turonensis libr. 6. cap. 7. 8.*) Eparchius Engolismensis, & Sanctus Maurus Abbas. *de quo Onuphrius.*

585 | 8 Pelagii 2. | 2 Mauritii. | 22 Chilperici, & Guntheramni.

Indict. 3.

Childebertus, Sigeberti Austrasiani filius, reposcebat à patruis oppida, alioqui ad arma paratus. Ipse ergo cum Chilperico Guntheramnum armis vexant: sed post aliquot pugnas, actum de pace est, conditionibus ex iudicio Sapientum & Ecclesiasticorum firmanda. dùm Franci Reges consentiunt cum Imperatore in bellum contra Longobardos, hi rebus suis vehementer timentes, Regem eligunt. quem *Sigonius* Autharim nominat, & qui Brixillum oppugnare cœpit, recepit deditione, & solo æquauit.

Leuigildus Visigothorum Rex in Hispania, successorem filium Riccaredum designat, & Regni socium. consignationem temporis produnt Concilia sub Riccaredo celebrata. qui tãdẽ abiurato Arrianismo, Regnum suum vniuersum Orthodoxum fecit; sed post obitũ patris. *Ita Historici Hispan. & Marian. libr. 5. cap. 12. 13. & 14.* Hoc 22 Guntheramni anno habitum est secundum Concilium Lugdunense *Gregor. Tur. libr. 6.* Canones editi sex. *meminit Baron.* 587. inter alia decretum, ne leprosi vagari permittantur. nunc cœpisse putatur Merciorum Regnum in Britannia.

586 | 9 Pelagii 2. | 3 Mauritii. | 23 Chilperici hoc anno mortui & Guntheramni. Filiorum Clotarii. Clot. 2. n. 4.

Indict. 4.

Philippicus duas iterum insignes ex Persida reportat, cum opimis spoliis victorias. *Nicep. Euag. scribit Sigonius*, Gregorium Magnum anno 583 rediisse Romam. Sanè quòd nunc tantùm rediisse aliqui putent, est ex Imperatorum annis non rectè subductis. Chilpericus Rex occumbit, domesticis insidiis vxoris, & Landrici equitum Magistri occisus, mense Septembri. *Æmilius, Aimoinus, Ado.* Clotarius filius, & nominis huius secundus, ante quatuor menses natus, renunciatur futurus successor; Guntheramno patruo tutore designato. Carlomannus, Pipini pater, Turingorum & Brabantiæ Prouincias nunc tenet post patris Hasbani obitum. *notat Sigonius*, Autharim, Regem Longobardorum abiecta gentilitate, Christiana sacra cum suis suscepisse: sed sub Arriana hæresi. antiquorum Britannorum in Valliam secessio post cladem putatur in hunc annum incidisse, *vt colligit Math. Vestmon.* Gregorius hoc anno libros Moralium perfecit, *vti ipse in Præfatione testatur*; & scribit contra Etiam Rauennatem Episcopum, ob tria Capitula Schismaticum: cui mortuo successit Seuerus. hoc eodem anno Constantinopoli electus Ioannes 4, dictus Ieiunator.

587 | 10 Pelagii 2. | 4 Mauritii. | 24 Guntheramni.

Indict. 5.

Scribunt Euagrius, & Nicephorus, libr. 18, hoc atque sequenti anno, infeliciter semper pugnatum esse à Persis, & cum insigni Romanorum Ducum gloria. Smaragdo successit Romanus, Exarchus missus à Mauritio. *Miscella, Onuph.* Franci, & Childebertus Rex, cùm malè contra Longobardos pugnassent, redeunt in Galliam. *Miscella.* Guntheramnus, Gundebaldum impostorem, qui se Clotarii filium dicebat, opprimit. *Gregor. Tur. libr. 7.*

Gregorius Antiochenus Episcopus falsò à quibusdam accusatus, prouocat ad Concilium, habitum nunc ea de re, à Ioanne Constantinopolitano Episcopo. in quo Gregorius quidem iudicio absoluitur, sed Ioannes Constantinopolitanus, se Vniuersalem prædicat Episcopum. Pelagius tum

hoc Oecumenicum nomen damnat. tum omnia ibidem acta declarat irrita. *Extat Pelagii epistola.* Voluit tamen ratam esse illam Gregorii absolutionem. *Gregor. Magn. libr. 7. Epist. 69. lege Euagr. libr. 6. cap. 7. & Baron.* Moritur Sanctus Saluius, Albiensis Episcopus. Valentiæ in Gallia habita Synodus nunc, sed non extat, nisi Decretum. *Baron. 589. num. 1.* hic annus est Childeberti decimus, quo habetur Concilium Matisconense secundum, vbi Episcopi 62. In his, Priscus Lugdunensis, Patriarcha dictus, primum in Synodo locum tenens, Euantius Viennen. Prætextatus Rothomagen. & alii. Canones viginti. extant Acta *To. 2 Conciliorum.* Childebertus Austrasiæ Rex hoc anno ætatis 15, & Regni 10, filium Theodebertum suscepit.

588 | 11 Pelagii 2 | 5 Mauritii. | Indict. 6.

Malè pugnatum à Francis est contra Visigothos in Septimania, (nunc vulgo Languedoc,) apud Carcassonem, *ex Gregorio, Aimoino, & Isidor. Chron. ad Æram* 635. Interim Leuigildus data noua occasione, Sueuorum Regnum penitus suum effecit in Hispania; cùm durasset annis 177. *Ex Isidor. citato, & Chron. Hispan.* Successit mox Leuigildi mors; filius Riccaredus, opera Leandri Episcopi, renuntians Arianismo, Orthodoxus euasit, cum suis. quæ res impulit Guntheramnum & Francos ad pacem, toties negatam, iam tamen libenter Riccaredo catholico principi concedendam. Cui porrò iuncta connubio est Childeberti soror; licèt antea promissa Authari Lõgobardo; *ex Greg. Tur. lib. 9. cap. 7.* Vascones, incolæ Pyrenæorum montium, nunc primùm in vicinam Prouinciam, quam hodie tenent, descendentes, sedes ibi posuerunt nouas. Horum meminerunt *Cornelius Tacitus libr. 20 Annalium, Silius Italicus, & Iunenalis Satyra 17.*

25 Guntheramni. 1. Clotarii II.

589 | 12 Pelagii 2. | 6 Mauritii. | Indict. 7.

Hormisda Persarum Rex, victus à Commentiolo Mauritii Duce, suisque inuisus, deturbatur à solio Regni erutis oculis: substituunt Persæ Chosroam filium. Detecta conspiratione in Childebertum Regem per Guntheramnum, renouatur Francica amicitia inter duos Reges. *Gregorius Tur. lib. 9. cap. 20. Testantur ibidem Gregorius cap 15. & 16. Sigebert. & alij*, Edicto dãnatum iussu Riccaredi, Arianismum per vniuersam Hispaniam, exustis libris, & habito hac de re Concilio Toletano 3, anno Ricaredi 4. nempe ex hoc cœpit cum patre regnare: seu primò à patris morte, *ex Ioanne Biclarensi, Episcopo Gerundensi, in Chron.* qui interfuit Concilio, notatur hoc Concilium Æra 627 numeranda, à 38 anno ante Christum. Episcopi adfuere circiter 70. præfuit Leander Hispalensis. Canones 32. Narbonense etiam Concilium hoc eodem anno habitum, nuper inuentum, *de quo Baron.* Childedertus iam pacem & amicitiam firmat cum Riccaredo, cunctante adhuc ea de re Guntheramno. *Gregor. Tur. libr. 9. cap. 16.*

26 Guntheramni. 2 Clotarii II.

590 | 1 Gregorii I. Magni. | 7 Mauritii. | Indict. 8.

Chosroas Hormisdæ filius, exosus suis, confugit ad Mauritium: cuius ope, victis hostibus, restituitur Regno, regnatque in Persida annis 38. *Euagrius lib. 6. cap. 17. Cedren. Zon.* Childebertus Austrasianus, vrgente Mauritio, exercitum misit in Italiam. sed illo à Longobardis fuso atque fugato, dùm Childebertus nouam parat expeditionem, rogatur ab Authare de pace, magnis pollicitis & conditionibus oblatis. *Gregor. Tur. lib. 9. cap. 20. & 25. & Sigon.* Lues atrociſſima Romam inuadit, mense Ianuario, & Pelagio mortuo 6 Idus Feb. Gregorius Magnus ex Diacono Cardinali post sex menses renuntiatur Pontifex: dilata tamen ordinatione, vsque ad Imperatoris respõsum. *Gregor. lib. 4. Dial. cap. 36.* Post ingentes pluuias, subsecuta est maxima Tibe-

27 Guntheramni. 3 Clotarii II.

ris inundatio; & per vniuersam Italiam pestis grauissima. *Sigon. Greg. & alij.* Northumbriæ Rex Alla secundus, moritur in Anglia: succedit Ethelricus. *vide an. Christi* 560, quo cœpit regnare in Northumbria Addas: nam iuxta 30 & amplius annos, quos *Polydorus* dat Regibus, illo anno 560 recensitis, non malè circa hunc annum dicetur cœpisse regnare Ethelricus. quo etiam Australium Saxonum Regnum finem accepit. Hoc septimo anno Mauritii, Slauini, è Scythia oriundi, eam Pannoniæ partem occupant, quæ nunc ab illis Sclauonia dicta est. *Gregorius Magnus Epist. ad Ionium Gubernatorem Illyrici.* obiit nunc Radegundis Regina decimo tertio Augusti, miraculis clara. *Surius.* de hac multa, *Venant. Fortunatus.* & Gregorius Turon. qui eam sepulturæ mandauit. Extat Pictauii, præter templum insigne, sub eius nomine Deo dicatum, nobile fœminarum ordinis S. Benedicti Monasterium, pristino splendori, & morum integritati ab Illustris. Carola Flandrina, è Nassouiensi familia principe, & dum hæc scribo Abbatissa, restitutum: in quo celebre visitur sacellum, vbi S. Radegundem Christus alloquio dignatus est, vti constans traditio, & in Christi digressu relictum lapidi impressum vestigium testantur. de Gregorii pietate & vigilantia in vrbe afflicta, *prolixè hic Baron.* habitum hoc anno Hispalense Consilium, Præside Leandro Episcopo. notantur Episcopi octo: & pauci Canones. de quodam Antisiodorensi Concilio sub vno Episcopo *Baron. ad hunc an.*

591 | 2 Gregorii Magni. | 8 Mauritij. | 28 Guntheramni. 4 Clotarij 2.

Mauritius, assumpto Theodosio filio ad societatem Imperii, & pacato Oriente in Persida, Legiones reuocat in Thraciam, contra Auares, & Chaganum. *Cedren. Niceph. Chron.* anno 14 Childeberti, Guntheramni exercitus in Septimania vincitur à Riccaredi Ducibus. *Gregorius Tur. lib. 9. cap. 31.* Interim Autharis, dum à Childeberto illatum bellum precatur, veneno extinguitur Ticini, 5 Septembr. Successor Agilulphus (alii aliter nominant) pacem firmat cum Francis diuturnam. *Gregorius Tur. lib. 10. cap. 3.* Pleraque hoc anno statuta à Gregorio Magno, inter alia, de mersione trina, *Epist.* 41. ne fiscus ex delicto commodum sentiat, *Epistola* 42. de Ecclesiarum dedicatione, 50. & 54. ne Clerici cum fœminis habitent, *eadem Epistola* 50. Item de Chartulario, qui in Oriente Chartophylax, χαρτοφύλαξ dicebatur. erat is iudex Ecclesiasticus loco Pontificis, *Epist.* 52. *libr.* 1. & publicarum chartarum custos: maioris tamen dignitatis in Oriente, quàm in Occidente. *Baron ann. 591. num. 31.*

Indict. 9

592 | 3 Gregorii Magni. | 9 Mauritij. | 29 Guntheramni. 5 Clotarij. 2.

Detegitur tandem conspiratio, quâ occubuit Chilpericus, (*Gregor. Tur. libr. 10. cap. 19.*) abdicato Ægidio Episcopo Rhemensi. Habetur Concilium Cæsaraugustanum 2, anno 7 Riccaredi, & Aera 630. *Baron.*

Indict. 10

Stomachatur *Gallus Chronologus Vignerius*, quòd nomen Vniuersalis Episcopi, ademptum Constantinopolitano à Gregorio Magno, sit assumptum à Romanis Pontificibus. in quem egregiè conuenit, (ne prolixior sim) quod in *Molineũ scripsit Baron. anno 687. num. 13.* Nec quidem ille, dum in Ecclesiæ Hierarchia nihil discriminat, ommia confundit. quasi verò singulis Episcopis tribuatur, & (si diis placet) etiam Parochis, quod capiti Ecclesiæ ad regimen illius necessarium apertissimè Christus concessit: & hoc ipso tempore obseruatum legisse potuit, quo maiores & difficiliores causæ, ad Sedem Apostolicam vndique deferebantur. hanc sanè prærogatiuam & Pelagius, & Gregorius Magnus Orientalibus negare omnino debuerunt: nisi præuaricatores esse voluissent. Cæterum, cùm nomen Vni-

uersalis Episcopi notare possit, vel vnũ & solum: vel inter multos Supremum: posterior appellatio Vicariorum Christi est in Sede Romana: prior à nullo vnquam post Christum vsurpata. *lege Baron.595.*

593 | 4 Gregorij Magni. | 10 Mauricij. | Indict. 11. | 30 Guntheramnj. 6 Clotarii 2.

Auares Duce Chagano Mœsiam inuadunt: à quibus Priscus Dux Romani exercitus obsessus, tantùm per literas Imperatoris ad dolum compositas liberatus est: pactis ex hoc stratagemate induciis cum hoste. *Cedrenus.* de Lege Mauricii, ne milites, & publicis rationibus obnoxii, fierent Monachi; deque literis Gregorii eam ob rem ad Imperatorem, multa *ad huuc annum* Baron. Gregorius Andream Episcopũ Tarentinum iubet duobus mensibus abstinere à Missæ sacrificio in pœnã delicti. *Epist.* 44. Concilium Africanum inualidum decernit, quòd contra Canones aliquid statuisset. *lib.* 2. *Epistola* 7. 47, 48. Theodolindam Longobardorum Reginam Orthodoxam iuuat contra Schismaticos. *lib.* 3. *Epistola* 4.

594 | 5 Gregorij Magni. | 11 Mauricij. | Indict. 12 | 31 Guntheramni. 7 Clotarij. 2.

Paulus Diaconus lib. 4. *cap.* 17, & *Appendix Gregorij Turonensis*, notant Persarum Reginam suscepisse Sacra Christiana. quod tamen *Baronio* minus probatur *ad annum* 593. Gregorius Turonensis finem suæ Historiæ imponit hoc anno, quem notat esse 31 Guntheramni, & 5 Gregorii Papæ, atque Episcopatus sui Turonensis 21. sequentes tamen ibidem numeri errorem habent, saltem Typographi. desudat hoc anno Gregorius Papa, contra eos, qui ex tribus Capitulis Schismatici erant, contra hæreticos, & corruptos Ecclesiasticorum quorundam mores variis in Prouinciis. *Baron.*

595 | 6 Gregorij Magni. | 12 Mauricij. | Indict. 13 | 32 Guntheramni. 8 Clotarii 2.

Hoc anno duodecimo Mauricii, *Euagrius scribit*, se finẽ suæ imponere Historiæ. hic primus est ex Græci Historicis Orthodoxus. Ethelrico Northumbriæ Regi circa hunc annum, vel potius ante biennium vita functo, succedit Ethelredus. Maximi Salonitani Episcopi (quem Gregorius Missæ celebratione priuauit) causa agitur, & quinquennio terminata est, deposita contumacia. *Gregor lib.* 4. *Epist.* 34 *& lib.* 7. *Epist.* 79. 80. 81. Hamos Hierosolymorum Episcopus eligitur. *Baron.* vbi etiam de Virgilio Arelatensi Episcopo, Gregorii per Gallias constituto Vicario, renouat idem Pontifex veterem Ecclesiæ constitutionem de reditibus Ecclesiæ diuidendis in 4 Partes. *lib* 4. *Epistola* 42. *Indict.* 13. iterum Anastasius Sinaita redit ad Antiochenum Episcopatum.

596 | 7 Gregorij Magni. | 13 Mauricij. | Indict. 14 | 33 Gunthe ramni 9 Clotarij 2.

Imperator munus ducendarum copiarum Prisco abrogatum, dat Petro fratri. *Cedren.* Moritur Ioannes, dictus Ieiunator, qui Vniuersalis Episcopi nomen vsurpauerat. *Niceph.* substituitur Cyriacus Patriarcha: hic communionem Catholicam à Gregorio postulatam obtinuit. *Gregor. lib* 4. *Epistola* 4. 5. *&* 6. Veteres in Britannia maiore Britones, iam antè à Catholici, suo exemplo Anglos ad fidem prouocarunt: ad quos proinde informandos, firmandosque, Gregor. Augustinum & socios mittit. *Beda Hist. Angl. lib.* 1. *cap.* 2. *& lib.* 1. *cap.* 23. obit ibidem Augustinus ann. 609. *Sigeber.*

597 | 8 Gregorij Magni. | 14 Mauricij. | Indict. 15 | 10 Clotarij 2.

Die 28 Martii obiit Gũtheramnus, vltimus Clotarii primi filius, Rex Aurelianensium, Burgũdionum, & Parisiorum, princeps meritò laudatus. *Aimoinus lib.* 3. *c.* 81. Successorem instituit Childebertum Austrasiæ Regem: qui etiam ad tutelam aspirabat Clotarij Iunioris, vnde illi natum bellum cum Clotarianis, quos Landricus ducebat. Sed victo Childeberto, (Fredegonde Clotarij matre prælijs se immiscente) viginti millia hostium à Clotarianis cæsa sunt. *AEmil. Scribit Gregor. lib.* 7. *Epist.* 3. *Indictione* 1, conuersa decem millia Anglorum operâ Au-

gustini & sociorum. Toletanum Concilium Aera 635 habetur an. 12 Riccaredi, de castitate à Clericis seruãda. adfuêre Episcopi 16. Canones 2 tantùm extant. Antiochus Anachoreta annorum 100 moritur. *Baron.*

598 | 9 Gregorij 1. Magni. | 15 Mauricij. | 11 Clotarij 2.
Indict. 1.

Priscus cum imperio in Thraciam mittitur contra Slauinos, reuocato Petro; & Exarcho Romano mortuo substituitur Calinicus. *Nicephor. Miscella.* Chaganus Hunnorum inter Auares Rex, in Pannonia moritur. succedit Chaganus alter. Duo notantur hoc anno Concilia, Æra 636. Oscense in Hispania. canones duo de castitate clericorum: & Narbonense in Gallia. de disciplina Ecclesiastica, & clericorum vestitu. *Baron.*

599 | 10 Gregorii Magni. | 16 Mauricij. | 12 Clotarij 2.
Indict. 2

Schismatici ex Capreensi insula Istriæ, redeunt ad vnionem. *Greg. Epist. 94. 97. 98.* Obiit Anastasius Synaita, Episcopus Antiochenus: *Martyrol. 21 Aprilis*: succedit Anastasius alius, *ex Nicephoro in fine Chronici.*. quos duos malè confundit Nicephorus Calistus. Gregorius Serenum Episcopum Massilienscm arguit ob confractas imagines, docens quo modo, quaque de causa illis honor exhibeatur. *lib. 1. Epist. 111.* habetur Concilium Barcinonense in Hispania, Æra 637. anno. 14 Riccaredi. Canones quatuor aduersus Simoniacos, & voti violatores.

600 | 11 Gregorii Magni. | 17 Mauricij. | 13 Clotarij 2
Indict. 3

Diem clausit hoc anno Childebertus Austrasiæ Rex, vnà cum vxore, eodem die, non sine veneni suspicione; anno quarto à morte Guntranni, *vt notant Francorum Historiæ.* filiis, Theodeberto Mediomatrices & Austrasia: Theodorico Aurelia & Burgundia obuenerunt, sub tutela Brunichildis. Isidorus Iunior Hispanensis, post Leandrum Episcopus, qui scripsit Gothorum chronicum, vsque ad an. 626. mortuo Constantio Mediolanensi Episcopo subrogatur

Deus dedit. Eduinus Deirorum Rex exulat.

SEPTIMI CENTENARII INITIVM.

Regna.

Status *Ecclesiæ.*

Doctrina.

MAgnam habet hoc seculum Regnorum cõuulsionem, Saracenis omnia occupãtibus in Syria, Ægypto, Africa, & Numidia. debilitata quoque Persis à Romanis, fuit Barbaris Arabum Ducibus præda insignis. nec caruit Orientis Imperium sua calamitate, ob iniustam Principum necem sæpius natâ. Italiam demum probè exercuit Longobardicum aduersus Exarchos, alioſque diuturnum bellum.

CApta à Saracenis Hierusalem, seruiuit impiis vsque ad annũ Christi 1099 *Africanam Ecclesiam ijdem vastant Barbari. At Catholici Reges in Gallia, Anglia, & Hispania, rem Christianam piè satis hoc Seculo promouebant. Iconomachi tamen vexant Orientem.*

ECclesiæ Authoritas, & Traditio. *Concil. Lateran. sub Martino* 1. *consultat.* 5. *& Tolet. Concil.* 12. *ferè initio. Leo* 2. *in Epist. ad Constantin. Imp. circa medium: quæ extat Tom.* 3. *Concil.* Primatus Petri, & Ecclesiæ Romanæ. *Concil.* 6. *Generale, in subscriptione Theodori, Actione* 17. *&* 18. *Isidor. lib. de vita & morte SS. cap.* 69. *agens de Petro.* Liberum Arbitrium. *Isidor. lib.* 2. *de Sum. Bono, cap.* 2. *ante medium: & Concil. Tolet.* 4. *cap.* 56. Bona Opera, & Merita. *Isidorus iam citatus cap.* 32. *& lib.* 3. *cap.* 64. Sola Fides excluſa. *Maximus Martyr in expositione Liturgiæ, cap.* 6. *& Isidor. de Sum. Bono cap.* 2. Eucharistia. *Isidor. Hispal. lib.* 1. *Offic. cap.* 18. Sacrificium. *Isidor. ibidem initio capitis.* Pœnitentiæ Sacramentum. *Isidorus lib.* 6. *Originum, sub finem & Concil. Cabilone, cap.* 8. Purgatorium. *Tolet. Concil.* 11. *ca.* 12. *& Isidor. lib.* 1. *de officiis Eccles. cap.* 18. Inuocatio Sanctorum. *Tolet. Concil.* 10. *c.* 1. *Isidor. Hispal. de vita & morte SS. cap.* 68. Reliquiæ. *Idem Isidor.* 1. *de Offic. cap.* 10. Cœlibatus. *ibid. libr.* 22. *cap.* 10. Abstinentia àcibis. *Conc. Tol.* 8. *c.* 9. *& Isidor. lib.* 1. *de Offic. c.* 36. 37

Anni Christi.	*Anni Pont.*	*Anni Imp.*	*Franc. Reg.*
601	12 *Gregorij* 1. *Magni.*	18 *Mauritij.*	14 *Clotarii* 2.

Indict. 4.

HAganus cum exercitu in Mœsiam, Thraciãque irruens, Constantinopolim penè obsessam tenebat. Sed sæuiente peste, dum redire cogitur in patriã, occidit duodecim captiuorum millia, quòd eos Imperator paruo etiam pretio redimere recusasset. *Cedren.* vnde magna animorum offensio contra Mauritium. Agilulphus redintegrato per Exarchum bello, vrbes varias, & inter illas Patauium cepit. *Sigon. ad hunc annum.* vbi de ferrea Longobardorum corona à plerisque Scriptoribus reiecta.

Excitatũ est inter Brunechildẽ & Fredegundẽ Reginas bellũ: sed victis Austrasianis, Fredegũdis filio Clotario Lutetiam, Burgundiã, & reliqua tuta fecit: moxque obiit, cum iam filius adolescceret. Auares ex Austriâ Austrasiam vexãtes, auro à Brunechilde dato repelluntur. Augustinus, ordinatus Anglorum E-

piſcopus ab Arelatenſi Epiſcopo, regreditur in Britanniam, *Beda lib. 2. c. 29.* Gregorius reſpondet ad conſulta Hibernorum, de Neſtorianis, an rebaptizandi, & quid ſupplendum. *Baron.* Obijt Hamos Hieroſolymis Epiſcopus: ſuccedit Heſichius.

602 | 13 Gregori. 1. Magni. | 19 Mauritij | Indict. 5.

Callinicus Exarchus reuocatur, & iterùm mittitur Exarchus Smaragdus: quo tempore Longobardi nouis à Chagano copiis acceptis, Mantuam & Cremonam expugnant. *Anaſt. Miſcella. Sigon.* Moritur Riccaredus Rex in Hiſpania. Succedit Luiba filius. *Roderic.* Tergeſtinus Epiſcopus Schiſmaticus, reluctante Seuero Gradenſi Schiſmatico, redit ad vnionem Eccleſiæ. *Baron. ad hunc an. nu. 2.* | 15 Clotarii. 2.

603 | 14 Gregorii Magni. | 20 Mauritij 1. Phocæ. | Indict. 6.

Dum Conſtantinopolitani cogitarent de Romano Imperatore nouo ſubrogando, (adeò diſplicuit Mauritius) Phocas Centurio, à Legionibus proclamatur Imperaror, & occupata vrbe Conſtantinopolitana, ſtatim Mauritium cum liberis quinque, trucidari fecit, ex fuga retractum. *Cedren. anno* 20 Mauritii vbi occũbentis Imperii cladẽ narrat in Mauritii morte. hic Tyrannus octo omninò annis imperauit. *lege Niceph. lib. 18. cap. 43.* Brunechildis, pulſa ab Auſtraſianis, recepit ſe ad alterum filiorum Theodebertum, Burgundionum Regem. *Appendix Gregor. Turon.* | 16 Clotarii 2.

604 | 1 Sabiniani. | 2 Phocæ. | Indict. 7.

Narſes Ductor Legionum Orientis, ſalutatur Imperator à militibus: ſed ſequenti anno Phocas, violata fide data, hominem occidi fecit. *Cedren.* Reges, Auſtraſianus & Aurelianenſis, armis Clotarium inuadunt. Victus Clotarius, ad iniquas pacis conditiones cogitur, tantùmque vrbes duodecim Regni ſui retinere iuſſus eſt. *Aimoinus, Appendix Gregorij.* Luiba Rex Viſigothorum in Hiſpania occiditur dolo Vitterici Principis: qui Rex electus, regnat annis ſeptem. *Hiſtor. Hiſpan. Marian. lib. 6. cap. 2.* obiit Gregorius Romæ 12 Martii, Indictione 7. quæ narrantur de Traiani anima liberata à Gregorio, & quibuſdam eius exuſtis ſcriptis, velut fabuloſa, *ſatis ad hunc annum refutat Bar.* Eligitur ſucceſſor Sabinianus Volaterranus, poſt quinque menſes, ſcilicet Kal. Septemb. *Anaſtaſ.* nunc Auguſtinus Epiſcopus in Anglia, Mellitum Londinenſem, & iuſtum Cantuarienſem creauit Epiſcopos, eodemque anno moritur. de Synodis eius *lege Bedam lib. 2. cap. 2, & 3.* | 17 Clotarii 2.

605 | SEDES VACAT | 3 Phocæ. | Indict. 8

Moritur Sabinianus 11 Kal. Mart. & vacat ſedes. Choſroas, olim à Mauritio reſtitutus Regno, nunc bellum mouet in Phocam, Mauritii mortem vindicaturus, & poſt inſignem victoriã Romanis eripit amplas Prouincias. *Cedren.* Hoc tempore duo erant Patriarchæ Aquileienſes, ex mutatione ſedium, vrgentibus bellis. Vnus dicebatur Aquileienſis, alter Gradenſis. ille adhuc Schiſmaticus erat, hic ſentiens cum Eccleſia, *vt dixi an. 602.* de qua re *lege Sigon. an 605. & Baron.* obiit hoc eodem anno Seuerus ille Aquileienſis Patriarcha. | 18 2. Clotarij

606 | 1 Bonifacii. 3. | 4 Phocæ. | Indict. 9.

Prorogantur in triennium induciæ inter Romanos & Longobardos. *Blondus.* Dum Vaſcones, aſſuetis direptionibus, vexant vicinas Prouincias, Theodoricus Auſtraſianus, & frater Theodebertus, immiſſo exercitu, eos acerbè caſtigant, & tributarios reddunt. *Aimon. & Appendix Gregorij Turonenſis.* Cùm annum penè vacaſſet ſedes Romana, creatur Pontifex Bonifacius, Romanus 15 Kal. Martii, & moritur hoc eodem anno, 12 Nouemb. *Anaſtaſius.* Phocas, infenſus Cyriaco Conſtantinopolitano Epiſcopo, (qui hoc etiam anno obiit, ſubſtituto Thoma ex Theſaurario) declarat Romanum Pontificem eſſe Supremum Epiſcopum, & ſolum Oecumenicum. Cæterùm imperitiæ vitium eſt, & gliſcente calumnia maleuolorum men- | 19 Clotarii 2.

Anni Christ	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran
607 Indict. 10	1 Bonifacii 4.	5 Phocæ	dacium, Papam à Phoca primatum obtinuisse, quem tota Antiquitas agnouit esse à Christo. Tantum non concidit nunc Orientis Imperium, dum Phocas in milites & Mauritii fautores sæuit. Auares vsque in Thraciam omnia vastant: & Persæ, Armenia ac Paphlagonia subactis, penetrant vsque Chalcedonem. *Cedren.* pugnant Franci aduersus Saxones, victoria ferè dubia, certè vtrinque sanguinolenta. Bonifacius huius nominis quartus, ex Valeria Marsorum ciuitate, creatur Papa 18 Septemb. qui statim domum erexit in Monasterium, & Pantheon Deo sacrauit, in honorem B. Virginis, & omnium Martyrum. *Anastas. Sigon.* 610. *Baron.*	20 Clotarii 2.
608 Indict. 11	2 Bonifacii 4.	6 Phocæ.	Hoc anno Mahometa, annos 40 natus, cœpisse putatur diuulgare pernicioſas suas adinuentiones, & Mundo venenum illud propinare. Thomas Patriarcha Constantinopolitanus moritur, succedit Sergius, postea futurus Hæresiarcha. *Niceph. Chron. Baron.* Eulogius Alexandrinus Episcopus obiit. *Martyrol. Idibus Septembris.* succedit Theodorus Scribon.	21 Clotarii 2.
609 Indict. 12	3 Bonifacii 4.	7 Phocæ.	Exoritur bellum inter Austrasianos & Clotarium. Esychius Episcopus Hierosolymitanus obiit, succedit Zacharias. nouæ conspirationes in Phocam Imperatorem, omni crudelitate nobilem. post obitum Theodori, Episcopi Alexandrini (qui incidisse putatur in annum 610) successit Ioannes 5, dictus Eleemosinarius, vir verè Othodoxus, & Sanctus. *Baro. an. 620 n. 9.*	22 Clotarii 2.
610 Indict. 13	4 Bonifacii 4.	8 Phocæ.	Clotariani sub Duce Landrico vincuntur ab Austrasiano Theodorico, qui sic Parisiensi vrbe potitur. Iudæi Antiochiæ, concitato tumultu, ingentem Christianorum numerum trucidant, vnà cum Episcopo Anastasio, quos Phocas, in pœnam tanti delicti, partim cæcidit, partim exilio multauit. successit Episcopo Gregorius. *Refert Beda l. 2. cap. 4*, Mellitũ Episcopum Londinensem nunc Romam venisse ad Pontificem, & habita Synodo dimissum ad suos, cum literis ad Regem Edilbertum, *refert etiam hoc anno Baron.* Toletanum Concilium, habitum Aera 648, de controuersia ex primatu Toletanæ Ecclesiæ in Prouincia Carthaginensi: constat tamen illius nobilissimæ Ecclesiæ ampliorem fuisse postea, & in omnes Hispaniæ Ecclesias prærogatiuam, actum hoc est sub Gondemaro Rege. Quare paulo ante occisum oportet Vittericum. *Isidorus in Chron. Goth. notat* eandem Aeram 648. Historia *habet Mariana li. 6. c. 2, an. 612.*	23 Clotarii 2.
611 Indict. 14	5 Bonifacii 4	1 Heraclij 1	Collabente Orientis Imperio, Duces Imperij Heracleon, qui præerat Africæ, Heraclius filius, & Crispus Phocæ gener, ex improuiso Constantinopolim aggressi, Phocam cum fratribus & necessariis obtruncant, Indictione 14. Heraclius Imperator eligitur, coronatus à Sergio Patriarcha. *Onuph. Cedren.* ita Heraclii initium cum Phocæ annis & indictione compono. dant etiã Critici vtriusque Syderis cyclũ 4. Chosroas pacem spernit. Smaragdus Exarchus reuocatur, substituto Ioanne Lemigio. *Sigon.* hic annus numeratur primus integer Gundemari, vti iam subindicaui, inchoatus nẽpe anno præcedente. Aidano Scotiæ rege occiso in bello, ab Edelphredo Northumbriæ Regulo, succedit Kennetus. Et huic demum post quatuor mẽses mortuo successit Eugenius quartus, Aidani filius. *Hector l. 9. & Lesleus lib. 4.* Obiit in Gallia sanctus Austregisillus, Episcopus Biruricensis, mense Maio. *Sur.* in Scotia, propagatam Religionis & morum integritatem sub Aidano, *narrat ibidem Lesleus.*	24 Clotarii 2
612 Indict. 15.	6 Bonifacii 4.	2 Heraclii 1	Exarchus Lemigius, pacem cum Longobardis cõfirmat, quos tamen Chaganus Auarum Rex incursione premebat, nõ sine strage, *vt aiunt Blondus, & Sabellicus.* hoc tamen *Sabellicus*, videtur ad annum alium referre. Cæsarea Cappadociæ à Persis	25 Clotarii 2

nunc euersa. de Sancto Desiderio Viennensi Episcopo, & Martyre, Brunichildis consilio lapidibus obruto, per Theodoricũ Regem, *scribit Sigebertus*. Eudocia Augusta Imperatoris coniũx hac indict. fato cessit. *Nicephori Breuiar.* De Colũbano, qui nũc in Gallia miraculis & sanctitate claret, *Beda l. 5 c. 17. & Baron.*

613 | 7 Bonifacii. 4 | 3 Heraclii I. | Indict. 1.

Notant Onuphrius, Nicephorus, & alij, Indictione prima, & 26 Martii, Heraclii filium, vnius anni infantem, nunc renunciatum cum patre Imperatorem. dant aliqui diẽ Ianuarii 22. notat *Cedrenus*, natũ an. 2 Heraclii. Theophanes quoque addit indict. 15. quo etiam anno Saraceni Syriam incursionibus fœdè vexarunt. in Hispania mortuo Gundemaro Regi Visigotho, successit Sisebutus, hoc tamen initiũ Regni eius referunt aliqui ad annum 616, & Aeram 654. *Alfonsus Carthag. & Roderic. Tolet.* alii ad Aeram 651. & ad hunc, quem tenemus Christi annum, *Chronica MM. SS. & plerique recentiores, cum Sigeberto.* floret Maximus, Episcopus Cæsaraugustanus, Historicus. Chosroas Heraclii spernit munera, pacem, & oblatum tributum, aspirans ad Imperium. *ex Theophane.* S. Columbanus Mediolanum veniẽs, pleroſque Longobardos Arrianos, reddit Orthodoxos: & Bobiense Monasterium ædificat. *Baron. Sigon.*

26 Clotarii. 2.

614 | 8 Bonifacii 4. | 4 Heraclii I. | Indict. 2.

Slauini sedes fixas ponunt, vbi nomen hodie remanet Sclauoniæ. *Sabell. Ennead. octauæ. lib. 6.* Agilulphus hoc vel sequẽti anno obiit: successit filius Adoualdus Longobardorum Rex, cum piissima matre Theodelinda. *Miscella, Sigon. Anastas. Sabel.* moritur Pontifex 8 Maii: succedit Deusdedit ex Subdiacono electus 13 Nouembr. Persæ Damascum expugnant.

27 Clotarii 2.

615 | 1 Deusdedit | 5 Heraclii I. | Indict. 3.

Persæ tandem hoc quinto anno Heraclii, Palæstinam occupant, & vrbe Hierosolymorum vastatâ, Sanctam Crucem trãsferunt in Persidem. *Theophan. Cedren.* qui ad annos hic notatos referunt, hanc vrbis ἅλωσιν. quo etiam anno Saraceni in Lauram Sabæ irrumpentes, trucidatis plerisque Monachis, vastarũt Monasteria. *Martyrol. 16 Maij. Narrat Sigebertus* anno 617, exortum bellum inter Theodoricum & Theodebertum fratres, captumque Theodebertum: alii sopitum sine cæde volunt, ob bellum, hoc eodem anno gestum contra Alemannos, in Transiuranã Burgundiã irruentes. *Appendix Greg. Tur.* Edelberto Regi Cantiorum *(inquit Sigebertus)* mortuo, succedit filius Edbaldus. *Polyd. lib. 4 initio.* item Titullo Anglorum Orientalium Regi succedit Redoualdus, *iuxta narrationem Polyd. sub initium libri 4.* Chosroæ duces indict. 4, superata Ægypto, & vastata Lybia, penetrant Carthaginem vsque, mortuo iam ibidem Heracleone Heraclii patre. *Miscella ex Theophane.* Obijt S. Columbanus in Bobiensi Cœnobio. *Ionas Abbas.*

28 Clotarii 2.

616 | 2 Deusdedit | 6 Heraclii I. | Indict. 4

Ioanne Exarcho ob crudelitatem à Rauennatibus occiso, & Consinio Duce Neapolitano, Calabriam, Apuliam, & Campaniam occupãte, mittitur ab Heraclio Exarchus Eleutherius. *Sigon. Onuph. Miscella.*

29 Clotarii 2.

617 | 3. Deusdedit | 7 Heraclii I. | Indict. 5.

Obiit hoc anno Deusdedit 8 Nouembr. *Anastas. & Martyrol.* Eleutherius Exarchus, inito certamine prope Neapolin, Consinii exercitum fudit, occisoque Tyranno, redierunt illæ Prouinciæ ad iura Imperatoris. *Onuph. Sigon. Blond.* Theodoricus iterùm in fratrem Theodebertũ mouens arma, bis victoriam reportat: & Theodebertum ex fuga retractum scribunt occisum. *Aimon. & quidam alij.* sed anno 31 Clotarii. *Sigebertus* obiisse tunc eum notans, non ait occisum. In Britanniæ Northumbria Eduinus Regno Deirorum post exilium 17 annorum restituitur, ope Redoualdi Regis Orient. Anglo. *Polyd. lib. 4 in fexto Regno.* Persæ Carthaginem expugnant.

30 Clotarii 2.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Reg. Franc.
618	1 Bonifacii v.	8 Heraclii I.	31 Clotarii II.
Indict. 6.			
619	2 Bonifacii v.	9 Heraclij I.	32 Clotarii II.
Indict. 7			
620	3 Bonifacii v.	10 Heraclii I.	33 Clotarii 2.
Indict. 8.			
621	4 Bonifacii v.	11 Heraclij I.	34 Clotarii II.
Indict. 9.			
622	5 Bonifacii v.	12 Heraclii I.	35 Clotarii 2.
Indict. 10			

Bonifacius quintus, Neapolitanus, ſubſtituitur, mortuo Deuſdedit exeunte anno 617. *Anaſt.* Heraclius parat ſe ad bellum, dum Choſroas omnem pacis conditionem repudiat; niſi Fide & Crucifixo abnegatis, Solem adorarent Chriſtiani. Exarchus Eleuterius Tyrannidem in Italia arripiens, Luceolis tumultu militari occiditur: ſed anno ſequenti, *inquit Onuphrius*, ſubmittit Imperator Iſaacium Exarchum, qui annis 23 Italiam rexit. *Miſcella. Sigon.* Nunc obijt Theodoricus: an veneno à Brunechilde, an fulmine ictus, incerrum. ſic fraternæ cædis dat pœnas anno Regni 18. &. licèt repugnante Brunechilde, Auſtraſiani Burgundioneſquè omnes ſe ſubdunt Clotario. qui ſic Galliarum Monarcha euaſit, dignus tanto Imperio Princeps. Brunechildis mortem violentam, iubente Clotario, *ſcribit Sigebertus ad hunc annum.*

Arnulphus Metenſis Epiſcopus, datus eſt à Clotario inſtitutor Dagoberti filij & Regni hæredis; cuius pii viri conſiliis dum Rex vtitur, magnam paſſus eſt S. Epiſcopus inuidiam maleuolorum hominum, & in dies gliſcentem calumniam. *Ionas Abbas in eius Vita*, ille poſt annos duodecim, ſolitudinis amans, ſolitariam elegit vitam. Siſebutus Viſigothorum Rex miſſo in Africam exercitu, Prouincias aliquot occupat; & Cantabriam vſque ad Pyrenæos ſibi ſubijcit. *Aimoinus, Æmilius, & Ritius*, habetur ſecundum Concilium Hiſpalenſe in Hiſpania ſub hoc Rege, Aera 657, contra Acephalos, ſeu Eurychianum Epiſcopum, qui ex Syria venerat.

Tandem Hunnorum Rex Chaganus, pacem iurat cum Heraclio: qui ſic metu liberatus, expeditionem parat in Perſas. interim Perſæ Ancyram capiunt. Obiit hoc anno Ioannes Eleëmoſynarius, Alexandriæ Patriarcha. *Niceph. Chron.* ſucceſſit Georgius 2. Carlomannus Tungrorum Dux (nunc Barbantia eſt) filium moriens Pipinum reliquit; qui perfecit, vt Clotarius ab Auſtraſianis reciperetur. Eugenius huius nominis quartus Scotiæ Rex quatuor poſt ſe reliquit filios. quorum natu maximus Ferquardus Regnum tenuit, *Hector. Boet. li. 9. Leslæus, & alij.* hic Eugenius liberis fœlix ſcribitur. ad hunc Caducillus Britonum Rex confugit. *Leslæus in Eugenio* 4.

Penſitabat Longobardorum Rex, Francorum Regibus annuũ tributum, nomine præſertim Prouinciarum ad radices Alpium; Clotarius tributi huius remiſſionem conceſſit; non tamen anno Chriſti 606. *vt ſcribit Sigonius*: ſed hoc anno, vel certè Clotarii anno 36. *vt habet Appendix Gregor. Turon. quamuis Sigebertus notat* annum 619. Interim Heraclius iam de Hunnis ſecurus, Legiones in Aſiam, contra Perſas, duxiſſe putatur. vel potius anno inſequenti.

Conſentiunt Scriptores hoc primo Perſici belli anno, & Indictione decima, Heraclium in Armeniam progreſſum, reportaſſe memorabilem victoriam contra Perſas, fuſo exercitu Perſico, fugato Rege, & acta ingenti præda. Hyber nat Chriſtianus exercitus in Armenia. *Zonar. Cedren. & alij.* Siſebutus Rex in Hiſpania moritur: ſuccedit filius Riccaredus ſecundus, *Roderic. & alii Hiſtor.* Mahometus Arabs, poſt diuulgata apud multos mortales dogmata ſua peruerſa in Alcorano notata, cœpit à plebe (cuius ſe Ducem fecit) vocari Propheta, *vt habent Saracenorum & Arabum Chronica.* & pulſus à nobilibus, Ietribam oppidum occupat, prædator inſignis per triennium, ope perditorum hominum, maximè è Saracenis eo confluentium. Mox Mecham vrbem cepit, exacto à fuga triennio. anno Chriſti 621. Ab hac Hegira (Genebrardus expe-

ditionem *interpretatur*) annos deinceps suos Arabes numerant, tanquam à receptissima annorum Epocha; & proinde ab hoc Christi anno 622. Afri tamen, & alii Mahometani ab anno Christi 591. vel 592 quo Mahometum natum putant. sic in pace, quam Carolus Quintus cum Afro Rege firmauit, notatur annus Christi 1535. & Mahometi 942. Item in literis Solimanni ad Ferdinandum, notatur Christi annus 1547. & à natiuitate Mahometi 954. tamen *ex Arabum Historiis & Isidoro, Genebrardus* Regni huius initium orditur ab anno Christi 617. de Mahometi sepulchro, *lege Baron.* 630.

Hegiræ

623. | 6. Bonifacii V. | 13. Heraclii I. | Indict. 11. | 36. Clotarii 2.

Persas debellat Heraclius, hoc, & sequentibus quinque annis: quibus Syriam recepit, & veteres Imperii limites restituit: demum, occiso Chosroa, Crucem Dominicam reportauit, nobilissimæ victoriæ trophæum. Cæterùm hoc anno penetrata Persida, vastatisque vrbibus, hybernat in Albania. *Cedren.* mortuo Riccaredo Iuniore regnat Suintilla in Hispania. cui Regi decennium, & Monarchiam *dant Historiæ Hispanicæ Mariana lib. 6 cap. 4.*

624. | 7. Bonifacii V. | 14. Heraclii I. | Indict. 12. | 37. Clotarii 2.

Habet hic tertius Persici belli annus, tres insignes victorias in Persida diuinitus ab Heraclio reportatas, *quas refert Cedrenus.* obiit Theodolinda Longobardorum Regina, magnæ virtutis fœmina: cùm filius eius Adalualdus mentis inops esse cœpisset, electus Rex est Ariobaldus Arrianus, nec sine magnis in eo Regno motibus. *Paulus Diaconus. Onuph.* Dagobertus Clotarii filius, quòd præceptorem, euulsa barba, effecisset ignominia insigni, patrem ita offendit, vt vix speraretur reconciliatio.

625. | 8. Bonifacii V. | 15. Heraclii I. | Indict. 13. | 38. Clotarii 2.

Bonifacius Pontifex obiit 25 Octobris, cùm sedisset annis 7, mens. 10. di. 1. *ex Anastasio.* substituitur Honorius Campanus, anno tamen insequenti, & 14 Maii: Indict. 14. quem *idem Anastasius* plurimum laudat, quicquid dicant Centuriatores. hic quartus est Persici belli annus, quo Heraclius in Persida promouet suas victorias. *Cedren. narrat Beda lib. 2. cap. 9,* Eduinum iam apud Aquilonares Anglos in Northumbria Regem, accepta Edelburga Edelberti Cantianorum Regis filia Christiana in vxorẽ, ita demum diuinitus permotũ, vt relicto Paganismo, Christianæ Religioni nomen dederit.

626. | 1. Honorij I. | 16. Heraclij | Indict. 14. | 39. Clotarii 2.

Missus est à Chosroa exercitus, qui Constantinopolin obsideret: sed fusus apud Chalcedonẽ est à Theodoro Imperatoris fratre: & ipse Heraclius pergens in Persas, nouis potitur victoriis. *Cedren.* Pendet inter Saxones quartus Rex Merciorum regnat in Anglia: & postea occisi: Eduino, Osualdo, aliisque Regalis, regnauit omnino annis 30. *Angl. Hist. Polyd lib. 4,* Dagoberto Austrasia datur hoc anno, & Pipinus, vt sit illi à consiliis.

627. | 2. Honorij I. | 17. Heraclij | Indict. 15. | 40. Clotarii 2.

Heraclius, nouis auctus victoriis, Euphratem transgressus, Niniuen occupat. *Cedren.* hic annus putatur baptizati Eduini, Eboraci. quem breui imitatus est Carpualdus, Orientalium Anglorum Rex. *Beda lib. 2. & Polydorus Vergilius lib. 4. in Regni tertij descriptione.*

628. | 3. Honorij I. | 18. Heraclii I. | Indict. 1. | 41. Clotarii 2.

Ad extremum Chosroas, rebus desperatis, dum filium iuniorem Merdasen Regno præficere nititur, maior natu Siroes, rebus cum Imperatore compositis, patrem fratrémque necat. Initum tunc fœdus, & Imperii terminus Tygris decretus. redit in Palæstinam Zacharias Pontifex cum Sancta Cruce, & captiuorũ ampliſſima multitudine. *Cedren. Zonar.* Hic septimus est, & vltimus belli Persici annus.

Anni Christi.	Anni Pontif.	Anni Imper.		Franc. Reg.
629. Indict. 2	4. Honorij I.	19. Heraclij I.	Post varias Legationes ad Heraclium gratulatorias ex Oriēte, *vt ait Theophanes*; & ex Gallia, *vt scribit Aimonius lib. 4. c. 21*, ipse Constantinopoli Hierosolymam veniens, *vt narrant citati authores*, Crucem suo reponit loco; non sine insigni miraculo, nobilique triumpho. Siroes institutus ab Heraclio Persarum Rex, post annum moritur. breui concidit Imperium Persicum. *lege Miscella. lib. 18. Regino. lib. 1. Chron. & Genebrar. in Bonifacio.*	42. Clotarij 2
630. Indict. 3.	5. Honorij I.	20. Heraclij I.	Ex Eutychianorum Sectis 12, vna dicta erat Iacobitarum, à Iacobo Syro: cuius Sectæ patronum se reddens quidam Anastasius, Heraclium (dum hæreticos non deuitat, & fidei quæstionibus se immiscet) dolo Monothelitam effecit, hoc est, assertorem vnius in Christo operationis ac voluntatis: nec tantum ipse (Anthiochenus Patriarcha indè factus) hæresim propalat latius: sed Sectæ etiam socios accepit ab eo tempore, Sergium Constantinopolitanum, & Cyrum, qui Georgio defuncto successit, Alexandrinus Patriarcha. quibus strenuè se opposuit Sophronius, qui absente in Perside Zacharia, Hierosolymis Patriarcham egerat. *Cedren.* Hormisda hoc an. regnare incipit apud Persas. *Cedren.*	43. Clotarij 2
631. Indict. 4	6. Honorij I.	21. Heraclij I.	Deiecto Fortunato hæretico Patriarcha Gradensi, Honorius ei substituit Primogenium Subdiaconum Romanæ Ecclesiæ, cui pallium concessit: fauitque deinceps Exarchus; sicut Longobardus Aquileiensi. *Baron. an.* 630. Hoc anno 21 Heraclij moritur Mahometus vocatus *à Cedreno, ὁ τῶν σαρακηνῶν ἀρχηγὸς.* obiit Ferquardus Scotiæ Rex anno Regni 13. hic ob suspicionem Pelagianæ hæreseos, aliáque crimina in carcerem trusus, sibi mortem conscíuit. *Leslæus, Buchan. & alij*: succedit Donaldus Eugenij filius 3. regnat annis 19. *Hector. lib. 9. Leslæus.* Vincentius Abbas in Hispania apud Legionem, martyrio coronatur ab Arrianis. *Martyrol.*	44. Clotarij 2.
632. Indict. 5.	7. Honorij I.	22. Heraclij I.	Arabes incipiunt vexare Romanum imperium, attritis iam Persarum viribus, quos insuper ciuile bellum Persicum habebat occupatos. primo certamine Romani Arabum exercitum vincunt, tribus eorum occisis Ducibus: obiit hoc anno Clotarius secūdus. *Aimoin. Appendix Gregorij.* regnat Dagobertus Monarcha, tamen fratri Ariberto adhuc puero, velut ex paternis bonis, legitimam partem dedit Aquitaniam, cuius terminos esse voluit Pyrenæos, & Ligerim. laudatus sanè Princeps, quandiu Episcoporum & Pipini consiliis regebatur. hic Pipinus Senior vocatur, Maior Domus Austrasiæ, cuius nepos ex filia, fuit alter Pipinus pater Caroli Martelli, qui genuit Pipinum tertium, & primum ex hac familiâ, seu Pipinorum dynastia, Francorum Regem. in Hispania Suintilla Rex filium Rachimirum Regem instituit, breuique vterque diem obiit. *Michael Ritius lib. 1.* Saraceni, ex Arabia egressi, Gazam ciuitatem occupant: ad quos defecerunt illi Saraceni, qui pro Imperatore in Syria propugnabant fines Imperij. dicti omnes Saraceni, vel à ciuitate Arabiæ Saraca: vel quia à Sara vxore Abraham se progenitos dictitabant. hinc Arabes, & Mahometani postea Saraceni vocati.	1. Dagoberti I.
633. Indict. 6.	8. Honorij I.	23. Heraclij I.	Iesdagirdus vltimus Persarum Rex moritur, exeunte 11 anno ab Hegyra Arabum Epocha, vt consentiunt Arabum Astrologi, Albumazar, & alij. à morte autē huius Regis, Persæ deinceps suos numerant annos, vocatúrque Epocha Iesdagirdi. cuius primus annus est hic Christi 633. Astrologi Aeram Iesdagirdi	2. Dagoberti I.

vocant. cuius principium est Iunius anni præcedētis; & primus mensis Persici anni. sic ergo finem accepit vetus illa Periodus magni Neuruz apud Persas, quando Othman filius Ophan, Amiram Scenitarum Arabum, Caliph a Babyloniæ, occidit Iedagirdum Regem. Rectiùs diceretur hic annus Othman Caliphæ primus, & Hegiræ 11. Hoc etiam anno Saraceni in Palæstina vincunt Romanos: & Imperatorem, Orientis domitorem Heraclium, dùm esset Catholicus: nunc factum hæreticum, imbelles vincunt Saraceni. victo Theodoro Imperatoris fratre, Imperator deserta Syria, & sublatâ Hierosolymis Sancta Cruce Constantinopolin recepit. *Cedren. Theopha.*

In Hispania Rachimirus moriēs, duos post se reliquit fratres; quorum minor natu Sisenandus Regnum occupat. *Roderic.* In Britannia maiore Eduinus, Northumbriæ Rex, acie occiditur à Cadouallone Britonum Rege. Eduini filiis breui etiam occisis, successit Osualdus tertius Edelfredi filius: qui à morte patris latebat in Scotia. *Beda, lib. 4 in Regno Sexto*, vbi Eduini baptismum notat ad an. 527. Cyrus Alexandriæ Episcopus, habitâ Synodo, Monothelitarum hæresim cautè inducit: dū prætextu cōcordiæ, suppressis vocibus vnius & duarū voluntatū, suadet Christi voluntatem vocandam Deiuirilem, (θεανδρικὴν.) Honorius Papa *in Epistola posteriore ad Sergium*, perspicuè duas Naturas profitetur, vnámque personam: vnde clarum est concedi duas operationes. *refertur Epistola à Baronio.* quare Honorium fuisse Monothelitam impostura hæreticorum est, *vt etiam post alios obseruauit Genebrardus in Honorio.* si verò (quod in re simili fecit Vigilius anno 550.) silendum tunc quidem putauit de duabus operationibus, æque ac de vna: fuit, quia iudicauit eo tempore sic expedire, ob causam, de qua 638. hoc forte anno post Zachariam Patriarcham Hyerosolymis successit Sophronius.

634. Indict. 7. | 9. Honorij I. | 24. Heraclii I. | 3. Dagoberti I.

Sequenti hoc anno, qui tertius est Sisenandi Regis in Hispania, habetur Concilium quartum Toletanum. adfuere Episcopi 62. Canones 70. actum de Catholica doctrina, & morum reformatione. præfuit Isidorus Hispalensis. Inter alia, Patres professi sunt Spiritum Sanctum à Patre Filioque procedere. quod idem, veteres quoque habebant Fidei professiones. Aribertus Aquitaniæ Rex, Vascones rebellantes domat. *Æmil.* Osualdus sextus Northumbrorum Rex, ex Eduini sorore natus, *de quo ad an. 633*, Cruce defixa in loco pugnæ, Cadouallonem Britannorum Regem victum occidit: & euocatis è Scotia viris doctis, Christianam Religionem propagauit. *Beda lib. 3. c. 1 & deinceps.* Cadoualloni successit Cadoualdrus filius, Britonum Rex vltimus. *Polyd. lib. 4.*

635. Indict. 8. | 10 Honorij I. | 25. Heraclij I. | 4 Dagoberti I.

Saraceni, victis Romanis in Palæstina, transeunt in AEgyptum: sed promisso ipsis tributo annuo, regrediuntur. *Cedren.* Hierosolymam obsessam tenent, Damascum obtinēt, solium-que Regni ibidem figunt. Dagobertus Pictauensem vrbem, *vt Annales Gallorum referunt*, euertit, quòd repugnantibus Vasconibus fauissent. Birinus Episcopus, ex Italia ab Honorio missus, Saxones Occidentales in Angliam ad Christiana sacra perduxit. *Beda lib. 3. c. 7.* sub Cynigillo 6 Rege Saxonum Occident. *Polyd. lib. 4. sub finem.*

636. Indict. 9. | 11. Honorii I. | 26. Heraclii I. | 5. Dagoberti I.

Hic annus est, quo Saraceni Hyerosolymis potiuntur. *Cedren.* τὴν ἁγίαν πόλιν vocat. Egit Sophronius Patriarcha, vt

Christianis liceret sua ibi sacra peragere. manſit hæc captiuitas, donec poſt 463 annos à Francis recepta ciuitas eſt, anno Chriſti 1099. obiit eodem anno Sophronius, inſignis fidei propugnator contra Monothelitas. *Martyr.* 11 *Martij.* Moritur Ariobaldus Rex Longobardus, ſine virili ſtirpe. habita creando Regi Comitia; eligunt Rotharicum, Arrianum quidem, ſed qui paſſus eſt Orthodoxos liberè ſentire de Religione, ac proindè ſub eo narrant in quauis Diœceſi duos fuiſſe Epiſcopos, Catholicum vnum, alterum Arrianũ. *Paulus Diaconus. Onuph.* Habitum nunc Toletanum Concilium quintum, decretis precibus pro ſalute Principis. Epiſcopi 20. Can. 9. obiit Iſid. Hiſpalenſis, *de quo lege Baron.* nunc ferè regnare cœpit apud Orientales Anglos Sigebertus, optimorum Gymnaſiorum in Anglia fundator. de eius Vita, eaque tandem Monaſtica, *Polydor. lib. 4. & Math. Veſtmon.*

637 | 12 *Honorij 1.* | 27 *Heraclii* 1. | *Indict. 10.* | 6 *Dagoberti* I.

Dagobertus Templum & Monaſterium Sancti Dionyſii à ſe extructa, donis plurimis exornat. *Hiſt. Frãcorum.* Arabes, ſeu Saraceni Duce Omaro Antiochiam capiũt, & Muhaniam præficiunt Prouinciis ab Ægypto vſque ad Euphratem. aliũ mittũt exercitum in Ægyptum, renuentem pẽdere promiſſum tributum. quâ ſubacta, progreditur exercitus in Africam, Tripolim vſque. *Cedren. Ioan. Leo lib. 8. Hiſt. Africanæ.*

638 | 13 *Honorij 1.* | 28 *Heraclij* I. | *Indict. 11.* | 7 *Dagoberti I.*

Moritur Honorius Papa, cùm ſediſſet duodecim annis, & quinque menſibus, id que quarto Idus Octobr. *Anaſt.* ante annum notat obijſſe *Sigonius*; omitto calculũ *Onuphrij*: illud receptum eſt, vacaſſe ſedem annum vnum: quod aliqui interpretãtur ſpatium fuiſſe, ad confirmationem ab Imperatore expectatam, cùm anteà facta ſit electio Seuerini. Cæterùm quâ alienus fuerit Honorius ab hæreſi Monothelitarũ, *indicatũ eſt anno* 633; & conſtat ex celebri illa diſputatione inter Pyrrhum Monothelitam, & Maximum. *de qua Baron. anno* 646. At typus Conſtãtis, *de quo* 648, ſilentium indicens de vna & duabus volũtatibus, damnatus eſt? idem verò ſilẽtium ſuaſit Honorius? Occurrendum tamen eſt huic obiecto, damnatum eſſe typum poſt tẽpora Honorii; multumque intereſſe quibus vtamur in rebus fidei vocibus, quando mutata ſunt tempora; vt norunt, qui verè sũt Theologi. Prudens etiam Eccleſiæ praxis eſt, initio controuerſia um, & voces & diſceptationes interdùm ſupprimere. Poſteà verò, cùm tẽpus aliud feret, eaſdem definire. ſed de hac Honorii cauſa, *lege quæ ſcripſit Cardinalis Bellarminus Tom. 1 de Rom. Pont. l. 4. cap. 11. in Honorio.* vbi de duabus Honorii Epiſtolis, de quibus tota controuerſia eſt, latè diſſeruit: & quas confictas ab hæreticis, inſertaſque ſextæ Synodo, vehemens eſt, nec leuis ſuſpicio, ſicut alia pleraque illi inſeruerunt. Moritur Siſenandus, vel Siſecundus, Viſigothorum Rex Hiſpaniæ: ſucceſſit frater Suintilla ſecundus. *Ritius.* eodemquo anno habitum 6 Concil. Toletanum.

639 | 1 *Seuerini.* | 29 *Heraclii* I. | *Indict. 12.* | 8 *Dagoberti* I.

Habitum eſt Concilium Toletanum ſextum, Generale ſeu Nationale, hoc anno, qui eſt Suintillæ, ſeu Suintillani ſecundus. Epiſcopi 52, vbi inter alia illud memorabile, non tolerandũ in Regno vllum, qui non ſit Catholicus. Hic annus habet Seuerinum Papam, *iuxta Anaſtaſii calculum.* ſub quo contigit expilatio Lateranenſis Epiſcopij. *Blõdus, Baron.* hoc eodem anno promulgata eſt Ecthеſis illa hæretica, quæ dicta eſt Heraclii, continens fidei profeſſionem: approbata quidẽ à Sergio Conſtantinopo-

litano, in Synodo ibidem habita, sed quam detestatur Maximus Abbas, agens contra Pyrrhum Sergii successorem, & Monotheliram: qui hoc eodem anno Sedem tenuit. *Baronius.* promulgata Ecthesis Indict. 12 perlata Romam est ad Seuerinum, qui eam damnauit: *vt constat ex Concilio Lateranensi sub Martino, in Secretario* 1 & 3. Hinc constat Seuerinum hoc anno adhuc superstitē. cui successit tamen eodem anno Ioannes Papa, vt patet ex Synodo sequentis anni. obitum Seuerini referunt aliqui ad 4 Non. Aug. & creationem Ioannis ad exeūtem omnino annū. fuit hic Dalmata, & huius nominis quartus. Rotharicus Rex Longobardorum, receptis aliquot vrbibus, Opitergio, aliisque in agro Veneto, Romanos vincit ad Scultemnam Mutinensem amnem. *Sigon.* Saraceni captis vrbibus Edessa, Constantia, & Castro Duras, potiuntur tota Mesopotamia. *Cedren.*

Ioannes.

640 | 1 Ioannis 4. | 30 Heraclii 1. | Indict. 13.

Mortuo nunc Ariberto Rege, tota Aquitania redit ad Dagobertum. *Appendix Tur. Gregor. Æmilius.* Iaddus Saracenorum in Mesopotamia Ductor, Persidem, iam ab Heraclio & ciuili bello attritam, inuadit, occupatque. accidit hoc 30 Heraclii anno. Ioannes Papa in Synodo Romana Ecthesin, & Monothelitarum Hæresim damnat. *ex Theophane Baron.* curatque Honorii Epistolam explicari. Constat insuper ex Actis publicis in Senatu Constantinopolitano promulgatum ab Heraclio Edictum, quo declarat Ecthesin non suam esse, sed Sergii inuentum. mortuo Cyro Alexandrino succedit Petrus, eiusdem Sectæ homo, & Monothelita. sedit vsque ad annum 650, interrupta tunc Patriarcharum illorum successione per annos plurimos. *vide anno* 742.

9 Dagoberti 1.

641 | 2 Ioannis 4. | 31 Heraclij 1. / 1 Heraclij 2. iunioris, seu Constantini 4. / 1 Heracleonis | Indict. 14.

Heraclius, magnis Imperatoribus æquādus, si Monothelitas deuitasset, moritur mense Martio, vel Aprili. succedit filius Heraclius Constantinus, dictus Iunior, Orthodoxus. Cui tamen post quatuor menses extincto (dolo nouercæ Martinæ) substituitur Heracleon Martinæ filius. *Theopha.* Isacio Exarcho mortuo, subrogatur Theodorus, Calliopa dictus. *Onuph.* tamen *Sigonius* refert ad annum 642. Suintillæ Regi Hispaniæ defuncto sine prole, succedit electus Tulga, seu Cluga. *Ritius lib.* 1 *in fine.* in hunc annum incidit obitus Ioannis Papæ die 12, Octobr. substituitur illi 25 Nouembr. Theodorus, patria Hierosolymitanus.

10 Dagoberti 1.

642 | 1 Theodori. | 1 Constantis 21 | Indict. 15.

Authore Cedreno, & aliis, Heracleon, post paucos menses, (detecta iā matris fraude) exulat: matri lingua amputatur. lege Theophanem. Pyrrhus quoque Patriarcha, eiusdem criminis habitus reus, eiicitur. Imperat Heraclius Constans, Constantini filius mense Octobri. *Onuphr.* Pyrrho subrogatur Paulus Monothelita. *Cedren.* secessit Pyrrhus in Africā. Osualdus Northūbrorū Rex sextus, & Christianissimus, occiditur in prælio à Merciorū Rege pagano. *Beda lib.* 3. *c.* 12. successit Regno Osui[e] *Polyd. lib.* 4.

11 Dagoberti 1.

643 | 2 Theodori | 2 Constantis 2. | Indict. 1

Obiit hoc anno Tulga Rex Visigothorum: successit Cindasuindus, regnat annis 10. *Ritius initio lib.* 4, *& alii.* Haumar Saracenorum princeps in Palæstina extruit templum Hierosolymitanum. *Theophan.* Mauricius templi Lateranensis expilator euadit Tyrannus, & malè perit. *Baron.*

12 Dagoberti 1.

644 | 3 Theodori. | 3 Constantis 2. | Indict. 2.

Rotharieus Longobardis scriptas nunc Leges Edicto Papiæ promulgat, anno 77 ab eorum aduentu in Italiam. *Sigon.* qui proæmium refert, ad imitationē Iustiniani, Codicem vocauit. Dagobertus Galliarum Monarcha Seniori filio Sigeberto dat Austrasiam; Iuniori autem, ex alia vxore, Clodoueo, Neustriā, quæ hodie Regnum Franciæ vocatur, addita Burgundia. *Aimoin. & Gregorii Appendix.*

13 Dagoberti 1.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
645 Indict. 3.	4 Theodori.	4 Constantis. 2.	Pyrrhus, pulsus anno 642 ex Oriente, nunc in Africa agens, Maximum Monachum, qui illi restiterat in Græcia, reperit: inter quos celebris illa disputatio habita est, quæ extat Græcè, & Latinè *apud Baron. Tom. 7 in Appendice*, & ex qua Honorius ab omni liberatur calumnia. Pyrrhus conuictus, Romæ tamen oblato pœnitentiæ libello Pontifici, ab eodem recipitur. *Onuphr. & alii.*	14 Dagoberti 1.
646 Indict. 4.	5 Theodori.	5 Constantis. 2.	Dagobertus rebellantes Vascones domat. Omar Saracenorum Princeps à Persa occiditur. Successit Othmannus. Monothelitarum Hæresis in Africa, variis conuocatis Synodis damnatur. extant Acta in Concilio Lateranensi sub Martino, qui Theodoro successit.	15 Dagoberti 1.
647 Indict. 5.	6 Theodori.	6 Constantis. 2.	*Blondus, & Sabellicus*, conflixisse volunt nunc Rotharium & Exarchum, victis Romanis prope Mutinam: tota iam potitur Liguria Longobardus. Minoris Britanniæ Regulus diem claudens, Iodoeum & Salomonem filios habuit: horum minor natu Salomon, volente fratre regnat: idque annis 20. habetur Cõcilium Toletanum 7. anno 5 Regis Cindasuindi, *Roderic.* Canones 5. extant subscriptiones 39.	16 Dagoberti 1.
648 Indict. 6	7 Theodori.	7 Constantis 2.	Diem obiit Dagobertus mense Ianuario. *Appendix Gregor. & Aimon.* qui dant illi 16 annos à morte patris: filiis placuit sors data à Patre anno 644. Itaque Clodoueus, huius nominis secundus, Franciam tenuit, & Burgundiam: sed ab hoc tempore Maior Domus in hoc Regno, cœpit authoritate & potentiâ insuetâ valere. Cindasuindus filium Rocesuindum ab hoc anno secum regnare iubet, *vt profert Catalogus Rerum Visigothorum, Codici Legum Gothicarum præfixus.* Saraceni Africam faciunt tributariam, pulso Gregorio Romanorum Duce. cùm tota Occidentalis Ecclesia in Paulum Constãtinopolitanum Episcopum commoueretur: persuasit ille Cõstanti, vt ediceret silentiũ, de vna & duabus voluntatibus, spe reconciliandi Ecclesias. hoc Edictum Typus vocatum est: qui Romam allatus damnatur, & à Theodoro sententia damnationis atque abdicationis profertur, tum in Paulum, tum in Pyrrhum, iterum lapsum in hæresim. *Anastasius in Theodoro, Theophanes. Martinus in Syn. Later. Actione prima.*	1 Clodouei 2.
649 Indict. 7.	1 Martini 1.	8 Constantis 2.	Saraceni Cyprum occupant, capta ibidem & euersa vrbe Constantia, à Muhania Duce Caliphi. *Cedren.* qui Ducem hũc Mæuiam vocat. Cindasuindus impetrat à Romano Pontifice, vt primaria dignitas sit Toleti, vti ab antiquo fuerat. *Roderic. Tolet.* Romæ sub Martino Concilium habetur, 105 Episcoporũ. *vt habent Acta.* Alij plures adfuisse notant. acta res est in Ecclesia Constantiniana, quinque secretariis, seu, vt aiũt, sessionibus, aut consultationibus, & totidem diebus. Canones 20. damnata est Hæresis Monothelitarum, & Anathema dictum in Paulũ, Sergium, Pyrrhum, & Cyrum. *Cedren. Sigon.* inchoata iam Indictione 8 hic est primus Martini Papæ annus, quo successit Theodoro Pontifici. Macedonius Anthiochenam Sedem tenet ab hoc anno. obiit Theodorus prid. Idus Maij. creatur Martinus die 1. Iulij.	2 Clodouei 2.
650 Indict. 8.	2 Martini 1.	9 Constantis 2.	Imperator ob Concilij Decretum Martino infensus, Theodoro substituit Olympium Exarchum, qui exeunte anno 649. venit in Italiam: sed miraculo à cæde Martini deterritus, conuertit arma in Saracenos Siciliam inuadentes. *Sigon. Anastas. Blond.* Pipino Seniori mortuo substituitur in officio filius Grimoaldus, Maior Domus in Austrasia. Vastata nunc Arado vr-	3 Clodouei 2.

be in Cypro à Saracenis, Imperator inducias petit ad biennĩ, quas cõcessit Muhanias. *Narrat Polydorus Virgilius sub finẽ lib. tertii,* huc vsque regnatum apud veteres Britannos in Anglia, quando Cadoualdrus, vltimus Rex, mundo nuntium remittens, Romam se contulit. *vide annum* 685. Constans, post actos in exilium duos Maximos, Abbatem, & Apocrisarium, *(vide annum* 645.) fecit etiam Sanctum Martinum Papam vi adduci in Orientem. qui toto anno detentus apud Cycladas, grauiter vexatur. *Surius primo Decembr. Baron.* actor Tragœdiæ fuit Theodorus Calliopa, qui mortuo iam Olympio substituitur iterum Exarchus. *Sigon. Cedren.*

651 | 3 Martini 1. | 10 Constantis 2. | 4 Clodoueo 2.
Indict. 9.

Rothericus Longobardorum Rex, Rodoaldo filio Rege relicto vita cessit. *Paul. Diac. Onuph.* tamen *Sigon.* refert hoc ad annum sequentem. Saraceni, pulsis Romanorum præsidiis, Carthaginem euertunt, recepta etiam Numidia, & sedem locant Tuneti. *Leo lib. 1. 5, & 6. Histor. Afric.* Donualdo Scotorum Regi vita functo, successit Ferquardi filius, dictus Ferquardus secundus. *Hector. Boet. lib. 9 Lesæus lib. 4* Martinus Constantinopoli grauissima passus, relegatur Chersonam. *Martin. Epist. 15. & 16.* Northumbrorum Regnum continuatur in Osuio. *Histor. Angl.*

652 | 4 Martini 1. | 11 Constantis 2. | 5 Clodoueo 2.
Indict. 10.

Sigebertus Austrasiæ Rex, malè pugnat contra Rodulphum Thuringorum Proregem rebellantem. *Appendix Gregor. Aimoin.* Puluis è cœlo delatus, Constantinopolitanos magno affecit timore. *Cedren.* In hũc annum incidit mors Sigeberti, & Egrici, qui Orientalium Anglorum Reges fuerunt, illata à Penda Merciorum Tyranno. regnat Anas. *Polyd. lib. 4.* Martino exuli subrogatur Vicarius Eugenius. *Anast.* Paulo Constantinopolitano Episcopo mortuo anno præcedẽte, nunc tandem Pyrrhus iterum succedit, & post paucos menses moritur. *Baron.* Successit Petrus Monothelita.

653 | 5 Martini 1. | 12 Constantis 2. | 6 Clodoueo 2.
Indict. 11.

Vita functus est Cindasuindus Hispaniæ Rex vltimo Septembris, relicto filio Recisuindo successore, qui nunc solus regnare cœpit. *Ritius initio lib. 2.* Mahuuius Saracenorum Dux, Rhodo potitus, Colossum Solis æneum memorabilem confregit, altum cubitos 80, vnum è septem Orbis miraculis. *Cedren.* vnde Colossenses, inquit, denominati sunt. constat Toletanum Concilium octauum habitum anno quinto Recisuindi. sed quia regnauit simul cum patre, dubium est an nunc, vel certè anno 658 habitum sit. Episcopi 52. Canones 13. actum de Cleri continentia, & Quadragesima seruanda. Peda Merciorum Princeps, Pendæ filius, in Anglia, accepta Osuii Northumbrorum Regis filia in vxorem, Christiana sacra suscipit, *ex Beda in Epitome, & Polydor. lib. 4.* Osuius, occiso postea Penda per triennium Merciis imperabit, nempe ab anno 656.

654 | 6 Martini I. | 13 Constantis 2. | 7 Clodoueo 2.
Indict. 12.

I Eugenii 1.

Allato Romam nuntio de obitu seu Martyrio Sancti Martini, Eugenius eius Vicarius, nunc noua electione legitimus Pontifex renuntiatur, quarto idus Augusti. *Sigon. Baronius.* Constans Imperator filium Constantinum secum imperare fecit, qui Græcis ὁ πωγωνάτος dictus est. *Zonar.* & hinc numeratos in 6 Synodo eius annos aliqui coniiciunt. *Narrat Theophanes* Constantem nauali prælio victum iam à Saracenis.

655 | I | 14 | 8
Indict. 13. Vitaliani | Constantis 2. | Clodoueo 2.

Moritur Eugenius Papa secundo Iunii post sex menses ab obitu Martini. *Anast.* creatur Pontifex Vitalianus vltimo Au-

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
			gusti. *notat Baronius* iam habitum nonum Concilium Toletanum: alii ascribunt 7 anno Recisuindi, & referunt proinde, (pro initio Regni controuerso) ad annum Christi 660. *vide annum 653.* Episcopi 16. Præfuit Eugenius Episcopus Toletanus. Canones 17.	
656 *Indict. 14.*	2 *Vitaliani.*	15 *Constantis. 2.*	Rodoaldus Rex à Longobardo quodam (cuius vxori struprũ intentabat) occiditur, virili stirpe nulla relicta. habitis Comitiis electus Rex Aripertus, filius germani Theodolindæ. *Sigon.* Catholicus fuisse perhibetur. Contentionem nunc ortam inter Saracenos de Principatu, *narrãt Zonar. & Cedrenus.* Vnde quies aliquandiu Romanis. ad contentionem de Imperio, sequuta est diuisio falsæ Religionis in duas Sectas. Hic annus est, quo occiso Penda, Osuius cœpit Merciis imperare. de Peda Osuii genero, & Pendæ filio, *vide ad an. 653.* Petro Constantinopolitano Episcopo vita functo subrogatur Thomas hæreticus, *ex Baron.* qui ad hunc annum locat Concilium Toletanum decimum, anno quidem octauo Recisuindi habitum, sed quem annum alii referunt ad Christiannum 661. Canones septem, vbi Potamius Episcopus lapsus, se prodit, & abdicat.	9 *Clodouei 2.*
657 *Indict. 15.*	3 *Vitaliani.*	16 *Constantis. 2.*	Constans Imperator vincit & subigit Slauinos. Maximus Abbas in Oriente, durissimè tractatur ab hæretico Imperatore, & lingua excisa loquitur. de huius Martyris scriptis *Baron. num. 31.*	10 *Clodouei 2.*
658 *Indict. 1.*	4 *Vitaliani.*	17 *Constantis. 2.*	Hic annus Recisuindi decimus quidem est, ab eo tempore quo cœpit cum patre regnare. alii aliter, & annos eius numerant, & consignant Toletana Concilia. Muhanias, pactis cum Imperatore inducijs, promittit tributum. Sigebertus Austrasiæ Rex, insignis Monasteriorum fundator, diem obit primo Febr. & Regni 16. *Appen. Greg. Tur. Aimoin.* Dagobertum Regis filium puerum Grimoaldus relegat tonsum in Scotiam, ad vitam Monasticam, sibi & filio Regnum occupans. Sed victo Grimoaldo in bello, captoque, Clodoueus Childericum filium illi Regno præficit. *Aimoin. lib. 4. cap. 43. & 44. Appen. Gregor.* obiit Thomas Constantinopolitanus Episcopus. subrogatur Ioannes presbyter. *Baron. Niceph. Chron,*	11 *Clodouei 2.*
659 *Indict. 2.*	5 *Vitaliani.*	18 *Constantis 2.*	*Scribunt Paulus Diaconus, Blondus, & alii,* factam ab Ariperto Romanæ Ecclesiæ, donationem Alpium Cottiarum. Verùm hæc facta est donatio ab Ariperto secundo. *de quo ad annum* 704. Constans nunc occiso à se fratre Theodosio, filios Heraclium & Tiberium Cæsares creat. *Cedren.*	12 *Clodouei 2.*
660 *Indict. 3.*	6 *Vitaliani.*	19 *Constantis 2.*	Occiso Peda, seu Veda Pendæ filio ab vxore, Mercii excutiunt iugum Osuii Regis Northumbrorum, & regnant sub Vvlfhero Pendæ filio annis 16. *Polydor. Vergil.* S. Maximus Abbas post triẽnii exilium apud Alanos Barbaros, migrat Martyr in cælum. *Baron. notat hoc anno Sigebertus* Clodouei Regis amentiam, ob raptum S. Dionysii brachium. *vide annum sequentem.*	13 *Clodouei 2.*
661 *Indict. 4.*	7 *Vitaliani.*	20 *Constantis 2.*	*Aimoinus notat,* ab eodem Clodoueo detractum tecto templi S. Dionysii aurum & argentum, & datum egenis. putant aliqui in capite 43 libri quarti, finiri hic historiam Aimoini, deinceps ab aliis continuatam. consentiunt Gallicarum rerum Scriptores, ab hoc tempore ita inualuisse in dies Maioris Domus potentiam, vt (*quod scribit Sigebertus anno 622*) Reges, solo nomine regnarent. obiit S. Amandus Traiectensis Episcopus, Flandrorum Apostolus, & annuntiator Euangelii apud Vascones in Pyrenæis, & Slauios ad Danubium. *Baron.*	14 *Clodouei 2.*

Anni Christi.	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Fran.
662 Indict. 5.	8 Vitaliani.	21 Constantis 11.	Ariperti Longobardorum Regis nunc vita functi, duo filii de Regno contendunt, quod tamen vtrique eripuit Grimoaldus Longobardus, & Beneuantanus Dux. *Paul. Diacon. Sigon.* Idem Grimoaldus Gallos, in subsidium missos Perthariti, (is filius erat Ariperti,) dolo dicitur oppressisse, apud Hastam. *Sigon. Paulus Diacon. Blondus.* cuius tamen expeditionis non meminerunt *Apendix Gregorij Tur. & Aimoin.* In bello inter Saracenos exorto victus Hali: rerum potitus est Muhanias, & late cœpit dominari. *Zonar. Leo Afric. lib.* 3 Circa hæc temqora, & sub Clodoueo, habitæ sunt in Gallia duæ Synodi: Vna Clypeacensis, in territorio Parisiensi; quãdo agente Rege, Monasterium S. Dionysii solutum est omniũ dominio. *Aimoin. lib.* 4. *cap.* 41. Altera Cabilonensis. *Baron.* Rectius ad præcedentem annum hæc Concilia referentur; si non etiam prius sunt habita.	15 Clodouei. 2.
663 Indict. 6.	9 Vitaliani.	22 Cõstantis 2.	Constans Imperator è Græcia exercitum ducit in Longobardos: sed non longe à Beneuento profligatus est à Grimoaldo. Imperator ipse Romam delatus; inde post paucos moræ dies, omnia veteris Vrbis ex ære ornamenta surripiens, secum exportauit in Siciliam. *Blondus, Paul. Diac. Sigon.* hic primus dicitur annus integer Grimoaldi, *ex quadam Grimoaldi Constitutione, in Codic. Longobard.* vbi eius annus sextus notatur cum Indictione 11.	16 Clodouei. 2.
664 Indict. 7.	10 Vitaliani.	23 Cõstantis 2.	Ab hac Indictione 7, vsque ad 11, mansit Imperator in Sicilia, magno Siculorum detrimento. *Paulus Diac. lib.* 5. *c.* 5 facta cũ Saracenis conuentione, concessit illis Damascum, & Syriam. Ioanni Episcopo Constantinopolitano mortuo succedit Constantinus, *ex Nicephor. Chron.* obiit Ferquardus 2 Scotiæ Rex anno Regni 16. successit Malduinus Donaldi Regis filius: *Hector. Boet. lib.* 9. *Lesleus.* apud Orietales Anglos incipit regnare Adulphus Rex. *Beda.* dissensio inter Anglos & Scotos de Paschate nunc agitata. Vincunt Angli, celebrandum more Romano, non Asiatico, vt putabant Scoti. *Beda lib.* 3. *c.* 25. *& Segebert.* perstiterunt in suo erroneo calculo Scoti, vsque ad annum 716. *Baron.* Vbi de Gertrude Virgine, & Aigulpho Mart.	17 Clodouei. 2.
665 Indict. 8.	11 Vitaliani.	24 Cõstãtis 2	Diem clausit Clodoueus secũdus: *ex Appen. Gregor. Tur.* licèt *AEmilius* tantùm det 16 annos Regni: successit Clotarius 3 in Gallia. fratribus Theodorico, & Childerico diuisa ac relicta Austrasia est. Eccembauldus sub Clotario Maior Domus: alii alium dant. obiit nunc S. Eligius Nouiomensis Episcopus. *Surius primo Decembris.*	18 Clodouei 2.
666 Indict. 9.	12 Vitaliani.	25 Cõstãtis 2	Vitalianus Papa, misso in Angliam Theodoro viro religioso & docto, Ecclesiasticam disciplinam collabentem restituit. *Beda.* Constantino, qui vita cessit, succedit Theodorus Presbyter in Episcopatu Constantinopolitano. *Nicephor Chron.* retulit ad hunc annum *Baronius* Concilium Emeritense in Lusitania habitum, anno 18 Recisuindi: qui tamen annus Christi apud illos tantùm est annus 13 illius Regis, *vti iam notaui.* Canones 23. decernit Sacrificium quotidianum pro Rege bellis occupato.	1 Clotarii 3.
667 Indict. 10.	13 Vitaliani.	26 Cõstãtis 2	Saporius Armeniæ gubernator, rebellans contra Imperatorem, & Saracenis se adiungens, breui moritur, interim dum exercitus Constantis (qui adhuc hærebat in Sicilia) bellum gerit in Africa contra Saracenos, captas tunc in Phrygia à Saracenis vrbes, recuperãtũt Duces Constantis. *Cedren. Theophanes.* Ebroinus succedit Comes Palatii sub Clotario. moritur Sanctus Idelphonsus Episcopus Toletanus. *Baron.* succesit Syriacus.	2 Clotarii 3.
668 Indict. 11.	14 Vitalianis	27 Cõstãtis 2	Excurrit hoc anno Indictio 11. nihil aliud habet notatu dignum.	3 Clotarii 3.

Christ.	Pont.	Imp.	
669	1 Adeodati.	1 Constantini V. Pogonati.	Constans Imperator occiditur, 15 Iulij Syracusis in Sicilia, Indictione 12, *Miscella. Paul. Diac. Ado, Anastasius in Potificali, in Vitaliano.* succedit filius Constãtinus Orthodoxus, & Romanæ fautor Ecclesiæ: qui ducto in Siciliã exercitu, contra Tyrãnũ patris percussorem, eundem occidit, & regressus Constantinopolim barbatus apparuit, dictus inde Pogonatus. *Zonar. Cedren.* Saraceni inuadentes Africam, 80 millia captiuorum abducũt. *Theophanes.* Clotarius Franciæ Rex vita cessit. Theodoricus frater (dum Ebroinus adhuc esset Maior Domus Regiæ) substituitur: sed Childericus, Austrasiæ Rex, & natu maior, armisque superior, Theodoricum adegit in Monasterium: pulso etiam ad vitam Monasticam Ebroino vide an. 665. migrat è vita Vitalialianus Papa 6 Kal.: Febr. Eligitur Adeodatus post duos menses & 13 dies.
Indict. 12.			
670	2 Adeodati.	2 Constantini V. Pogonati	Osuio, Northumbrorum Regi, succesit Egfridus filius, Regni & virtutis hæres. *Polydor. lib. 4. Indictione* 13. *Beda. notat Sigebertus*, virtutem & martyrium S. Proiecti Episcopi Aruernensis. de hoc Osuio *vide Matthæum Vestmon. ad an.* 670.
Indict. 13.			
671	3 Adeodati.	3 Constantini V. Pogonati.	Theodorus Dorouernẽsis Episcopus Concilium conuocat in Anglia, Episcoporum omnium illius Regni. Canones 10. actum de Ecclesiastica disciplina. *Beda lib. 4. c. 5.* Hæc 10 Capitula *recenset Matthæus Vestmon. ad an.* 673.
Indict. 14.			
672	4 Adeodati.	4 Constantini V. Pogonati.	Saraceni Lydiæ & Ciliciæ Prouincias subigunt: & mox obsident Constantinopolim, Ducibus Cano & Muhamato. sed totum hoc bellum, quod aliquot annos durat, potissimum ad mare & nauale fuit: tandemque, vti postea dicam, Orthodoxus Imperator Arabes ad pacem compulit, & tributum. *Zonar. Cedren.* Vita functus est Grimoaldus Longobardorum Rex, eius filio Gaubaldo per ætatem ad gubernandum inepto, & à Proceribus exturbato: Regnum iniuit Pertharitus, è Frãcia quasi diuinitus reuocatus. *Paulus Diaconus. Sigon.* diem etiam nunc clausit Recisuindus Hispaniæ Rex Visigoth. primo Septembris, Æra 710. *vt habet illorum Regũ Catalogus, Legum Codici præfixus*: ac proinde hoc Christi anno. succedit Vvamba, seu Bamba 13 Kal. Octobr. ex Regali Gothorum stirpe electus. vterque Rex insignis, & virtutis eximiæ. *Ritius lib. 2 initio.*
Indict. 15.			
673	5 Adeodati.	5 Constantini V. Pogonati.	Saraceni in illa Constantinopolitana obsidione, post varia prælia naualia, repelluntur ad stationes hyemales, cum magna classis iactura. redintegrarunt hoc bellum anno sequenti, maioribus suorum detrimentis. idemque per septennium repetitum *scribunt diserte Zonaras & Cedren.* licèt *Baronius ex Theophane putet* pro septennio biennium substituendum. illud constat, victis tandem Barbaris, & Græco igne, seu marino, (θαλάσσιον *vocat Cedrenus*, ὑγρὸν πῦρ *Zonaras*) exusta eorum classe, firmatam ad 30 annos pacem, statuto annuo tributo Imperatori, *vt noto ad an.* 677. Reliqua Arabum classis hyberno æstu perijt tota. Bamba Visig. Rex Nemausum, & Narbonensis Galliæ quasdam alias ciuitates recipit: quæ sub Renocindo Duce Celtiberiæ, seu Aragoniæ, ad defectionem spectabant. *Rodericus.* Obiit in Anglia Egbertus Cantianorum Rex, succedit Lotharius. *Beda, Polid. lib. 4.*
Indict. 1			
674	6 Adeodati.	6 Constantini V. Pogonati.	Excurrit hoc anno Indictio secunda: nec aliud habet hic annus, nisi quòd *Aimoinus*, & *Ado* notent Childericum, Francis ob corruptos mores exosum.
Indict. 2.			
675	7 Adeodati.	7 Constantini V. Pogonati.	Hoc fere anno, vel sequenti, qui quartus est Bambæ pii Regis, celebrata sunt duo Concilia in Hispania, Toletanum 11, vbi Episcopi 19. Canones 16. & Braccarense 3. Episcopi 8. aderant Isidorus Asturicensis, & Valerius Abbas, viri doctrina & virtute
Indict. 3			

Reg. Frãc.
4 Clotarius 3.
1 Childerici 2 & Theodorici, Fratrum.
2 Childerici 2.
3 Childerici 2.
4 Childerici 2.
5 Childerici 2.
6 Childerici 2.

conspicui. Acta *referri ex Tolletanis Baronius.* idem Rex, Saracenorum classem inuadẽtem Hispaniam, bello profligat, & incendit. obiit nunc Volpherus Merciorum Rex in Anglia: succedit frater eius Ethelfredus. *Polyd. lib. 4.*

676 | 1 *Domn vel Domnus I.* | 8 *Constantini V. Pogonati.* | *Indict. 4.*

Childericus in venatione ferro obtrũcatur à Bodilone Franco, quem ipse ad stipitem ligatum cædi anteà iusserat: nec pepercit grauidæ Reginæ, sacrilega manus. Theodoricus, extractus è Monasterio, restituitur regno. *Sigebert. Aimoin.* Vlfoaldus Maior Domus iam fugerat in Austriam, omniaque ibi regebat: adfuit Theodorico Ebroinus, relicto Luxouiensi Monasterio, in quod intrusus fuerat à Childerico, (LOÇON EN BOVRGOVGNE.) quo authore cædes in Gallia patratæ sunt nefandæ, occiso inter alios Leodegario Episcopo Augustodunensi, obiit Adeodatus Papa. *Anastas. Sigeber.* substituitur Donus post quatuor menses Kalend. Nouembr. quem alii Conum, & Cunonem vocant. florentem nunc in Anglia Ecclesiam notant passim Historici.

7 *Childerici 2. & Theoderici, Fratrum.*

677 | 2 *Domn vel Domni I.* | 9 *Constantini V. Pogonati.* | *Indict. 5.*

Mardaitæ, seu Maronitæ, regionem occupant à monte Tauro ad Libanũ vsque. à quibus grauiter & periculosè pressi Saraceni, petunt ab Imperatore pacem, promisso tributo annuo. quam ille, nescio qua facilitate, concessit ad annos 30. & simul in Occidente pacata esse cœperunt Imperatori omnia: ad hanc etiam pacẽ accesserũt Auares, & Slauini. *Cedren. Zonar.* Theodorus Patriarcha Constantinopolitanus, datis ad Donum literis, vnionem petit cum Ecclesia Romana: responsum non extat. *Baron. anno 676.* mortuo Reparato (*vt notat Anastasius*) Rauennas Ecclesia, quæ schismate veteri se à Romana separauit, paulò post hæc Romanæ Ecclesiæ se subdit. *Platin. Nauclerus, Sabell. lege Sigon. anno 679. & hic infra 683.*

8 *Childerici. I.*

678 | 1 *Agathonis* | 10 *Constantini V. Pogonati.* | *Indict. 6.*

Tertio Idus Aprilis obijt Donus, cùm sedisset an. 1. m. 5. *Anastasius.* probat tamen *Baronius ex Epistola Imperatoris*, data pridie idus Augusti ad Donum, aliquot menses adhuc illi dandos. successit hoc anno Agatho. Imperator Vnionem Ecclesiarum expectans, Theodorum Patriarchatu Constantinopolitano abdicat, substituto Georgio (qui, *ex Nicephoro in Chron.* sedit tantùm annos 3. & mens. 3.) literas ad Vnionem spectantes dedit ad Dominum, quem adhuc superstitem sperabat. extant illæ *apud Baron. hoc anno.* hinc aditus ad 6 Synodum reseratus.

9 *Theodorici.*

679 | 2 *Agathonis* | 11 *Constantini V. Pogonati.* | *Indict. 7.*

Perthárius Rex Longobardorum, Cunipertum filium vocat in Regni societatem. *Sigo. Paulus Diac.* Celebratis hoc anno variis Synodis, in Anglia, Gallia, & Italia, damnatur Hæresis Monothelitarum. de qua re *prolixè Baron. narrat ad hunc annum Matthæus Vestmon.* grauem vtrinque conflictum inter Egfredum Northanhum, vt Ethelredum Merciorum Reges.

10 *Theodorici.*

680 | 3 *Agathonis* | 12 *Constantini V. Pogonati* | *Indict. 8.*

Bulgari è Scythia, iuxta Mæotidem, Thraciæ fines inuadũt. Contra quos male pugnatum casu est à Romanis: sed promisso annuo stipendio recedunt: & Mœsiam inferiorem pro sedibus nouis accipiunt: quæ indè Bulgaria dicta est; ortumque Bulgarorum Regnum. *Sigeber.* Sed *Cedrenus notat* annum Imperatoris 10. Bãba Rex Hispaniæ ex lætifera potione euasit amens, & fit Monachus. Eligitur Rex, Etuigius Comes. Bamba ad se reuersus, factum non probat. indictum prius à Bamba Concilium Toletanum 12, habetur primo anno Etuigii. Episcop. 35. Canones 13. *lege de hac re Canonem 1. & 2 eiusdem Concilij Toletani Tom. 3 Cõcil.* Obiit hoc anno Muhanias Saracenorum Princeps, & Regni sui anno 24. succedit filius Gizit, vel Birith, *inquit Sigebertus. Lege Chron. Arab.* Romæ habita est Synodus 125 Episcoporũ contra Monothelitas: (*lege 6 Synodum Actione 4*) inter quos leguntur

11 *Theodorici.*

legatie Gallijs Episcopi. Delecti quoque Legati ab hac Synodo ad Oecumenicam 6 Synodum, Ioannes Episcopus Portuensis, & socii. Suos Papa Legatos separatim misit, Theodorum & Georgium Presbyteros. inchoatur Sexta Synodus hoc anno, mensibus Nouembri & Decembri, habitæ sex Actiones, de fraude Græcorum ad particulam (FILIOQVE) & numero Episcoporum dubio, *lege Baron.*

681 | 4 Agathonis. | 13 Constantini V. Pogonati. | Indict. 9.

Tandem hoc anno in Sexta Synodo, Actione 9 damnatur Macarius, Episcopus Antiochiæ, Monothelita. & Actione 17 ipsa Monothelitarum Hæresis damnata, vt ferebat Agathonis Epistola, & Romani Concilij Decretũ. Cæterùm de impostura, qua ibi inter damnatorum nomina, insertum est nomen Honorii, *lege Baron. hic, & anno* 682. habita Synodus est in Secretario Palatii, quod Trullũ vocabant: (genus est fastigiati ædificii.) *Ortelius* Palatij Basilicã dixit. de Canonibus à Pseudosynodo posteà additis, *vide an.* 692. Theophanes nunc Sedẽ accipit Antiochenã. Obijt anno 685, vacauitque deinceps Sedes. *vide an.* 742. quid Imperator in fratres suos Tiberium, & Heraclium gesserit, quos Imperio detrusit, *narrat Cedrenus hoc ipso anno*, imperatque deinceps solus ille cum filio Iustiniano. 12 Theoderici.

682 | 5 Agathonis. | 14 Constantini V. Pogonati. | Indict. 10. vacat.

Mortuo paulò ante Vlfoaldo, qui Austrasiã regebat, Austrasiani substituerant Pipinum, quem *Gregorij Tur. Appendix vocat* nobilem Francum, dato Martino socio. iam verò, exorto bello inter Pipinum & Ebroinum Maiorẽ Domus Theodorici Regis, victoria fauit Ebroino. Pipinus se in Austrasiã recipit. dolo, Martinus ab Ebroino tenetur & occiditur. *Appendix Gregor. Ado.* diẽ claudit Agatho Papa quarto Idus Iãuarij. Vacat Sedes annum vnũ, & amplius. *Ex Anastasio.* quod rectè *colligit Baronius*, differens de causa vacantis Sedis: vbi meminit quoque cuiusdam Rothomagensis Concilij. mortuo Georgio Episcopo, iterùm sufficitur Theodorus (*vide* 678.) is, qui fraudulenter nomẽ suum è numero damnatorum subduxit, & Honorij nomen substituit. 13 Theoderici.

683 | 1 Leo. 2. | 15 Constantini V. Pogonati. | Indict. 11

Ebroinus Maior Domus Franciæ occiditur ab Hermenfrido Frãco; qui ad Pipinum in Austriam confugit. Franci Varadonẽ constituunt Domus Regiæ Maiorẽ. *Appen. Gregor. c.* 98. *Aimoin. lib. 4. c.* 46. Eligitur Pontifex Leo secundus, Siculus, 15 Augusti. *Anastas.* Græcè & Latinè eruditum notat: redeuntque tandem Legati à 6 Synodo, asportatis secum Concilij Actis; quibus tamen Theodorus, inter has moras, Honorij nomen calumniosè inseruerat, vti anteà dixi, & clarè constabit legenti Epistolas, tùm Imperatoris, & Leonis hinc indè; tùm quatuor in Hispaniam missas, *quæ extant in Tomo Epist. Rom. Pont. inter Epistolas Leonis secundi.* sedebat enim tunc Theodorus, *ex anno* 678, & 682, celebratur Concilium Toletanum 13, vbi Erugij Regis apparuit insignis reuerẽtia erga Episcopos. *Baron. extat. Tom.* 3 Cõc. nunc iubente Imperatore, Ecclesia Rauennas reddita est Sedi Apostolicæ, & ad obediendum impulsa. *Sigon.* 682, *& alij passim.* 14 Theoderici.

684 | 1 Benedicti .2 | 16 Constantini V. Pogonati. | Indict. 12.

Confligunt inter se hoc anno Saraceni, non sine magna Principum mutatione. Egfredus Northumbrorum Rex acie occiditur à Scotis, & Pictis: succedit filius Alfredus. *Sigebert. Malmesberien.* alij post biennium, Alfredi collocant initium. ad sequentem an. refert *Math. Vestmon. lege Leslæum in Eugenio V.* cui obtigit victoria illa. moritur Leo Papa, 4 Kalẽd. Iulii. *Marty.* eligitur Benedictus Romanus 20 Augusti, huius nominis secundus. Huic Imperator concessit, vt libera electio Papæ maneret Electoribus, vti ante vsurpationem confirmandi Pontificis 15 Theoderici.

ficis (primùm à Gothis, deinde ab Imperatoribus) fiebat. *Anastas. Sigon. & alij.* de huius Benedicti Epistolis suppositititis, *Baron.* habetur hoc 4. anno Eruigii Regis, Concilium Toletanum 14. vbi confirmantur acta 6 Synodi missa à Pontifice. Cur post quatuor prima Generalia Concilia, hanc Sextam Synodum hi Patres quintam fecerint, *differit hic Baron.* Constantinopoli sedet Episcopus Paulus 3.

685 | 1 Ioannis 5 | 17 Constantini V. Pogonati. | Indict. 13.

Cadoualadrus, veterum Britannorum Rex, diu antea Romā profectus, circa hæc tempora moritur ibidem, sub habitu Monastico, nullo successore relicto. postea occuparunt hoc Regnum Saxones Occidentales, Rege Ina. *Matthæ. Vestmon.* hoc, post triennium notat. Obiit hoc anno Malduinus Scotiæ Rex, ab vxore strangulatus: quæ sceleri debitas pœnas dedit. Succedit Eugenius quintus. *Hector Boet. Leslæus lib.* 4. huius anni tragœdias inter Saracenorum factiones, *lege apud Cedrenum, & Zonaram.* moritur Benedictus Papa 7. Maii, relatus in numerum Sanctorum. eligitur Ioannes quintus, Syrus, Antiochenus, 22 Iulii: vir doctus, & moderatus. *ex Anastas.*

16 Theodorici.

686 | 2 Ioannis 5 | 1 Iustiniani 2. | Indict. 14.

Diem clausit Constantinus Imperator exeunte Ianuario: successit Iustinianus II. *Zonar.* Indictione 14. Recuperat Imperator Iustinianus Armeniam, Mediam, Albaniam, & Hircaniam, Duce Leontio. sed renouata tunc pace, minus prudenter concessit Imperator, vt Mardaitæ, seu Maronitæ à monte Libano recederent. quod experientia posteà probauit. Obiit Ioannes Papa, 2 Augusti post Sedem duobus mensibus vacantem, & contentionem inter Clerum & exercitum; Conon creatur Thrax genere, educatus tamen in Sicilia. Iustinianus voluit, vt Exarchi consensus probaret electionem Pontificum. iam cœpisse nutare in fide Iustinianum *obseruat Baron.*

17 Theodorici.

687 | 1 Cononis. | 2 Iustiniani 2. | Indict. 15.

Nunc obiisse putatur Theodorus Calliopa Exarchus, cui successit Ioannes, cognomento Platina. *Anastas. Sigon.* Pipinus, qui Austrasiam regebat, nouo exorto bello, Theodorici exercitum vincit; & pulso (quod Franci optabant) Dertario Maiore Domus, Pipinus eandem consequitur etiam in Francia dignitatem, & sic cœpit iterum Francorum redintegrari Monarchia; horum Regnorum diuisione, Vasconumque, atque Aquitaniæ defectione, hactenus satis dissipata. *Appendix Gregor. Aimoin.* Conon Papa vir Sanctus moritur 13. Octobris. vacat sedes ex contentione inter Clerum & populum, mensibus duobus. *Anastas.* Tandem 26 Decembris electus est Sergius Syrus communi consensu. quo tempore Paschalis, pecunijs inuocans Exarchi fauorem, detectis Simonia & alijs criminibus, retrusus est in Monasterium. *Baron.*

18 Theodorici.

Sergius 1

688 | 1 Sergij 1. | 3 Iustiniani 2. | Indict. 1.

Hoc, vel sequenti anno vitam reliquit Pertharitus Longobardorum Rex. Regnum continuat Cunipertus filius. *Sigon.* Obijt quoque Eruigius Hispaniæ Rex, succedit Egicanes Regis gener. *Roderic.* moritur Eugenius. Rex Scotiæ. Regnum tenuit Eugenius 6, Ferquardi filius. *Hector. Boet. lib.* 9. Habetur 15 Concilium Toletanum, Episcopi 61, actum de Regis iuramento, eoque bino. *Baron.*

19 Theodorici.

689 | 2 Sergij 1. | 4 Iustiniani 2. | Indict. 2.

Theodoricus Francorum Rex moritur, relictis duobus filiis. natu maximus est Clodoueus, huius nominis tertius. Regnum ille continuat. *Sigeber. Appendix Gregor. Tur.* sed hunc *Ado* Clotarium uocat.

1 Cladouei 3.

690 | 3 Sergij 1. | 5 Iustiniani 2. | Indict. 3.

Hac Indictione 3, contigit obitus Theodori, in Anglia Legati Apostolici, & Archiepiscopi Dorouer. Item Eduini Abbatis, quis datus erat ei socius. & in Hispania sancti Iuliani Archiepiscopi Toletani, apud Longobardos regnat Cunipertus solus.

2 Cladouei 3.

Christ.	Pont.	Imp.		Reg. Franc
691 Indict. 4.	4 Sergij. 1.	6 Iustiniani 2.	Imperator Iustinianus parum prouidè hoc anno pacem violat cum Saracenis: & Cyprii, dum iubente Imperatore, in alias migrant regiones, naufragio magna ex parte extincti sunt. *Cedren.* Celebratur Concilium Cæsarauguſtanum 3. inter alia statuitur, ne relicta Regis ad secundas nuptias admittatur, studio nempe vitandi Tyrannidem. Paulo Episcopo Constantinopolitano mortuo, succeſſit Callinicus nouitatis amator.	3 Clodouei 3.
692 Indict. 5.	5 Sergij. 1.	7 Iustiniani 2	Iustinianus, cùm feliciter ad Sebastopolin pugnasset aduersus Saracenos, Slauini ad Saracenos deficiunt: sicque fusus est Imperatoris exercitus. *Cedren.* Synodus 6, vt omnes sciunt, nullos edidit Canones. postea tamen in Conciliabulo Constantinopolitano editi Canones sunt 103. idque non quidem quarto anno post habitam Synodum, *vt putauit Tharasius*: nec 27, *vt Theophanes dixit*: sed anno 10. quia editi notantur tempore Sergii Papæ, & Indictione 5. ex Canone 3. vnde resultat annus à sexto Cõcilio decimus. Hanc Pseudosynodum (quam *Balsamon* τὴν ἕκτην, & falsò Generalem vocauit) *Baronius ad hunc annum ostendit* nulla vnquam Papæ authoritate conuocatam, aut probatam. *lege Bedam de sex Aetat. in hoc Iustiniano. Paulum Diaconum lib. 6. cap. 11. & Bellarmin. lib. 1. de Concilijs cap. 7.* Quid quòd de hac quinisexta Synodo nullam fecerint mentionem *Cedren. Zonar. Glicas, & alij multi*? Quinisextam dixerunt, quòd editis canonibus supplere voluerit quod duabus illis synodis videbatur deesse. Sergius, recusans subscribere, periclitatur. *Sigon. Sigeb. & Baron.*	4. Clodouei 3.
693 Indict. 6.	6 Sergij. 1.	8 Iustiniani 2.	Hoc anno Sabbatius prodidit Saracenis Armeniam. *Cedren.* in Galli a vita functus est Clodoueus 3. succedit Childebertus frater, nominis huius 2. *Aimoin. c.* 48. celebratur Concilium Toletanum 16. Episcopi 59. actum de causa Sisberti Toletani Episcopi, qui reus Maiestatis punitur.	1 Childeberti 2.
694 Indict. 7.	7 Sergij. 1.	9 Iustiniani 2.	Indictione 7 & anno hoc septimo Regis Egicanis, celebratur Concilium Toletanum 17. *Roderic.* actum contra Iudæos, qui iam baptizati in Regem conspirauerant.	2 Childeberti 2.
695 Indict. 8.	8 Sergij. 1.	10 Iustiniani 2.	In Italia Romualdus Dux Beneuentanus & Longobardus, in Calabriam Imperatoris Prouinciam, præsidijs vacuam irrumpens, occupat Tarentum, Brundusium, & circumiectam Regionem. *Sigon. Paul. Diacon.* apud Frisios in dies Ecclesia clarior. *Baronius.*	3 Childeberti 2.
696 Indict. 9.	9 Sergij. 1.	1 Leontij.	Mense Iulio Iustinianus à Leontio Patritio, conspirante & acclamante populo, relegatur in Chersonam, naribus truncatis. *Theophanes, Cedren. Zonar.* Leontius occupat Imperium.	4 Childeberti 2.
697 Indict. 10.	10 Sergij. 1.	2 Leontij.	Eugenius sextus, Scotiæ Rex, vita cessit, anno Regni 10. succedit filius, vel nepos Eugenii quinti, dictus Ambir Keletus: regnat annis 2. *Hector Boet. Lesleus.* Venetorum ciuitas in plures dispertita insulas, & per tribunos administrata; nunc tandem sub vno Duce regi cœpta est. Dux primus, vt aliqui notant, fuit Paulus Lucius. quo tempore nobilissimæ huius Reipub. Leges stabilitæ sunt. *lege Sabellicum, & Volateranum.*	5 Childeberti 2.
698 Indict. 11	11 Sergij. 1.	3 Leontij.	Saraceni nunc Africam inuadunt: vbi pugnatum aliquandiu, sed tandem Barbari superiores, integram possederunt, & huc vsque possident Africam. *Cedren.* de Sancto Lamberto Tungrensi Episcopo, nunc occiso sub Pipino, instigante pellice, quam vir sanctus arguebat, *Sigeber. Chron. Surius* 17. *Septembr.* Cùm Aquileiensis Ecclesia, vt antea commemoraui, Synodum Chalcedonensem non reciperet, Schisma Aquileiense ob tria Capitula, diu antea excitatum, & malum aliquoties curatum, sæpe renatum est: donec tandem hoc anno Sergius Aquileiæ habita Synodo rem totam sanctè componit, recepto ibidem Oecumenico	6 Childeberti 2.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Frãc.
			Concilio. *Baron.* Moritur, vt aliqui putant, Hiſpaniæ Rex Egicanes. Succedit filius Vitiza: quem tamen *Roderic.* Regno præficit Aera 740. hoc eſt poſt triennium. opinio eſt, non ſolum quidem, ſed cum patre regnaſſe ante hanc Aeram. *vide* 701.	-
699	12 Sergij 1	1 Tiberij 3. Abſimari.	Hoc, vel præcedenti anno Tiberius Abſimarus proclamatus Imperator ab exercitu, qui ex Africa pulſus erat, & Conſtantinopolin delatus, Leontium naſo præciſo iubet aſſeruari in Monaſterio. *Cedren. Zonar.* Ambir Keletus Scotiæ Rex in bello contra Pictos occubuit. regnat frater eius Eugenius ſeptimus: qui Scotorum Hiſtoriam ſcribi curauit. *Hector Boet. lib. 9. & Lesleus lib. 4. in hoc Eugenio.* Saracenis bellum eſt de Perſide inteſtinum. *Cedren.* Floret Sanctus Hubertus Epiſcopus Leodienſis, S. Lamberti Tungrenſis Epiſcopi, & Martyris ſucceſſor; & Sanctus Althelmus in Anglia. *Baron.* Scoti & Hyberni ferè omnes, Paſcha incipiunt legitimè colere. *Beda lib. 5. c. 16, & 22.*	7 Childeberti 2
Indict. 12.				
700	13 Sergij 1.	2 Tiberij 3. Abſimari.	Romani hoc ſecundo anno Abſimari Syriam & Samoſata peruagati, ad ducenta millia Arabum interfecerunt, onuſtique ſpolijs regrediuntur. *Cedren.* Ferraria mœnibus cincta ab Exarcho. obiit Cunibertus Longobardorum Rex, vt aliqui notant. *Sigonius* tamen poſt biennium eius ponit obitum. Luitperto filio Regnum eripitur à Ragumberto Taurinatium Duce, & Gundeberti filio. Slauinorum poſteritas, à fratribus Lech & Zech producta: putatur circa hæc tempora defeciſſe, in Bohemia, & Polonia: quando electi dicuntur Duces ſeu Palatini duodecim, penes quos eſſet rerum adminiſtratio. ſed poſtea ventum eſt ad reges. iterumque ad Duces. ad quam variam regiminis formam, ſequuta, quod deterius eſt, hiſtoriæ incertitudo ſanè non exigua.	8 Childeberti 2.
Indict. 13				

OCTAVI CENTENARII INITIVM.

Regna. MAgnum fuit hoc Seculo Francorum nomen, ſub Martello, Pipino, (à quo Pipinorum genus,) & Carolo Magno: qui Galliarum, Auſtraſiæ, Bauariæ, Auſtriæ, atque Italiæ Regnator euadēs: renuntiatus eſt exeunte hoc Seculo Imperator Occidentis. ſtabat adhuc Orientis Imperium à Iuſtiniano, (qui ῥινότμητος,) ad Irenem. Saxones, & Scoti, Britanniam tenebant. reliqua fetè Saraceni; præter noua Legionenſe, & Nauarricum, Regna, à Chriſtianis iterum inchoata hoc Seculo in Hiſpania. reluctantibus ſemper Mauris.

Status. *Eccleſiæ.* PEracta 7 Synodo, Orientis Eccleſia quietior fuit: reliqua ſub Chriſtianis Europa, felicem ſatis hoc Seculo curſum tenuit, ac præſertim ſub Imperio Francico. Syriæ, Aegypti, & Africæ Eccleſias, premebat exortum præcedente Seculo Barbarorum Imperium.

Doctrina. ECcleſiæ Authoritas, & Traditio. *Concil. Genera. 7. Act. 7. Damaſc. lib. 4. de Fide c.* 13. Primatus. *Concil. Genera. 7. Cā. 4. & Actio 2. Beda Homil. de SS. Petro & Paulo.* Liberum Arbitrium *Damaſcen de Fide Ortho. c. 25. Beda in Gene. c. 2* Bona Opera, & Merita. *Beda in c. 12. Lucæ, & Gregor. 3. in ſua Epiſt. 2. ad Bonifacium.* Sola Fides excluſa. *Damaſcen. lib. 4. de Fide c.* 10. *Alcuin. de Trinit. ſub. finem.* Euchariſtia *Beda in Boethium de Trin. initio & deinceps. Damaſcen. de Fide c.* 14. Sacrificium. *Concil. Generale 7. Actio. 6.* Pœnitentiæ Sacram. *Beda ad c. 11. & 16. Lucæ. Alcuinus de Diuinis Offic. in c. Ieiunij.* Purgatorium. *Damaſc. Orati. quod hi, qui cum Fide ex hac vita, & c. Beda in Pſalm.* 37 Inuocatio Sanctorum. *Damaſcen in Orat. de Natiuit. B. Virg. & Orat de Aſſump. Beda in c. 1. Lucæ.* Reliquiæ. *Damaſcen. lib 4. de Fide, c.* 12. *Beda de ſex Aetat. in Leone 2. Imp.* Cælibatus *Alcuin. lib. de Virtut. & Vit. c. de Caſtitate. Beda in c. 1. Lucæ.* Abſtinentia à cibis. *Damaſcen. lib. de Hæreſib. Beda in iu c. 4. Lucæ, ſub initium.*

Anni Chriſti	Anni Pont.	Anni Imp.	Reg. Franc.
701	14 Sergij 1.	3 Tiberij 3. Abſimari	9 Childeberti 2.
Indict. 14			

RAGVMBERTO poſt hunc, vel ſequentem annum extincto, filius Aripertus ſuſcepit Regnum Longobardorum. *Notauit Sigon.* annum 704. Dehuius Regis initijs & bello, *Paul. Diacon. Anaſtaſ. Blondus.* Theophylactus deſtinatur in Italiam Exarchus aliqua in Pontificē, vt putabatur, moliens; coactus eſt re infecta Rauennam abire. *Onuph. Blond Sgon* 702. moritur Sergius Papa 5 idus Septēbr. *Anaſt.* ſucceſſit Ioannes ſextus, 29 Octob. natione Græcus. huius precibus poſtea effectum, vt Beneuentanus Dux, Campaniam ferro vaſtans, ſeſe inde reciperet. *Sigon. anno* 704. *& Paulus Diac.* Sergij res geſtas *notauit Baron.* 701. vbi aduertit ab hoc tempore imminutam plurimùm Exarchorum potentiam in Romanos Pontifices: dum militares copiæ Italicæ, Romanam Sedem percupiunt eſſe ab iniuria Exarchorum ſecuram. nunc ſaltem, *vt habes anno* 698, mortuo patre, incipit regna-

Toletani Concilij 18 sub eo habiti, nullum extet vestigium. memorandum Principibus exemplum, ne aliena, & præsertim Ecclesiæ iura subuertant. Præterit enim eorum vita, & posteriora secula de illis, vt verè, ita liberè loquentur.

702 Indict. 15. — 1 Ioannis 6. — 4 Tiberij 3. Absimari. — 10 Childeberti 2.

Heptadæmon quartam Armeniæ partem, cui præerat, deficiens ab Imperatore, tradidit Arabibus. Philippicus exulat, quòd somniasset sibi aduenturum Imperium. *Cedren.* pulso Callinico Patriarcha Constantinop. subrogatur Cyrus Monachus, anno 703.

703 Indict. 1. — 2 Ioannis 6. — 5 Tiberij 3. Absimari — 11 Childeberti 2.

Saraceni victi pelluntur è Cilicia: sed Armeniam, quæ ad Imperij iura redire studebat, opprimunt magna cæde edita, *Cedren.* Norbertus moritur. Subrogatur Maior Domus Franciæ Grimoaldus, Pipini filius. *Aimoinus cap.* 48. *Ado.* excessit è viuis Alfredus Northumbrorum Rex anno Regni 19. succedit filius Osredus. *Beda, Malmesberien.* at *Matthæus Vestmon. notat* anno 705. S. Benedictus Abbas in Anglia migrat è vita. *Baron. idem Matthæus, ad annum* 703.

704 Indict. 2. — 3 Ioannis 6. — 6 Tiberij 3. Absimari — 12 Childeberti 2.

Iustinianus, relicta Chersona exilij loco, Daras ad Chaganum peruenit, inde ad Bulgaros, & Slauinos: quos ad se pertraxit, parans se magno animo ad recuperandum Imperium. *Cedren.* nunc saltem Aripertus regnat apud Longobardos, profligatis Ducibus, qui obnitebantur. *Sigon. anno* 705. hic Rex fundos plurimos, & patrimonium Alpium Cottiarum, Romanæ Ecclesiæ restituit, à Rotharico Rege adempta: quam ipse donationem aureis literis exaratam misit ad Romanum Pontificem. *Paulus Diacon. Anast. Ado in Chron. Beda, Sigon. & alij.*

705 Indict. 3. — 1 Ioannis 7. — 7 Tiberij 3. Absimari — 13 Childeberti 2.

Obiit Ioannes Papa 10 Ianuarij: substituitur primo Martii Ioannes septimus, Græcus. Iustinianus ὁ ῥινότμητος, hunc ferè annum ponit in aditu parando ad Imperium, & ducendis copijs. annus sequès illi primus erit à restituto Imperio; vel, iuxta alios, hic idem annus 705. inualuit iam in Galliis summa potestas apud Maiorem Domus; & Regibus, nomen penè solùm manebat, nec dabant se in publicum, vt aliqui narrant, nisi ineunte Maio.

706 Indict. 4. — 2 Ioannis 7 — 1 Iustiniani 2. Rhinotmiti iterũ — 14 Childeberti 2.

Hoc anno Iustinianus ῥινότμητος, deuictis hostibus, Leontium (qui in carcere erat,) & Absimarum crudeliter occidit, aliorum editâ cæde memorandâ: regnatque sex annis. *ex Cedreno.* regnante Ariperto obiit Gisulphus Dux Beneuentanus: succedit filius Romualdus. Trasimundo Duci Spoletano mortuo succedunt duo filij. *Paulus Diacon.* Iustinianus anno 3 à restitutione, *inquit Cedren.* ingratè se gerens erga Bulgaros, pacem rumpit & vincitur. Ethelredus, vnus ex Pendæ Merciorum regis filiis, Kenredo nepoti regnum relinquens, Monachus efficitur, *vide an.* 711.

707 Indict. 5. — 3 Ioannis 7 — 2 Iustiniani 2. Rhinotmiti iterũ. — 15 Childeberti 2.

Dissentiunt hic plurimùm Hispanici Historici de exitu & successore Vitizæ, Regis Hispaniæ: quorum aliqui Costam regem nunc illi substituunt: alij eundem prætereunt. de qua re *vide inferius indictione octaua, & anno* 710. excessit è vita Ioannes Papa 17 Octobr. Indictione 5. succedit anno sequenti Sisinnius Syrus. hoc eodem anno secundo Iustiniani restituti, misit ille Romam Canones Sextæ Synodi, quos coactâ Synodo recusat approbare Pontifex Ioannes adhuc superstes. *Baron. an* 705. *Sigon.* 709.

708 Indict. 6. — 1 Sisinnij 1. & Constãtini. — 3 Iustiniani 2. Rhinotmiti iterũ. — 16 Childeberti 2.

Habuit hic annus duos Pontifices. Sisinnius Syrus, electus 15 Kalend. Februarii, obiit post 20 dies. succedit 7 Martii Constantinus Syrus. initio huius Pontificatus refractaria, & sæpe rebellis Ecclesia Rauennatum, coacta ab Imperatore obedire Pontifici, & punita, fuit deinceps ab hoc tempore obsequens Romanæ

Anni Imp.	Anni Pont.	Anni Christi.		Reg. Franc.
709 Indict. 7.	2 Constantini.	4 Iustiniani 2. Rhinotmiti 1.	Ecclesiæ. *Baron.* Excurrit hoc anno septima Indictio. Theophilacto Exarcho mortuo substituitur Ioannes Tizocopus. *Sigon.* 710. *Onuph.*	17 Childeberti 2.
710 Indict. 8.	3 Constantini.	5 Iustiniani 2. Rhinotmiti 1.	Vita functus est in Galliis Childebertus secundus. Regnat Dagobertus secundus, quem omnes regnasse ponunt 5 annis. *Aimoin. c. 49. lib. 4.* & nunc quidem cœpisse, veteres docent Annales, dum notant eũ obiisse diem anno 715. Costa (si tamen regnauit) nunc regnandi, viuendique finem fecit: regnatque Rodericus in Hispania, Theofredi filius. *Tuden. in Chron.* hic Visigothorũ Rex vltimus scribitur. De Constantini Pontificis profectione Constantinopolin, rogante Imperatore: de honore illi exhibito, & prospero reditu, *prolixe Sigon. anno* 710, *& Baron. ex Anastasio, Beda, Mariano Scoto, & Anselmo.* actum ibi de Canonibus Synodi quinisextæ: & licèt hanc profectionem Constatini in Orientem, quando accidisse ad pedes Põtificis narratur Imperator, velut honorificam Pontifici nollent audiri Nouatores Caluinistæ: nemo tamen est, qui non fateatur, nunquam potuisse adduci Pontificem, vt hos Canones approbaret.	1 Dagoberti 2.
711. Indict. 9.	4 Constantini.	6 Iustiniani 2. Rhinotmiti 1.	Tizocopus tyrannicè se gerens in Exarchatu, à Rauennatibus occiditur; & mansit triennio Italia sine Exarcho. *Onuph.* Kenredus, seu Couiredus Merciorum Rex, & Offa Orientalium Saxonum Regulus, Romam profecti, vitam professi sunt Monasticam. regnat Ceolredus. *Polydor. lib 4. Malmesber. & Mathæus Vestmon. ad an* 710. Saraceni Mauritaniam omnem vicinásque Prouincias sibi subiiciunt. *Leo African. lib. 3 Histor.* Iustinianus, cùm duriter ageret in Chersonenses ad Pontum Euxinum, Philippicus, dictus Bardanes, acclamatur Imperator ibidem, deficiente ad eum nouo Imperatoris exercitu: & sic capto, occisoque Imperatore Orthodoxo, imperat hæreticus. *Zonar. Cedren. Theophanes, Sigon.* Huius hæretici Imperatoris, & Monothelitæ professionem fidei missam Romam, reiecit Pontifex. de qua *lege hic Baron. vide an.* 702.	2 Dagoberti 2.
712 Indict. 10.	5 Constantini.	1 Philippici.	Hoc Christi anno, & Æra 750, anno Hegiræ 91, Saraceni deficiente ad eos Iuliano, qui in Mauritania pro Roderico gubernatorem egerat, ingrediũtur Hispaniam è freto Herculeo per fluuium, qui veteribus Bætis dicebatur: & Bæticam Hispaniã miserè vastant, abducta ingenti præda. *Roderic. Toletan, Alphõsus Cartagena, & alij.* Philippicus, occisis Iustiniani fautoribus, & Cyro Patriarcha deturbato, Ioannem Monothelitã substituit: coactaque Pseudosynodo, cogit Episcopos sentẽtias dicere in damnationem Sextæ Synodi. *Zonar.* apud Longobardos Ariperto mortuo, Asprandus victoriâ & Regno potitur: sed post tres menses, Indictione decima, vita cessit: regnat filius Luitprandus. Cõstat hæc ratio temporis, ex Edictis huius Luitprãdi Regis *in Cod. Lõgobard.* relatis ad Indictiones. malè itaque Onuphrius huic initio dedit primam Indictionem. de interitu Ariperti, *Sigon.*	3 Dagoberti 2.
713 Indict. 11.	6 Constantini.	2 Philippici.	*Ado*, qui vult Childebertum tantùm 13 annis regnasse, debet hic Dagoberti 2 excessum collocare: sed de hoc nos *supra* 710. hoc anno certatim Saraceni, Iuliani proditione callidâ, Hispaniã armis nudatam, & euersis vrbium mœnibus, inuadunt, & occupant, occiso post aliquot certamina Rege Roderico, Aera 751, vt anno præcedente notatum est. de hoc primo Maurorum aduẽtu in Hispaniam, *lege Marianam lib. 6. c. 21.* quo etiam tempore, magno Dei iudicio, Barbari Arabes Orientem, & Græciam magnis affecere cladibus. Pseudomonachus diuinator, & Monothelita, qui Philippico Imperium prædixerat, cùm à Philippico promouendus esset ad Patriarchatum, cœcus factus est. *id narrat Baronius 217. num. 2.*	4 Dagoberti 2.

714 Indict. 12.	1 Gregorii 2.	1 Artemii, seu Anastasii 2.	*Cedrenus, & alij ferè omnes*, dant Philippico biennium: qui facta conspiratione, & plerisque consentientibus Senatoribus, priuatus nunc Imperio, orbatur oculis. *Zonar. Cedren.* subrogatus Imperator est Artemius, dictus quoque Anastasius secundus. diem clausit hoc anno Pipinus mense Decembri; qui magna cum laude 27 annis Maior Domus vixit in Francia, & Austrasia, quam ipse Præfecturam, Carolo filio notho resignauit, qui Martellus dictus est: quod tamen nouerca Plectruda impedire studuit. circa hunc annum occiso Osredo Northumbrorum Rege, regnant Osricus, & Kenredus occisores, & filij Egfredi Regis. *Malmesberien.* annum 717 notant aliqui. Saraceni, seu Mauri reliquam Hispaniam sibi subiiciunt, & octo ferè mensium spatio possidere ibi cœperunt, quod vix 800 annis recuperarunt omnino Christiani. reliquiæ Visigothorum, in Cantabriam se recipientes, armis & locorum asperitate effecerunt, ne Maurorum arma vlterius progrederentur. notatur suprema & memoranda hæc à Mauris reportata victoria, mense Iulio, vel Septembri, Aera 752. ac proinde hoc Christi anno. Iulium mensem *dat Gueuarra in Epistolis: & Paulus Diaconus lib.* 10. *Historiæ Longobard.* notat annum 10 antequam Saraceni venirent in Galliam contra Martellum Principem. Constantinus Papa ex hac vita decessit nono Aprilis, magna laude dignus Pontifex: succedit Gregorius Secundus 22 Maij, Romanus, *ex Anastas. Theophane, & Sigeb.*	5 Dagoberti 2.
715 Indict. 13.	2 Gregorii 2.	2 Artemii, seu Anastasii 2.	Anastasius Artemius Imperator, Scholasticum mittit Exarchum. Italiam *in Sigon.* & deturbato Ioanne Patriarcha Constantinopol. substituit Germanum *Zonar.* Theodobaldum Maiorem Domus pellunt Franci. moritur Dagobertus, & educto ex Monasterio Danieli, qui ex stirpe Regia erat, nomen Chilperici imponitur, vnà cum Regni Diademate. Carolus Martellus euadès è carcere, cœpit armis ius paternum repetere, & nunc quidem à Francis repulsus est. hinc tamen rectè sumitur initium Principatus illius; si, quod multi affirmant, 27 annorum fuit, vsque ad Pipinum Breuem, & Pipinorum Dynastiam in Gallia. Regnarunt interea duo Reges: sed ferè nomine tantùm; & quorum anni non satis notati sunt à Scriptoribus. itaque Martelli annos hîc vt Chronologicos damus.	1 Caroli Martelli, Maioris Domus Regni Francia.
716 Indic. 14.	3 Gregorii 2.	1. Theodosii 3.	Mense Augusto, Indictione 14, Anastasio acto in Monasterium, cogitur quidam Theodosius Imperium acceptare. *Cedren.* Iulianus Comes ob præmium proditæ Mauris Hispaniæ, priuatur nunc quidem patrimonio, postea etiam vita, ab ijsdem Mauris. post diuisam in regna Hispaniam, tributis premunt Christianos, *ex Tudensi in Chron.*	2 Caroli Martelli, Maioris Domus.

REGNORVM IN HISPANIA INITIVM. VARIVM.

MAnsit penes Romanos Hispania vsque ad Honorij & Theodosij tẽpora, vti obseruaui ad annos 409, & 410. àquo tempore Vvandali, & Alani socij, sedes ibi figere cœperunt. breui tamen successerunt Visigothi, qui Reges suos saltem in Hispania, numerant à Vallia, de quo ad annos 415, 419. & demum 427. quo tempore Vandali cesserunt Hispania vocati in Africam. regnatum àVisigothis in Hispania deinceps est, vsque ad Rodericum Regem vltimum, & annum 713. quando cæso Roderico, Saraceni Hispaniã occuparunt. amissa ergo Hispania Iuliani Comitis proditione, diu Mauris seruiuit; partim cæsis. partim compulsis in Cantabriam Visigothis. verum coeuntes iterum hi Christiani in vnum, cœperunt nouorum Regnorum iacere fundamenta in Asturiis, Legione, & Iacetanis Aragoniæ montibus ab annis 717, 727, & 732. à quibus Regnorum initiis, Regum deinceps Chronologiam, seriemque deducimus. ergo post Seculi octaui initium, inchoata, vel inuitis Mauris regna numerantur præcipua, Legionense, Castellanum, & Aragonicum. è quibus Legionense antiquissimum est. Castellæ verò, & Aragoniæ Regni initia, circa annum 1015. & 1016. tandem tamen Legionensis Regni posthabito nomine pulsisque sensim Mauris, Castellani Regni titulus, & ditio inualuit: donec circa annum 1479, Castellæ Regno vnitum etiam Aragonicum est, in Ferdinando & Elizabetha Principibus: ad quos à Pelagio Legionis primo Rege illustrium Regum producitur Catalogus, manstque post Ferdinandum hæc Regni felicitas & amplitudo Carolo 5, & Philippo 2 integra: auctaque ab isdem in hoc nostro, alteroque Orbe amplissimis victoriis. quarum fructum, ob insigne Religionis propugnandæ studiũ, (quod in magnis his Monarchis semper enituit) Deus singulari hactenus fouit prouidentia.

Anni Christi	Anni Pontif.	Anni Imper.	Franc. Reg.
717	4 Gregorij 2	1 Leonis 3. Isaurici,	3 Caroli Martelli, Maioris Domus Regni Francia.

Indict. 15.

LEo Isauricus salutatur à suis militibus Imperator. Anastasius verò sponte se abdicauit, deteriora pertimescens. accidit id 15. Indictione. ex Græc. Annal. & præsertim Theophane qui dat hanc 15. Indict. licet Cedrenus det Anastasio biennium. Paulo Lucio Venetorum Duci, succedit Marcellus. Volateran. Sabel. Pharoaldus Spoletanus Dux, Rauennam obsessam capit, sed cogente Rege Luitprando breui restituta est Romanis. Paul. Diacon. Carolus Martellus, dùm pergit ius paternum repetere, pugnat hoc anno iusta acie apud Cameracense oppidum, aduersus Francos, mense Martio, & victo Chilperico Rege, persequitur hostes Parisiis vsque. Sigebert. qui Carolo dant tantùm 25 annos, numerant ab hac pugna apud Vinciacum. extincto Visigothorum Regum nomine, cœpit hoc anno, vt præfatus sum, Regnum Legionense in Hispania, Rege Pelagio, ex patre Fauilla Duce Cantabriæ, quem occidit Vitiza. Rex hic ex Cantabria, & aliundè comparato exercitu (Astures enim eum delegerunt Ducem) memorabili pugna Mauros vicit, & Legione ciuitate (Leon Gallice) primùm erepta Mauris, nomen regni fecit. sub hoc Maurorum dominio, Christiani licet tributis grauati, retinuerunt tamẽ liberum Religionis exerci-

tium. Nunc ex humanis excessit Eugenius Scotiæ Rex: succedit Mordacus; laudatus Princeps *apud Boet. lib.* 9. Eugenii 6 nepos. *Lesl.* hac Indictione 15. Tiberis alueum egressus, inundat per septem dies, & Vrbem, agrosque latè occupat. *Beda de sex Ætat.*

718 | 5 Gregorij 2. | 2 Leonis 3. Isaurici. | Indict. 1.

Carolus Martellus Austrasiam inuadens, Coloniam cepit: & nouercam ad ea, quæ ipse volebat, compulit. mox Chilpericum iterum victum fugere coegit ad Aquitaniæ Ducem, qui ab aliquot annis supremum ibi agebat Principem: an vsurpatione, an verò Roderici Hispanorum Regis concessione, certatur inter Historicos Galliæ, & Hispaniæ. Saracenorum Princeps (quem *Cedren.* & *Zonaras* Solimannum vocant, alii aliter) Constantinopolin obsidere aggreditur, hac prima Indictione. Durat biennio obsidio. numerantur nauium 3000. & hominum 300000. omnes miserè periere. *Cedren. Baron.*

4. Caroli Martelli. Maioris domus.

719 | 6 Gregorij 2. | 3 Leonis 3. Isaurici. | Indict. 2.

Mortuo quodam Clotario, quem Carolus Martellus titulo tenus regnare fecerat, idem Carolus repetit Chilpericum à Duce Aquitaniæ: quem pari titulo, regnare fecit. *Ado.* in Anglia defuncto Regi Merciorum Celredo succedit Ethelbaldus, regnat annis 41, *ex Malmesber. & Matthæo Vestmon.* Soluitur obsidio Constantinopolitana, (718) cum incredibili Saracenorum damno, *vt constanter narrant Historici.* Nam Saraceni diuinitus igne, fame, frigore, & tempestate ita repressi sunt; vt tantùm quinque naues euaserint. Sanctus Bonifacius Presbyter Anglus, accepta potestate à Gregorio Papa, Verbum Dei annuntiat in Frisia, magno cum fructu. *Auentin. lib.* 3 *Baron.*

5. Caroli Martelli. Maioris domus.

720 | 7 Gregorij 2. | 4 Leonis 3. Isaurici. | Indict. 3.

Nascitur Leoni Imperatori Constantinus filius, dictus Κοπρώνυμος, à fœdo futuræ vitæ indicio dum baptizaretur. *sed vt narrat Cedrenus*, & Miscella, natus est excurrente adhuc *anno* 3 *Leonis.* defuncto Chilperico, Carolus Martellus substituit quendam Theodoricum, regnatque hic personatus Rex annis 18. *Annal. Ferunt hoc anno*, Hispaniæ Mauros, seu Saracenos, capta Narbone, vastasse illam prouinciam; sed prope Tolosam repulsos à Duce Aquitaniæ, occiso eorum Rege. moritur Vulfranus Archiepiscopus Senonen. *Surius* 20. *Martii.*

6. Caroli Martelli. Maioris domus.

721 | 8 Gregorij 2. | 5 Leonis 3. Isaurici. | Indict. 4.

Copronymus, iubente patre, coronatur, ipso Paschatis die. *Cedren.* tamen non hac, sed 3 Indic. ex Breuiario Nicepho. & Theophane. Concilium Romæ habetur 22 Episcoporum, in quo damnãtur qui inibant vetita coniugia, cum Moniali, Presbytera, aut Diaconissa. Dicebantur Præsbyteræ, & Diaconæ, quæ à viris ad Presbiterium, & Diaconatum promotis relictæ erant, ex mutuo consensu, & cum obligatione seruandi castitatem. *Baron.* 721. *num.* 1.

7. Caroli Martelli Maioris domus.

722 | 9 Gregorij 2. | 6 Leonis 3. Isaurici. | Indict. 5.

Habent hæc tempora magnam rerum inconstantiam. nam attrita iacebat Hispania à Saracenis, subacta ab iisdem Africa, Imperatoris Orientis intestina cæde & externis Saracenorum bellis afflicti, parum valebant. Francia, Reges quidem habebat, sed nullius ferè authoritatis, eamque grauiter afflixerant Caroli Martelli bella. In Italia incipiunt ciuitates, suos proprios habere Duces, vnde multa Italorum nata inter se, & cum Græcis deinceps bella. Carolus Martellus Eucherium Aurelianensem pellit in exilium. & Leo Imperator, Iudæos ac Montanos impellit ad Baptismum. qui fuerint hi Montani, non constat.

8. Caroli Martelli. Maioris domus.

723 | 10 Gregorij 2. | 7 Leonis 3. Isaurici. | Indict. 6.

Idem Bonifacius, *de quo* 719, nunc Romam à Papa vocatus, ordinatur Episcopus, & præstito solemni Episcoporum iuramẽto, (*extat apud Baronium formula*) acceptisque literis à Sũmo Pon-

9. Caroli Martelli. Maioris domus.

Anni Christi	Anni Pont	Anni Imp.
724 Indict. 7.	11. Gregorij 2.	8. Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.
725 Indict. 8.	12 Gregorij 2.	9 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.
726 Indict. 9.	13 Gregorij 2.	10 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.

tifice, destinatur in Germaniam: quæ hac ratione Euangelium recepit. Sed non soli sunt Germani, qui accepto hoc beneficio, Euangelioque à Romanis Pontificibus, ingrati postea, & beneficii immemores, quintum sibi confinxerunt Euangelium.

Ad hunc Bonifacium extat Danielis Episcopi Angli Epistola apud Baron. 724. de ratione agendi cum nondum conuersis ad Christiana sacra hominibus in Germania. & rectè sanè inter cætera monet, non irritando, sed placidè & cum moderatione, esse illis obiiciendos paganismi errores. In Britannia, Ina Occidentalium Saxonum Rex, Regnum relinquit cognato Æthelardo. ipse Romam profectus, scholam ibi Anglorum ædificat, vt esset seminarium ad Anglos in virtute & fidei doctrina erudiendos. *Mathæus Vestmon. ad an.* 727. quo ferè tempore Historiam cœpit scribere *Beda*. quam Ceolulfo posthæc Regi Northumbrorum 17, dicauit. *Polyd, & Mathæus citatus.* exoritur in Oriente Iconoclastarum Hæresis, authore Iudæo, *vt ex Nicena Synodo secunda narrat Baronius*: quando Leo Imperator, cœpit sacris Imaginibus (vt suaserat Iudæus) bellum indicere. rem *narrat Zonaras in Leone*, & veteratoris Iudæi breui secutam mortem.

Notat Sigonius anno 723, nunc venisse Paulum Exarchum in Italiam, reuocato Scholastico Italiæ Exarcho 13. Carolus Martellus, *vt scribit Ado*, Saxones & Bauaros ad pacem, & quas volebat conditiones compellit: repressis etiam Germanis ad arma propensis, qui sibi ex tot prosperis Caroli rebus metuebant. Eudo Aquitaniæ Dux occupato in Germania Carolo, Regnum Franciæ inuasit. sed compositis Germaniæ rebus, regressus ex improuiso Carolus, Eudonem fugat in Vasconiam, relicta Aquitania. *Annales Franc.*

Ex *Cedreno, & nonnullis alijs*, Leo Imperator hoc nono Imperii anno scribit Edictum contra sacras Imagines. *narrant Scriptores*, tum impellente quodam Iudæo, qui prædixerat ei Imperium, tum Saracenorum exemplo, pertractum in hanc Hæresim. decessit Marcellus Venetorum Dux, substituitur Oleus Hippatus, dictus Vrsinus. *Sabel. Volater.* Luitprandus Longobardorum Rex Rauennam obsidione cingens, bellum aduersus Romanos aggreditur, quod non nisi in Desiderio Rege, & cum Regno Longobardorum extinctum est. *Sigon, qui narrat* Regem illa vrbe potitum, & diripiendam militibus permisisse. sed breui Paulus Exarchus, iungens se Venetis (quos Gregorius Papa, in fauorem Imperatoris, oblitus priuatæ iniuriæ, impulit ad hanc belli societatem) vrbem recepit. extant Gregorii literæ *apud Sigon.* Eudo Aquitaniæ Dux, in odium Martelli, vocat in Gallias ex Hispania Saracenos. qui mox adfuere ad 400000. occupantque totam Aquitaniam, incenso apud Pictauos Sancti Hilarii templo. *Genebrard. vetus Chron. à Pithæo editum, Appen. Gregor. Tur. Marianus Scotus, & alii.* licet non omnes de anno conueniant.

Decreto Leonis Imperatoris perlato in Italiam contra Imagines, omnium animi vehementer permoti sunt, & ad defectionem etiam impulsi, (*vt ex veteribus Scriptoribus colligit Sigon.*) nam damnato semel à Papa Edicto, Romani, Campani, Rauennates, & Pentapolitani defecerunt à Leone. Paulus quoque Exarchus occisus est; Romæ Petrus Dux oculis orbatus; in Campania obtruncatus Dux Exhilaratus, vnà cum filio. Calumniam tamen esse docet *Baronius*, quòd opera Gregorii auulsum sit Occidentis Imperium à Leone. Damnauit ille quidem impium Edictum, vt par erat, & tunc Christiani pro Pontifice se opposuerunt. illi inquam, quos recensui, & ipsi insuper Longobardi, *lege Baron. an.* 726. Interim Saraceni Gallias occupare pergunt. ve-

Franc. Reg.

10 Caroli Martelli, Maioris Domus Regni Francia.

11 Caroli Martelli, Maioris domus.

12 Caroli Martelli Maioris domus

rùm post tot regna, Arabum armis tentata, atque huc vsque subacta, sola potuit Francorum virtus, grassantem hanc colluuiem repellere, & furori Barbarico terminum præfigere. itaque Carolus Martellus, rebus cum Eudone compositis, occurrit Barbaris, & insignem reportat victoriam apud Turonensem ciuitatem, mense Octobri, vel Augusto. vbi vnà cum Rege (*ait Anastasius*) truci data sunt 300075 Barbarorum millia. *lege Blondum, Paul. Diac. Odon. Annal. Franc. Æmil. Sabel. &c.* Osritus, seu Osricus Northumbrorum Rex moriens, successorem relinquit Ceolulfum, cui *Beda* Historiam dicauit. *vide anno 723.* Corpus Sancti Augustini Hipponensis, auro Saracenis dato, redemptum à Luitprando, & translatum è Sardinia Ticinum. *Beda de sex Ætat. in fine.* de Bibliotheca numerosa, nunc à Leone incensa Constantinopoli, *Baron.* Romæ habetur Concilium, in quo Iconomachorum Hæresis damnata. Statuitur pius Imaginum sacrarum cultus. *extat Concilii fragmentum in Epistola Adriani Papæ ad Carolum Magnum. Baron.*

727 | 14 Gregorij 2. | 11 Leonis 3. Isaurici. Iconomachi. | Indict. 10. | 13 Caroli Martelli Maioris domus

Cycladum insulani Ægæi maris, & Helladici, rebellantes contra Imperatorem, profligantur, incensa rebellium classe. *Theoph* Saraceni Nicæam Bithyniæ obsident, conatu tamen irrito. *Theophanes* Imperatori constanter, præter alios, resistunt in Quæstione de Imaginibus, Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, & sanctus Ioannes Damasc. *Author vitæ Dam. & Baron.* Exortâ hac Iconoclastarum Hæresi, conticuit omnino Eutychiana. conspirantibus Romanis & Longobardis in defensionem Romani Pontificis, tutus mansit à minis Imperatoris, cum desiissent Duces Vrbis pro Imperatore stare, (*vti noto anno 726.*) cura omnium recidit in Summum Pontificem: & dum sæuum Leonis Imperium pleræque ciuitates respuerent, quæ (*ex Sigonio*) iurarunt Pontificis authoritati deinceps obtemperare. Atque ita, *inquit ille*, Romanus Ducatus à Græcis ad Romanum peruenit Pontificem. *Idem Scriptor eodem anno 727*, has omnes, quæ sponte à Græcis defecerunt ciuitates enumerat. Eandem à Leone defectionem *habent Cedren. Zonaras, Sigebert. Theophanes, & alij Scriptores non pauci. addit Zonaras*, Gregorium Anathemate Synodico obstrinxisse Imperatorem. Dum vincuntur Saraceni in Galliis, Burgundiones moliuntur res nouas. Sed Carolus, magna celeritate eò aduolans, tumultum & rebellionem repressit, valido Lugduni relicto præsidio: quam vrbem inter alias suæ ditioni subegit. *Annal. Franc. & Pithæi Chron.* prouinciam tunc Saracenis ereptam adiecisse dicitur Francorum coronæ, *vt habet vetus Chronicum editum à Pithæo. notant aliqui*, hoc anno initium Regni Aragoniæ in Hispania, Duce Garsia Ximene, ex veteri Gothorum prosapia, qui pulsis inde Saracenis, Regnum sibi, & posteris parauit. *ita Franciscus Tarafa*, Regni annos numerans ab hoc Christi anno. alii tamen regnasse ponunt tantum ab anno 730. licet nunc Saracenis bellum indixerit. sed alia nos damus initia, *ad annum 1015. & 1016.*

728 | 15 Gregorij 2. | 12 Leonis 3. Isaurici. Iconomachi. | Indict. 11. | 14 Caroli Martelli. Maioris domus.

Eutychius Exarchus, & Luitprandus Longobardorum Rex, in Pontificem, & in Ducem Spoletanum, qui à Rege defecerat, conspirant. Dux tamen belli exitum timens, Regi obtemperat. Roma demum his armis obsessa, in pratis Neronis prope Basilicam Vaticanam, exorante Regem Pontifice, liberatur. *Sigon. 278. & 279.* rogante Rege Pontifex beneuolè excepit Exarchum, firmatâ vtcumque pace. *Baron. 729.* Eudo Aquitaniæ Dux diem clausit. filii à Carolo Martello inde pulsi, (*vetus Pithæi Chron.*) Septimaniæ & Gothicæ Galliæ populos (vulgo Languedoc) commiseratione mouent ad arma in Carolum, vastata aliquan-

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.
729 Indict. 12.	16. Gregorij 2.	13 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.
730 Indict. 13.	17 Gregorij 2.	14 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.
731 Indict. 14.	1 Gregorij 3.	15 Leonis 3 Isaurici, Iconomachi.
732 Indict. 15.	2 Gregorij 3.	16 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.
733 Indict. 1	3 Gregorij 3.	17 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.

tulum ab his Burgundia est. coacti tamen, regrediuntur in patriam. *Æmilius.* Leo Imperator S. Germanum vexat. *Sigebert. Cedren.* & falsis confictis literis S. Damascenum accusat, cui amputata manus restituitur miraculosè. *Baron.*

Luitprandus Duces Spoletanum & Beneuentanum Longobardos, ad iura Longobardorum compellit redire. Carolus Martellus rebellantes Frisones domat. quos, occiso eorum Duce, impulit etiam ad Christianismum. *hoc narrat Sigebertus ad an.* 734. Cazari, seu Turcæ, Duce Humo, Chaiani filio, in Armeniam irrumpentes, Saracenorum Prætorem cum toto exercitu trucidant. *Diacon. lib.* 21. apparuerunt, *inquit Matth. Vestm.* hoc anno duæ stellæ solem comitantes, & magnarum mutationum indicia. *vide an.* 722.

Saraceni, fœdere inito cum Visigothis, regrediuntur in Galliam, & capta Auenione, vicinas Prouincias depopulantur. *Sigebert.* 374. *& sequen.* Leo Imperator, conuocatis aliquot Episcopis, damnat Imaginum vsum, & pulso in exilium S. Germano, (qui hoc anno moritur,) Anastasium discipulum impium substituit. *Cedren. Zonar. Anast.* De hac persecutione, *Ioan. Damascen. Oratione 2. de Imagin. Theophanes.* Germani scripta aliqua *habentur in Biblioth. SS. PP.*

Interim, dum Luitprandus adest Carolo Martello contra Saracenos in Galliis, *vt ait Marianus Scotus*; Eutychius Exarchus Ducem misit in Æmiliam ad Rauennam occupandam, (vbi res illi malè succesſit) ipse Ariminum inuadens, totam recipit Pentapolim. *Sigon. anno* 731. Inter hæc Gregorius eximius Pontifex, & Magno Gregorio comparandus, tertio Idus Febr. supremum vitæ explet diem, Indictione 14. *ex Anast.* subſtituitur Gregorius 3. 14. Kal. Mart. Carolus Martellus expugnat Auenionem, pulsis inde Saracenis. hoc anno *Beda* finem imponit Historiæ, *vt ipsemet in fine notat.* de qua *dixi ad an.* 723.

Luitprandus, post obitum Romualdi Beneuentani Ducis, nepotē suū Gregoriū huic præfecturæ imposuit. *Sigon. narrat Paulus Diaconus*, Trasimundo ademptū Spoletanū Ducatum ab eodem Rege. nunc Carolus in Gallia Narbonem obsidebat, quam Athinus Saracenorum, Rex propugnabat. & eodem ferè tēpore, missus putatur à Carolo Pipinus filius in Italiam, adhuc adolescens, ad Luitprandum; vt peracta illius temporis solemni ceremonia, arctum fœdus iniret cum Longobardis. succiso enim capillo (quod summæ necessitudinis indicium erat) Pipinum Luitprandus filium salutauit. *Paul. Diac. Aimoin.* Decessit Pelagius Legionensium in Hispania Rex primus, Æra 770. succedit Fauilla filius. *Roderic.* Obiit Mordacus Scotorum Rex, iustus piusq; princeps. *Leslæus lib.* 4. mox regnat Elfinus, Eugenii septimi filius. idque annis 30. *Boet. lib.* 9. Masalmas Persarum Regis Dux Saracenus, mouerat arma in Turciam, victus ante à Turcis: sed à Caspiis portis, metu pedem refert. *Miscella.* Leo Chaiani Cazarorum Regis filiam, Constantino filio dat vxorem, & Irenem vocat, quæ Catholica piaque euasit. ingens Imperatoris classis in Pontificem missa, periit naufragio in Adriatico mari. ille ira percitus, Calabriam, & Siciliam grauat tributo. *Sigon. Theoph. Cedren.* Gregorius Pontifex, Romæ habita Synodo, damnat Iconomachos. *Baron.*

Nouus Maurorum exercitus, submissus in Gallias ad Narbonem obsidione liberandam, fusus fugatur, vna cum Athino Rege, & Carolus vrbe potitur. *ex veteti Chronico Pithœi.* Gregorius pergit literis & legatione Leonem ab impietate reuocare, sed nihil proficit. *Anastasius.*

Pemmo,

Franc. Reg.

15 Caroli Martelli. Maioris domus.

16 Caroli Martelli. Maioris domus.

17 Caroli Martelli, Maioris Domus Regni Francia.

18 Caroli Martelli Maioris domus.

19 Caroli Martelli Maioris domus.

Anni Christi	Anni Pont	Anni Imp.		Reg. Frãc.
734 Indict. 2.	4. Gregorij 3.	18 Leonis 3. Isauriei, Iconomachi.	Pemmo, Dux Foroiulienſis, ob indigne exceptum Caliſtum Patriarcham Aquileienſem (quem in carcerem coniecerat) Ducaru priuatur à Luitprando Rege: quem ille Ducatum Pemmonis filio Rachiſio dedit: qui poſt Luitprandum regnabit. *Sigon.* Fauilla Rex Legionenſis moritur ſine liberis, Æra 772. ſucceſſit Adelfonſus nominis huius primus, qui Pelagii Regis filiam duxerat vxorem. hic ex Riccaredi progenie oriundus putatur; & qui glorioſum Catholici nomen, Riccaredo antea conceſſum, reſtituit. *Ritius.* Abdemelius nunc, pulſis Saracenis, Cordubenſe Regnum occupat in Hiſpania. moritur *Beda*, relicto Alcuino diſcipulo. *Matheus Veſtmon. ad hunc an.* Obiit eodem anno Tacuinus Epiſcopus Dorouernenſis, meritò laudatus *à Beda Epiſtola hoc ipſo anno ſcripta.* Leo in exilium pellit Theophylactum Nicomediæ Epiſcopum, Nicetam Epiſcopum Apolloniadis, & alios pios Imaginum propugnatores. hanc Perſecutionem *lege apud Baron. anno 734. 735. & 736.*	20 Caroli Martelli Maioris domus.
735 Indict. 3.	5 Gregorij 3.	19 Leonis 3, Iſaurici, Iconomachi.	Romani obſidentes Bononiam, repellentur à Longobardis. *Paulus Diac.* Cœlulfus Northumbrorum Rex Monaſticam vitam profitetur: regnat eius patruelis Egibertus, ſeu Egbertus. *Malmesber. & Polydor. lib. 4.* Carolus Martellus, debellatis Saracenis, Maſſilienſem Prouinciam, & Septimaniam (quæ olim Gothicana, nunc Ocitana eſt) coegit redire ad iura Francorum, euerſis in Septimania ciuitatum præcipuarum mœnibus, quod hoſtibus fauiſſent. *Æmilius, Ado, & vetus Chron.*	21 Caroli Martelli, Maioris domus.
736 Indict. 4.	6 Gregorij 3.	20 Leonis 3. Iſaurici, Iconomachi.	Saraceni, factis in Aſiam incurſionibus, magnum captiuorum numerum abducunt. ex his Tiberius quidam erat, qui ſe Iuſtiniani filium dicebat. hunc in Regio honore habuit Saracenorum Princeps, vt ſic terrorem Imperatori obiiceret. *Cedren. Scribit Godifredus Viterbien.* Franciam prope Sequanam & Ligerim, iam dictam à Martello Carolingiam.	22 Caroli Martelli, Maioris domus Regni Francia.
737 Indict. 5.	7 Gregorij 3.	21 Leonis 3. Iſaurici, Iconomachi.	Nunc iterum, & ſequenti etiam anno, Saraceni minorem Aſiam incurſionibus vaſtant. *Cedren.* Veneti, occiſo Vrſino Duce, qui ſe omnibus ingratum reddiderat; ſubſtituunt Dominicum Leonem cum annuo tantùm magiſtratu. Rechefius Dux Foroiulii Slauinos vincit, ſed ſequenti anno, *inquit Sigonius.*	23 Caroli Martelli Maioris domus.
738 Indict. 6.	8 Gregorij 3.	22 Leonis 3. Iſaurici, Iconomachi.	Tantâ cum gloriâ rebus à Martello geſtis, magnum erat, vbique Francorum nomen: & cùm militaris virtutis, tum Catholicæ pietatis laude clariſſimum. interea Traſemundus Dux Spoletanus defectionem à Rege Luitprando molitur: ſed Regis impetum non ferens, ſe ad Pontificem recipit: à quo in fidem admiſſus eſt. apud Venetos Felix, dictus Cornicula, militiæ Magiſter creatur. Martellus Mauricum (Maurorum Ducem, *habet Chro. Pithœi*) res nouas molientem, fugat è Maſilienſi Prouincia: quæ Phocenſis dicta eſt, ne Narbonenſis videretur. *Æmil. vetus Chro. editum à Pithœo anonymon,* & alii.	24 Caroli Martelli Maioris domus.
739 Indict. 7	9 Gregorij 3.	23 Leonis 3. Iſaurici, Iconomachi.	Luitprandus, obſidione, qua Romam cinxerat ſoluta, ſiue Martelli authoritate *vt ait Æmilius*, ſiue rei difficultate victus, ad ſua regreditur: & Traſemundus repetitis armis Ducatu ſuo iterum potitur. *Anaſt.* ſanè Martellus initium nunc fecit, *vt ait Æmilius*, tutandi Pontificem; felici ad poſteros exemplo. Theodatus, militiæ Præfectus pronuntiatur apud Venetos.	25 Caroli Martelli Maioris domus.
740 Indict. 8.	10 Gregorij 3	24 Leonis 3. Iſaurici Iconomachi.	Obiit hoc anno Theodoricus, qui nomen Regis in Francia gerebat. ſucceſſit Childericus frater, à Clodoueo productæ familiæ vltimus. *Narrat Polydorus Vergilius lib. 4. Angli. Hiſtor. ſub finem, & lib. 5. in Etheluolfo:* ab vno atque altero Regum illorum, qui nunc plures Britanniam tenebant, factum Angliæ Regnum vectigale Romano Pontifici; primum quidem ab Ina Occidenta-	26 Caroli Martelli Maioris domus.

Anni Imp.	Anni Pont.	Anni Christi.
741 Indict. 9	11 Gregorij 3.	25 Leonis 3. Isaurici, Iconomachi.
742 Indict. 10	1 Zachariæ.	1 Constantini 6. Copronymi.
743 Indict. 11	2 Zachariæ.	2 Constantini 6. Copronymi.
744 Indict. 12.	3 Zachariæ.	3 Constantini 6. Copronymi.

lium Saxonum Rege; *de quo supra* : posteà ab Etheluolfo Rege. *Genebrard. addit* Polydorus, omnem ferè Angliam sua ætate, hoc pietatis vectigal pensitasse. *ita ille sub finem libri 4. lege tamen Mathæum Vestm. ad an.* 794. habet hic annus Leonis, sed Indic. 9 inchoata, terræ motum Constantinopoli, quem ex Theophane describit Miscella, malè notans *an.* 23 Leonis.

Tandem viuendi finem fecit Iconomachus Imperator. excurrente anno Imp. 25, rectèque sic Nicephoriani breuiarii locum restituit noster Petauius, μετὰ τέσσαρα καὶ εἴκοσι. Succedit filius Constantinus Copronymus, decimo octauo Iunii, patrem impietate & immanitate superanturus, *vt Græci Scriptores prodiderunt, Zonar. & alij.* Carolus Martellus primus Francorum Princeps nuncupatus, obiit Parisiis, 11 Kal. Nouembr. *Aimoin. & Appendix Gregor. Tur.* Carlomãno Austrasia, Transrhenanæque gentes obuenère; Pipino reliqua: licet duo alii fuerint Martello filii, quos Francorum principes nuncupatos aliqui tradiderunt. de morte & anima Caroli Martelli fabulam *lege apud Baronium.* moritur Gregorius Papa 4 Kal. Decembr. *Anastas.* creatur post octo dies Zacharias, Græcus, insignis etiam virtutis Pontifex.

Artabasdus Curopalata (sororem is Copronymi in matrimonio habebat) detectis Copronymi insidiis, Constantinopolim occupat, & salutatur Imperator. ineunte 2 anno Copronymi. *Cedren. Zonar.* Luitprandus Ducatum Spoletanum, imò & Beneuentanum hoc anno recepit, fauente iam Pontifice Zacharia: cui quatuor adeptas restituit ciuitates, cum Patrimonio Anconitano, Sabinien si, & Narnien si. *Blondus* Decad. 1. *Anast. Sigon. Paul. Diacon. Baron.* Carlomannus & Pipinus Aquitaniam pacant, recipiuntque integram; & Griphonem fratrem, qui Laudunum occupauit, captum mittunt custodiendum, in munito oppido syluæ Arduennæ. *Æmilius, Ado, Regino.* Nascitur hoc anno Pipini filius Carolus, posteà Magnus nũcupandus. *scribit Theophanes*, permissum nunc à Saracenis, vt eligeretur Antiochenus Patriarcha. Electus Stephanus est, cum multis annis caruisset illa Ecclesia tali Pastore. *vide an.* 681. Cosmas quoque Patriarcha Alexandrinus ex Monothelita fit Catholicus. cum ab electione facta anno 640, huc vsque desiderentur huius sedis Patriarchæ.

Constantinus Cop. Imperator, profligato Artabasdi exercitu, Artabasdo capto, duobusque filiis oculos effodit, potitur vrbe Constantinopolitana 2 Nouembr. & inchoato iam 3 anno Imperii, *ex Cedreno.* Luitprandus exercitum immisit in Exarchatum, cepitque oppida aliquot. Sed Zachariæ Pont. precibus, pax redintegrata est. *Sigon. Anast as. Blondus.* gratum hoc officium Imperatori fuit: ob quod prædia quædam, eum donasse Ecclesiæ Romanæ, *notauit hic Baron.* vbi etiam de Synodis habitis sub Carlomanno. Cæterum Romæ Synodus nunc mense Septembri habetur, editis de Ecclesiastica disciplina 13 Capitibus. *Baron.* Nihil hic de matrimonio Episcoporum, vt aliqui somniant.

Carlomannus domat rebellantes Saxones. Aimoinus, Regino, Ado, Auentin. Idemque iterùm præstitum anno 745. Saraceni in Oriente bello ciuili implicantur. Nunc contigisse putatur Hunnorum reditus è Scythia in Pannoniam, quam Hungariam deinceps aliqui putant dictam, pulsis indè Slauinis, & Polonis: licet alii id nominis aliunde petant. Horum Hunnorum Regem Arpadum faciunt Historiæ Hungaricæ. *Bonfin. Naucler. Genebrar.* Stephano Antiocheno Patriarchæ mortuo, substitui patiuntur Saraceni Theophylactum, Edessenum, virum laudatum, *ex Theophane.* Sanctus Bonifacius fundat in Germania Ecclesias

Reg. Franc.
27 Caroli Martelli Maioris domus Regni Francia.
1 Pipini Martelli Filij, Maioris Domus Regni Francia.
2 Pipini, Maioris domus. Regni Francia.
3 Pipini. Maioris domus.

plures. *Baron.* 739. Calumniis tamen impetitur. *idem* 744. Epistola Pipini ad Romanum Pontificem, capita 27 complectens, *extat hic apud eundem authorem, cum responsis Zachariæ Pontificis*

745 Indict. 13. | 4. Zacharia. | 4 Constantini 6. Copronymi. | Mortuum nunc Luitprandum Longobardorum Regem, nepos eius Hildebrandus excepit, *inquit Sigonius*: quem tamen Longobardi post 7 menses Regno eiecerunt: quod Rachisio Duci Foroiulienſi, ob virtutis præstantiam, detulerunt. *Anastas. Blondus, Onuphr.* Saracenorum bella ciuilia durant in Oriente. *Cedren.* Bonifacius huc vsque Legatum Pontificis agit in Germania. Pseudoapostoli non defuerunt, ex iis duo Sacerdotes, Adelbertus Gallus & Clemens Scotus, hæretici. damnantur in Concilio ibidem habito, probatoque à Zacharia. horum deliria *refert Baronius*, de incertis Martyrum memoriis, nominibus, nouis Oratoriis, & similibus commentis. Exauctoratus Moguntinus Episcopus, homicidii reus, Carlomanno, & Pipino Principibus adnitentibus. subſtitutus in eius locum idem Bonifacius. *lege Baron.* | 4 Pipini Maioris domus.

746 Indict. 14. | 5 Zacharia. | 5 Constantini 6. Copronymi. | Carlomannus, integra ætate & florentiſſimis rebus, Regna, patriamque relinquens, se Deo Optimo Maximo vouit, & Monachum se profeſſus, Soracte Italiæ montem petiit. ex quo postea in Cassinum transiit. ita res Francica tota ad Pipini Iunioris Principatũ deuoluta est. *Æmilius, & Annal. Franc. Putat Baronius*, hoc non nisi Indictione prima accidisse. Maruamus, qui, *ex Cedreno*, accepit Imperium in Arabes, nunc profligatis ciuili conflictu hostibus, subiecit sibi Damascum, Hierusalem, & Heliopolin. *Theophan.* à 10 Augusti, vsque ad 15. tenebræ in Palestina, σκότος ὁμιχλώδες, & prodigia, *ex Cedren.* | 5 Pipini Maioris domus.

747 Indict. 15. | 6 Zachariæ. | 6 Constantini 6. Copronymi. | Saracenis ciuili bello occupatis, Constantinus Imp. Dulychium in Syria recepit. Agarenorum classis Cyprum inuadens, à Romana classe penitus deleta est. *Cedren. vide Geograph. in fine Operis in Arabia.* Pipino cum Griphone fratre (qui è custodia euasit) bellandum fuit. hic cùm per Saxonum arma, ad quos confugerat, non satis tutus videretur, in maternam patriam Bauariam proficiscitur. *Æmil.* circa hunc annum Bonifacius Legatus Apostolicus, & iam Moguntinus Archiepiscopus, Diœceses distinguit in Germania. *Hedio. lib. 6. cap. 7. Tom. 2. Concil. Genebrard.* | 6 Pipini. Maioris domus.

748 Indict. 1. | 7 Zacharia. | 7 Constantini 6. Copronymi. | Gripho, victus in Bauaria, captusque à Pipino, donatur Ducatu Dentilicenſi inter Sequanam & Isaram, (en Normandie,) nec sic conquieuit. Aquitaniæ arma in Pipinum concitans: vnde etiam pellitur: tandemque in Alpibus à Theodino Trãsiuranorum nobiliſſimo interimitur. *Æmil.* Sigeberto Saxonum Occidentalium Rege exturbato, moxque occiso, succedit Kenulphus. Cyneuolfum *vocat Polyd. sub finem lib.* 4. Bonifacius, nouis expetitus in Germania calumniis, petit à Zacharia succeſſorem. extãt hoc anno *apud Baronium* literæ Zachariæ ad Bonifacium, quibus iubet eum pergere in suscepto munere, calumnias se detexisse, & multorum Episcoporum literis, eius virtutem satis esse sibi notam testatur. iniquè sanè in Bonifacium Nouatores, nostræ ætatis hæretici, has venditant calumnias pro veris accusationibus. | 7 Pipini, Caroli Martelli Filij, Maioris domus Regni Francia.

749 Indict. 2. | 8 Zacharia. | 8 Constantini 6. Copronymi. | Rachisius, qui paulo ante, Zachariæ oratione permotus, à Perusiæ obsidione recessit, & oppida Pentapolis Exarcho restituit, nunc Religionis amore flagrans, se Regno abdicat, & vna cum vxore filiaque, Monasticæ vitæ se deuouet. Aistulfus frater regnat, in Rachisii locum subſtitutus. *Blondus*, Anast. *Onuph.* Anastasius Abbas Monasterii S. Euthymii, extinctam Gnaphæi Hæresim renouans, confutatur a S. Ioanne Damasceno. *Baron.* | 8 Pipini. Maioris domus.

Anni Imp.	Anni Pont.	Anni Christi.	Reg. Franc.
750 Indict. 3.	9 Zachariæ.	9 Constantini 6. Copronymi.	9 Pipini. Maioris domus.
751 Indict. 4.	10 Zachariæ.	10 Constantini 6. Copronymi.	10 Pipini, Caroli Martelli Filij, Maioris domus Regni Francia.
752. Indict. 5.	11 Zachariæ.	11 Constantini 6. Copronymi.	1 Pipini iam Regis.
	1 Stephani 2.		
	1 Stephani 3. dicti 2.		
753 Indict. 6.	2 Stephan 3. dicti	12 Constantini 6. Copronymi.	2 Pipini.

Anno hoc 9 Constantini, *inquit Cedrenus*, Maruamus à Maurophoris, (qui & Chrysaronitæ) inuaditur, grauique commisso prælio interimitur. Sunt hæc ciuilis belli inter Saracenos incrementa. agitur nunc de Childeberto abdicando, transferendoque in Pipinum Regio nomine, decreta legatione ad Zachariã Romanum Pontificem. quem consulit Pipinus, vter regio fastigio dignior videretur (*vt narrat Sigonius*) isne, qui otiõ languens, nihil ad communem vtilitatem afferret: an qui, dies noctesque de Regni salute & custodia cogitaret? Respondet Zacharias, sed anno 751, Childerico, vt parum idoneo, Regnum abrogans, Pipinum Regem substituendum; cum comperisset Francorum Proceres, mira animorum consensione, Pipino fauere, *inquit Æmilius*. nec vllus motus exortus est; tantæ opes Pipini, tanta Childerici contemptio. *Aimoin. Ado, Regino.*

Leo quartus, anno superiore natus, coronatur hoc anno ipso die Pentecostes ab Anastasio Constantinopoli, & consors Imperii à patre renuntiatur. Literæ Zachariæ Papæ de creando Pipino Rege, datæ sunt hoc anno, quarto Nouembris, Indictione quinta, qui numeratur Constantini Imperatoris annus 33. scilicet ex quo regnat cum patre. Indictiones adhuc Romæ non à Ianuario, vt postea, sed à 24 Septembris initium sumebant. noua inter Saracenos bella, & diuisionem Regnorum *narrat Cedrenus, & Leo Africanus*. Theophylacto Patriarchæ Antiocheno, laudato viro, succedit Theodorus, qui tandem actus in exilium est anno 756.

Tandem hoc anno, Childerico Franco in Monasterium truso, Pipinus, dictus Breuis, renuntiatur Rex Galliæ à Proceribus, & Augustæ Suessionis inungitur à Sancto Bonifacio Moguntino Episcopo, Germanorũ Apostolo. *Regino in Chron. Sigeber. Aimoin. lib. 4. c. 61.* sic Clodoueani Imperium amiserunt. facilè hic Lector annorum numerum ex hac Chronologia inibis à Merouco, & hinc demum ad Capetum, tertiam Francorum Dynastiam. vita cessit Zacharias Papa 15 Martii. hic Pontifex Pipino cõcessit postulationẽ, seu nominationẽ Episcoporum in Regno Galliæ, quãdo Sedes vacarẽt. *Anastas.* substitutus est Stephanus, 6 Kal. Aprilis, huius nominis secundus. qui quarto die à creatione sua obiit. Ideo à quibusquam prætermissus in Catologo Pontificum. Subrogatur alter Stephanus, Romanus, *ex eodem Anastasio*. Aistulfus Longobardorum Rex, bello vniuersam inuadens Italiam; Rauẽnam, & Exarchatum occupat, Romanumque inuadit Ducatum, reiectis Papæ Legatis & muneribus. Captis Rauenna, & Pentapoli, finem accepit Exarchatus, & Imperium Orientis in Italia; cum per ducentos circiter annos Præfectura hæc imperasset Italiæ, *vti hos annos putauit Sigonius.*

Pipinus Rex domat rebellantes Saxones, & Stephanum Papam venientem in Franciam magno excipit honore. iterum à Pontifice coronatum aliqui scribunt. *Baron.* 754. Auxilium promittit aduersus Longobardos, præstito iuramento se Exarchatum Romanæ Ecclesiæ daturum, quem iniusto bello occupauerat Longobardus, & quo hæreticus Imperator, ob desertam Italiam, inimicitiasque cum Romana Ecclesia se indignum reddiderat, *Sigon. an.* 754. *Sigebert. Aimoin. Annales Franc.* Alfonsus cognomento Catholicus, rerum felicitate ac religionis zelo insignis, moritur nunc, *teste Roderico Æra* 791. Froila, filius natu maximus, Regnum administrandum suscepit. hic insignes reportauit victorias contra Mauros. Galeciam integram recepit, pulsis Mauris, & Ouetum in Asturibus condit. moritur impius Anastasius Patriarcha Constantinopolitanus.

754 | 3 Stephani 3 dicti 2. | 13 Constantini 6. Copronymi. | 3 Pipini.

Indict. 7.

Pipinus, vallo Longobardorum in Alpibus superato, Aistulfum ad has pacis conditiones iuratus coegit, vt Pentapolin & Exarchatum restitueret: datisque 40 obsidibus, Pipinus hyeme in Franciam reuertit. *Sigon.* interea Carlomannus frater diem clausit Lugduni, aut Viennæ. *Aimoinus*, *Ado*, *Anastas.* *Leo Ostien.* venerat enim, vti hi narrant in Galliam, coactus à Longobardorum rege vt expeditionem Pipini fratris in Italiam, dissuaderet. post excessum Beruredi Merciorum Regis in Anglia, Regnum accepit Offa. *Polydor. in fine lib.* 4. Constantinus Imperator conuocat Constantinopolin Synodum Pseudoseptimam, quæ iniit 4 Id. Feb. vbi pronuntiat mortuo Anastasio Patriarcham Constantinũ impium Monachum, damnato vero Imaginum cultu. extat decretum *in 7. Synodo legitima, Nicena secunda, Actione 7. lege Cedrenũ. & Theoph.* hîc, sanctus Damascenus, S. Germanus Patriarcha Constãtinopolitanus, aliique Orthodoxi dãnati sunt, vnà cũ Reliquiarũ veneratione, *Bar.* impiæ huius synodi iã nulla extaret memoria nisi damnationis eius meminissent catholici scriptores.

755 | 4 Stephani 4. dicti 2. | 14 Constantini 6. Copronymi. | 4 Pipini.

Indict. 8.

Aistulfus, violata pace iurata, & vi occupatis, quas abstulerat Pipinus vrbibus, Romam obsidet. Sed Pipino nouam in eum expeditionem parante, Ticinum rediit (relicta obsidione Romanæ vrbis) Ibi hostem excepturus. Venetorum res turbantur in Theodoto Duce, & successore. Eruti vtrique oculi. Rex Northũbrorum Egbertus vitam monasticam elegit. Regnat Osoulphus in quo Northũbrorũ Regnũ inclinari cœpit. *Polyd. li.* 4. *Malmesber.* S. Bonifacius, Mogũtinus Archiepiscopus, ad Frisios qui à fide deficiebant digressus, coronatur martyrio. *Baron.* hoc anno 4 Pipini habetur Synodus in Palatio Regio Vernis, de Ecclesiastica disciplina. *Baron. anno 756. num.* 15 à Pipino habita.

756 | 5 Stephani 5. dicti 2. | 15 Constantini 6. Copronymi. | 5 Pipini.

Indict. 9.

Scribit Theophanes, hoc anno propalatam in Thracia Paulicianorum Hæresin, & eandem Manichæorum. iam Aistulfus, nouo Pipini in Italiam aduẽtu, stare cogitur iuratis pacis legibus, quas dederat Pipinus; qui nunquam potuit adduci à Legatis Imperatoris tunc præsentibus, vt quæ loca iure belli eripuit Longobardis, redderet Imperatori hæretico & Ecclesiæ hosti iuraro. has tũc vel datas, vel restitutas Romanæ Ecclesiæ Prouincias, *recensent anno 755, Sigon. Baron. & alij.* an hæc prius donata à Constantino Magno, aliis agitandum relinquo, quibus placet contentiosum hunc trahere funem. hîc satis apparet, certare Sanctissimi Pontificis propensam, optimamque in Francos voluntatem, cum potentissimorum Regum, Pipini, & Caroli insigni beneficio, ac liberalitate. extant apud Baronium Stephani Papæ literæ ad Pinum, cum alijs Petri Apostoli nomine datis: vt vel hac prosopopœia ocyus permoueret ad defensionem Ecclesiæ Pipinum. moritur Abubalas Calipha 18 Saracenorum. de quorum Epocha *vide* 633. Protrahuntur ciuilia bella inter horum Principes, cum magna Calipharum mutatione & cæde. tandem Imperiũ recuperat Habdalus, filius illius Hali Caliphæ, sub quo plures leguntur coronati martyrio. *Baron.* Horum Princeps, nunc Calipha communi nomine dicebatur, quod successorem significat, nunc Miramamolinus, hoc est, credentium Princeps.

757 | 1 Pauli. 1. | 16 Constantini 6. Copronymi. | 6 Pipini.

Indict. 10.

Aistulfus, inter venandum ab apro percussus, vitam finit; & nullo hærede relicto, Desiderius, Comes Stabuli, qui Tusciæ Ducatum regebat, Regnum occupat. *Sigon.* hic initio Regni Fauentiam, Ferrariamque, quæ nondum erant restitutæ ciuitates, Pontifici tradidit, inito fœdere. *Blondus*, *Anastas. Sabel.* Constantinus Imperator pacem cum Pipino constituit; ad quem misit Legatos & munera, inter hæc, organa musica, quorum nondum vsus erat in Gallia. *Ado*, *Aimoin.* *Regino.* Salinus, qui præfuit Ægypto,

frater Habdalæ in Syria Caliphæ, Cappadociam inuadit; sed irrito conatu. interim moritur Stephanus Papa, sexto Kalendar. Maii: subrogatur Paulus (ex Ecclesiæ Diacono) Stephani frater, 28 Maii. *Anastasius.*

758 | 2 Paul. 1. | 17 Constantini 6. Copronymi. | Indict. 11.

Pipinus hoc anno Saxones compressit, & ad tributum coegit. *Aimoinus, Regino.* occiso Osoulfo Northumbrorum Rege, regnat Altredus. *Polyd. Vergil. lib. 4.* Imperator Slauinos Macedoniæ vicinos domat. | 7 Pipini.

759 | 3 Pauli. 1. | 18 Constantini 6. Copronymi. | Indict. 12.

Habdalas, Calipha Saracenorum, Christianos grauat tributis in Oriente. Mauri in Hispania in partes diuisi, cœperunt varia Regna habere: licet postea ad vnius imperium reuocati sint; quod nec ab Asiæ Caliphis, nec ab Africa penderet. de horum origine, *lege Marianam lib. 7. Historiæ capite 5.* | 8 Pipini.

760 | 4 Pauli. 1. | 19 Constantini 6. Copronymi. | Indict. 13.

Vaifarius, Aquitaniæ Dux, Ecclesiarum bona vsurpat. delata ad Pipinum querela est: qui armis Ducem ad iusta & æqua compellit. sæpe tamen posteà rebellantem castigauit, varijs in Aquitaniam expeditionibus. *Ado, Regino.* Persarum Magi, qui multis volatum per aëra & in cœlum persuaserunt, multos ad interitum impulerunt. Hos repressit Habdalas Calipha. *Theophanes.* | 9 Pipini.

761 | 5 Pauli. 1. | 20 Constantini 6. Copronymi. | Indict. 14.

Constantinus Copronymus, cùm videret contemptui esse Pseudosynodi Decretum, Persecutionem excitat grauiorem in Orthodoxos: in qua plures extiterunt Martyres. *Theoph.* Dominicus Venetorum Dux, post quintum regiminis annum insolenter exactum, eijcitur effossis oculis: substitutus est Mauricius, mitioris ingenij vir. *Sabel. Blondus.* | 10 Pipini.

762 | 6 Paul. 2. | 21 Constantini 6. Copronymi. | Indict. 15.

Habet hic annus excrescentem Copronymi furorem in Orthodoxos, atque etiã in Monachos, vetantis, ne quis Monachus fieret. *Baron.* Pipinus, qui anno præcedente Aruernum occupauit, nunc Bituriges, Pictones, Gergouiam, oppidaque in Aquitaniæ finibus, eripit Duci Aquitaniæ. *Ado, & alij.* Africa bello turbatur. Polonia, post varios tumultus, tandem electo Principe Primislao aliquandiu conquiescit. | 11 Pipini.

763 | 7 Pauli. 1. | 22 Constantini 6. Copronymi. | Indict. 1.

Constantinus vincit Bulgaros: pacem deinde fraudulenter simulat, *inquit Cedrenus.* Iam quarti Pipini expeditio in Aquitaniã, & Cadurcos vsque peruenit. *Ado.* Ætfino Scotiæ Regi succedit Eugenius 8. *Hector Boet. Leslæus.* de S. Stephani Monachi cõstantia & virtute contra calumnias ab Iconomacho Imperatore illatas, *lege hic Baron.* propendisse quoque Constantinũ hunc in Nestorianismum, *testes sunt Theophanes, & Cedren.* tales nempe ductores habent recentiores nostri Iconoclastæ. | 12 Pipini.

764 | 8 Pauli. 2. | 23 Constantini 6. Copronymi. | Indict. 2.

Quieścũt hoc anno Francica arma, nisi quòd *scribat Aemilius,* missos quosdam milites in Cantabriam, Duce Carolo filio, qui Christianis aduersus barbaros ferrent auxilium. Sabinus Bulgarorum Rex, eiectus à suis, ad Imperatorem se recipit. illi Paganum substituunt. Hic sedem habere videtur immanis illa hyems, cuius meminit Nicephorus in Breu. post deuictos Bulgaros. | 13 Pipini.

765 | 9 Pauli. 1. | 24 Constantini 6. Copronymi. | Indict. 3.

Nunc fraudulenter Bulgaros vexat Imperaror. *Cedren.* Vaifarius Aquitaniæ Dux, nulla obsidum quos dederat curâ ductus, excursiones facit in Franciam: & oppidorum muros, quæ Francis vicina erant, diruit, ne ea occupans Pipinus, ex tuto rem gereret. *Aemil.* apud Scotos, occiso ob Tyrannidem Eugenio, regnat Fergusius tertius, Ætfini Regis filius. *Hector Boet.* Turcæ, seu Turcomanni, è Scythia, vel Tartaria erumpentes, & Portas Caspias transgressi, Armeniam infestant, ac si aliquibus creditur, etiam nunc occupant. *Genebrard. Aemil.* Copronymi insaniã in Monachos, aliosque viros Sanctos excrescentem, *lege apud Baronium hoc, & sequenti anno.* | 14 Pipini.

766 | 10 Pauli. 1. | 25 Constantini 6. Copronymi. | Indict. 4.

Redintegrato aduersus Bulgaros bello, classis 2600 nauium Imperatoris malè periit: nec tamẽ resipiscit Copronymus. *Theoph.* Pipinus Aquitaniam noua expeditione instructa penetrat, soloque adæquat muros earum vrbium, quibus integris fidebat Vaifarius Princeps, Aginni, Petrochoriorum, & Engolismæ, *ex Aemil.* In Hispania Froila, suorum, aut certè Aurelii fratris coniuratione peremptus est: regnatque idem Aurelius. Ærã 804 *notant Alfonsus & Rodericus.* Alredus Northumbrorum Rex à suis pellitur: substituitur Ethelredus, seu Ethelbertus filius Regis Molo. *Polydor. lib.* 4. impius Imperator Nicetam Eunuchum creat Patriarcham Constantinopolitanum, mense Nouemb. pulso Constantino. *Cedren.* hoc anno, si creditur Sigonio, pontus ad centũ milliaria obriguit in glaciem, & nix viginti cubitos alta montem referebat: alii ad secundam Indic. reiiciunt hanc tempestatem.

15 Pipini.

767 | SEDES VACAT. | 26 Constantini VI. Copronymi. | Indict. 5.

Celebratur in Gallia Concilium Gentiliacense, annuente Pipino: vbi de cultu sacrarum Imaginum actum, & num Spiritus Sanctus à Filio procederet. causam Concilio dedisse videntur Hæresis Constantini in Oriente. *Ado Vienn.* adfuêre Legati Imperatoris, qui iussi sunt monere suum Cæsarem, *inquit Aemilius*, vt cum cæteris piis sentiret. post Concilium itum est noua expeditione in Aquitaniam. Cadurci, Tholosa. Albij, aliaque oppida recepta à Pipino. *Aemil.* electo Ethelredo, Asualdus potitur Regno Northumbrorum. regnatque annis 11. *Polyd. lib.* 4. Decessit è vita Paulus Pontifex 29 Iunij: vacat Sedes annum integrum. de rebus ab eo gestis, *Baron. hoc anno.*

16 Pipini.

Desiderius Rex, qui hactenus bene se gessit, nunc Totonem Ducem Nepesinum sollicitat ad inuadendã Sedem Apostolicã. hic vrbem ingressus, Constantinum fratrẽ suum renuntiat Pontificem, hominem Laicum. sicque sedente Pseudopontifice vacauit Sedes. *Sigon. Baron.* S. Stephanus Auxentianus, dictus Iunior, sub persecutione Copronymi Martyr occũbit, 28 Nouẽbr. *Baron.* de Copronymi sæuitia & impietate in Christũ, Beatámq; Virginem plura *Theophanes.* Pipinus Rex Senatum primus creauit, quod Parlamentum vocant, sed mobilem. posteà verò stataríus Parisiis factus, ex Constitutione Hutini regis. *Gaguin. lib.* 3. *in fine. Genebrard.*

768 | 1 Stephanũ dicti 3. | 27 Constantini VI. Copronymi. | Indict. 6

Nunc vltima Pipini expeditio cõtigit in Aquitaniã: quãdo occiso Vaifario Duce, tota Aquitania in Pipini ditionẽ rediit. mox obiit Pipinus. Carlomanno obtigêre Suessiones, cum Rhenanis prouinciis: Carolo verò (qui posteà Magnus dictus est) Occidẽtalis Gallia, cũ Burgũdia, & Aquitania. *Ado, Regino, Annal.* Ferguſio Rege in Scotia occiso ab vxore, regnat Soluatius Eugenij 8 filius ãnis 20. *Hector. Boet.* Regina posteà culpã cõfessa, seipsã interemit. Clerus Romanus 13 Augusti, Stephanũ Siculũ elegit Pontificẽ. Stephanus tertius vocatus est *ab Anastasio.* rectius quartus. *Baron. Sigebert. Sigon.*

17 Pipini.

769 | 2 Stephani 4. dicti 3. | 28 Constantini VI. Copronymi. | Indict. 7.

Constãtinus Imperator Nicephorum, & Christophorũ filios, ex Eudoxia tertia vxore susceptos, creat Cæsares: reliqui adhuc tres erant ex eadem matre, non Cæsares, sed nobilissimi pueri dicti, vt mos Orientalis Imperii ferebat. *Cedren.* Nicephorus in Breuiar. notat cum Indictione 7, mensem Aprilem. Leo quartus, ex Irene vxore, iam Augustus erat, imperans cum patre. *Onuph.* Rebellant Aquitani, creato Duce Hunnodo, & Vascones, Lupo Duce. quos tamen Carolus mox repressit, recuperata tota Aquitania. *Ado, Regino, AEmilius.* dum in ea expeditione Rex esset, Frontiacum oppidum edito loco ad Dordonam fluuium condit, impositio præsidio. hac Indictione 7. habitum Romæ Concilium, aderant ex Gallia Episcopi duodecim. Acta tantùm sunt apud Anastasium, & in Adriani Epistolis. damnata Constantini.

1 Caroli 1. Magn.

Pseudopapæ Acta, combusta, iterumque confirmatus cultus sacrarum Imaginum. Statutum, ne quis in posterum, nisi saltem Diaconus assumeretur in Pontificatum. *falsò Marianus Scotus ait* combustum ipsum Constantinum. Ex Actis Pseudopapæ, Baptismum & Chrisma valere decretũest: sed Episcopos, & Presbyteros promotos ad Ordines, prohiberi ab exercitio, nisi denuo conciliarentur: ita enim pro voce, consecrarentur, aliqui legunt apud *Anastasium*: *cuius verba refert* Baron.

770 | 3 Stephani 4 dicti 3. | 29 Constantini 6. Copronymi. | Indict. 8.

Leo Copronymi filius, & natu maximus, vxorem ducit Irenem Attici sanguinis fœminam, æque pietatis laude ac forma eleganti insignem. *Cedren, Onuph. & Nicepho in Breuiar.* in Gallia, Carolus Rex, consilio matris, vxorem accepit Desiderij Regis Longobardi filiam, quam postea repudiauit. Sororem *vocat* Desiderj *AEmilius*. Rex ipse Desiderius, simulans orandi pietatem, Romam ingressus, multos capit, & excæcat. *Sigeber. Sigon.* 769. *notat hic Baronius*, Pontificem dissuasisse illud Caroli matrimoniũ. cæterũ curat Carolus Vormatiæ celebrari Cõciliũ, *quod extat*. Canones habẽtur 80. inter alia decretũ, ne Clerici ad bellũ cogãtur; neue Cõcilia celebrẽtur sine Romani Põtif. sẽtentia Bar. | 2 Caroli 1. Magni

771 | 4 Stephani 4 dicti 5. | 30 Constantini VI. Copronymi. | Indict. 9.

Decessit è vita Carlomannus Austrasiæ Rex, 4. Nouemb. Rex Carolus totius Galliæ vnicus, salutatur à Proceribus vtriusque Regni Princeps & Monarcha. *AEmilius*. Ergo Carlomanni vxor cum duobus filijs recipit se ad Desiderium Regem, à quo benignè excepti sunt. commotus ea re Carolus, Desiderij filiam, seu mauis sororem repudiat. *Ado, Regino, Aimoin. Vetus Chron. alij* causam afferunt, quòd inepta esset ad prolem. *Baron.* Iterum apud Northumbros in Anglia fit Regis mutatio, regnatque Ofredus, *vt aliqui scribunt, cum. Polydor. lib.* 4. non enim inter Angliæ Historicos satis conuenit, vt alias monui, de Regum nominibus, & annorum serie. sub hoc tempus, missus ex Anglia est Albinus ad Carolum Magnum, amicitiæ contrahendæ gratia. *Malmesber.* Copronymus omnia, quæ Monialium, Monachorumque erant, fisco addicit. *Theophanes.* | 3 Caroli 1. Magni

772 | 1 Adriani 1. | 31 Constantini VI. Copronymi. | Indict. 10

In Senatu Galliæ (qui adhuc mobilis erat) decretum est bellum Saxonicum. Et prima expeditione domiti hostes, conditiones pacis imperatas accipiũt, datis Carolo duodecim obsidibus. *Albert. Crãt. lib. 1. c. 2. Sax. Chron. & Sigeber.* Carolus, *inquit AEmilius* in Franciam reuersus, Hildegrandem Principem, Sueuæ nobilitatis virginem, vxorem accepit, & rebus pacatis, cogitationem suscepit rerum Italicarum. In Hispania Aurelius, Rex Legionẽsis, obijt, Æra 810. *inquit Rodericus.* in Aurelij locũ Silo sororis vir Regno inauguratur, sed Alfonsum Froilæ filium consortem Regni fecit. *Mariana lib. 7. c. 6.* | 4 Caroli 1. Magni

Tandẽ vixit Stephanus Papa Kal. Feb. de eius Epistolis consule *hic Baron.* subst itutus est die 8 Feb. Adrianus, nobilis Romanus, ex Diacono Cardinali, cum quouis Pontifice cõparandus, *Anastas.* Venetorũ Legati Episcopum petunt, & nunc primum accipiunt Obeliatũ ab Adriano, cõpositis etiam rebus illius Senatus & Reip. cum Aquileienfi Episcopo. *Sabellic. Ennea. octauæ lib. 8, sub finẽ.* Desiderius Exarchatũ atque Vmbriam inuadit, & occupare conatur. *Sig. Baron.* Adrianus ad Carolũ magnũ destinat Legatos. ad Desiderium transiit Hunnoldus: dimissus Romã à Carolo, adorandi Pontificis impetrata venia, cùm se rediturũ fidem iureiurando dedisset. *AEmil.*

773 | 2 Adriani 1. | 32 Constantini VI. Copronymi. | Indict. 11.

Dum Desiderius Pontificem, recusantem Carlomanni liberos inungere Franciæ Reges, vexat bello, incensus ad id, vel maximè ab Hunnoldo, olim Aquitaniæ Duce: rogatus à Pontifice Carolus, victricia vbique arma infert Italiæ, & bis fuso Longobardorum exercitu Ticinum obsidione cingit, Veronam capit, | 5 Caroli 1. Magni

vbi duos Carlomanni liberos, & matrem recipit. rem *prolixè narrat Sigonius, post Adonem, Æmilium, Sigebertum, & alios multos.* Longobardus persuadere volebat Carolo pacem, sibi negatam à Pontifice: & quidem eam fictè petebat, sed addebat leges, vt suarum partium fieret Pontifex: quod ille se facturum negabat. *Æmilius.*

774 | 3 Adriani I. | 33 Constantini VI. Copronymi. | 6 Caroli I. Magni.

Indict. 12.

Dum obsidetur Papia, Carolus appetente Paschali solemnitate Romam venit, vbi apparatissimè exceptus est. Ibi donationem Pipini firmat, & cumulat noua donatione Parmæ, Mantuæ, & Spoletani Ducatus. ferunt Corsicam, (*inquit Æmilius*) & quicquid Liguriæ ad Alpes pertinet, Pontificatui attributum. plura etiam, quæ prætereo, alij recensent. tantum potuit nondùm confecto bello externus Rex. magna sanè Caroli gloria, & quæ nulli alteri armato Italiam petenti cõtigerat. Post octo dies Papiam reuersus, facta deditione vrbem recepit. Longobardus cum vxore & liberis, Leodium Eburonum exilii causa missus.

Carolus regia vrbe & regno potitus, cui dati clarissimi Francorum Præfecti. Magnus Princeps ad Saxonicum bellum renouatum se parat, iam renuntiatus à Pontifice Patricius Romanus, qui tituli honor gradum illi faciebat ad Imperium. *de his lege Anastasiũ, Reginon. Blond. Onuph. Sigon. & Baron.* interea Saxones, *inquit Æmilius*, Fresburgum, vbi Francorum præsidium erat, oppugnant. Sed Francorum exercitus, in quatuor partes diuisus, tribus pugnis victoriam & prædam ingentem ab hoste reportat, firmatis iterùm præsidiis. *Baronius ad hunc annum*, acriter & meritò arguit *Sigebertum*, qui *in fine Chro. an.* IIII, confinxit datam nunc Carolo Magno potestatem eligendi Pontificem, & Episcopos inuestiendi, *vt ille loquitur*, per annulum, & virgam. Captus nunc est Paulus Diaconus Aquileiensis, relegatus in insulam à Carolo, postea in monte Cassino Monachus. de quo, *Leo Ostien. Chron. Cassin. lib. 1. c. 17.*

775 | 4 Adriani I | 34 Constantini VI. Copronymi. | 7 Caroli I. Magni.

Indict. 13

Tandè periit miserè impius Copronymus, morbo diuinitùs immisso extinctus, in expeditione Bulgarica, 14 Septembr. Indictione 13. *Onuph.* clamans, *inquit Cedren.* VIVVM SE IGNI ἀσβέστῳ TRADITVM, PROPTER MARIAM DEIPARAM. pergit imperare filius Leo 4 cum fratribus Cæsaribus, Nicephoro, & Christophoro. voluit hic Imperator initio Pius videri, fortè ab Anthusa sorore piissima, & Irene coniuge ad id permotus. postea tamen hæreticus apparuit. Carolus Magnus Saxonibus iterum castigatis inducias concessit, monitus de Italiæ motibus. Carolus frequentes consueuit Synodos celebrare, ad ciuilem & Ecclesiasticum statum piè formandum. Earum 168 Capita in libellum coniecit Ansegisus Abbas Lobiensis, postea Senonensis Archiepiscopus. hoc anno vna earum habita est in Duria,

776 | 5 Adriani I. | 1 Leonis 4. Porphyrigeniti. | 8 Caroli I. Magni.

Indict. 14

Leo Imperator, dictus Porphyrogenitus, filium Constantinum dicit Augustum. *Theophanes, Cedrenus.* Adelgisus frater Regis Desiderii, classe à Græcis accepta, Bizantio soluens, armat Longobardos in Carolum, à quo defecerat quoque Rhogandus Foroiulienſium Dux: sed magna celeritate aduolat eò Carolus. Vbi occiso in acie Rhogando, & fugatis aliis, bellè stetit res Francica in Italia. eadem celeritate victor regressus, domat rebellantes Saxones, qui nunc Christiani effecti sũt. *Sigon. Æmil. Narrat Theophanes* Nicephorum Cæsarem Maiestatis reum postulatum, & publicè cæsum exulasse.

777 | 6 Adriani I. | 2 Leonis 4. Porphyrogeniti. | 9 Caroli I. Magni.

Indict. 15.

Synodus habetur Paderburnæ, præsente Carolo, vbi Saxones baptizati sunt. qui frequentes has Caroli Synodos, volunt fuisse non Ecclesiasticas, sed ciuiles, refutantur *à Baronio* anno 776. Telericus Bulgarorum Rex Baptismo initiatur Constantinopoli. *Theophanes, Cedrenus.* Veneti, Duces habere incipiunt,

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Franc. Reg.
778 Indict. 1.	7 Adriani 1	3 Leonis 4. Porphyrogeniti.	quando Mautitio Duci, Ioannes filius additus est dignitatis socius. Toto Regni quinquennio, Leo cum Arabum Regibus vario Marte decertat, Iacobitas Hæreticos è Syria in Thraciam trãsfert. *Cedren.* cùm iam Franci gloria & opibus omnes anteirent, & Carolo Germania Italiaque militarent, ipse ad nomẽ Christi propagandum natus, & per Abnabalam Cæsarauguſtanorum Regulum Maurum inuitatus, ducit in Hiſpaniã exercitum. vbi Nauarram cepit, duos Maurorũ Regulos ſibi ſubiecit. Aſturiæ Galetiæque Principi miſit auxilia; nec poſt eã diem, Chriſtianis Hiſpanis Mauri ſuperiores extiterunt. in reditu impedimẽta Francorum narrãtur direpta à prædonibus. Vaſconũ latrociniis id actũ milites clamabant. *hæc conſtanter narrant, Aimon. lib. 4. cap. 72. Ado, Regino, Sigeber. vetus Chr. Æmil. addit Eginhardus, in Vita Caroli.* Rolandi obitum cõtigiſſe in hoc reditu. vnde natæ fabulæ. Saxonicus tumultus renaſcitur, ſed ſedatus a Caro. lo, cæſis hoſtibus Danis à Saxone aduocatis. Naſcũtur Carolo duo filii. alter futurus ſuperſtes patri Ludouicus, creatus eſt Rex Aquitaniæ, *vt refert Aimoin. lib. 5. cap. 1.*	10 Caroli I. Magni.
779 Indict. 2.	8 Adriani 1	4 Leonis 4. Porphyrogeniti.	Carolus, domitis Saxonibus, ſubiugat Vveſtphalos. Spoletanus Dux Heldebrandus Carolum conueniens, ſe ad eius nutũ præſto futurum pollicetur. Mauricius Venetorum Dux fato ceſſit, filius Ioannes Ducem ſolus egit. *Sabel.*	11 Caroli I. Magni.
380 Indict. 3.	9 Adriani 1	5 Leonis 4. Porphyrogeniti.	Obiit Leo Imperator, ſeptimo Idus Septembris, *ex Theophane, & Onuphrio.* Imperat Irene Auguſta, vnà cum filio Conſtantino ſeptimo, dictus eſt Porphyrogenitus, quod natus ſit (vt aliqui interpretantur) in Palatio Imperali, & purpurato loco. *Cedrenus Zonar.* capti & relegati, *inquit Cedrenus,* qui Nicephorum Cæſarem volebant imperare. In Hiſpania Silo Rex Legionenſis uita ceſſit, Æta 818, *ex Roderico.* Regnum Procerum voluntate confirmatum eſt Alfonſo ſecundo, qui Caſtus dictus eſt. verum hũc in Calabriam expulit Maurogatus, ope Maurorum, filius nothus Alfonſi Catholici. ſed rediit poſtea ad Regnum Alfonſus, & hinc iam Alfonſi anni 41 numerantur. *lege Marianam l. 7. c. 7.* obiit Nicetas Patriarcha Conſtantinopolit. ſufficitur Paulus Cyprius *Theophan.*	12 Caroli I. Magni.
781 Indic. 4.	10 Adriani 1	1. Conſtantini 7 Porphyrogeniti, & Irenes matris eius.	Carolus è Saxonia, comitibus duobus filiis, & vxore, in Italiam hoc anno labente peruenit. & Romæ vterque filius à Pontifice Rex appellatus coronatur: Ludouicus quidem Aquitaniæ, & Pipinus Italiæ. quibus actis rebus, redit in Franciam, *Aimoin. lib 5. c. 2. Vetus Chron. Pith. Sig. Æmil.* apud Longos Thraciæ muros, fodiẽs quidã in ciſtam incidit, qua recluſa, inuenit recumbens viri magni cadauer, cum hac ſententia ciſtæ inſculpta. *ex Cedren.* ΧΡΙΣΤΟΣ ΜΕΛΛΕΙ ΓΕΝΝΑΣΘΑΙ ΕΚ ΠΑΡΘΕΝΟΥ ΚΑΙ ΠΙΣΤΕΥΩ ΕΙΣ ΑΥΤΟΝ ΕΠΙΔΕ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ; ΚΑΙ ΕΙΡΗΝΗΣ ΠΑΛΙΝΩ ΗΛΙΕ ΟΨΕΙ ΜΕ. *vide Zonaram.*	13 Caroli I. Magni.
782 Indict. 5.	11 Adriani 1	2 Conſtantini. 7. Porphyrogeniti, & Irenes matre.	Irene miſſis legatis Caroli Magni filiam petit, filio ſuo Conſtantino vxorem. *Cedren.* Helpidius Siciliæ gubernator rebellãs, iungit ſe Africæ Saracenis. ſed miſſus ab Irene Theodorus, Siciliam recepit. *Theophan.* rebellantes iterum hoc anno Saxones caſtigat Carolus, pluribus in exilium actis. Parthenopolis, (nunc Magdeburgum) aucta, & munita eſt à Carolo, ad frænandos Saxones. *Chr. Saxon.* Madi Saracenorum in Oriente Princeps, cæſo Græcorum exercitu, coegit Irenem ad annuum tributum. *Theophanes.*	14 Caroli I. Magni.

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Reg. Franc.
783	12 Adriani I.	3 Constantini VII. Porphyrogeniti, & Irenes matris,	Irene Stauracium Patricium,& Logothetam,*inquit*. *Cedren.* mittit cum exercitu in Slauinos,quos omnes Augustæ Imperio subegit,magnam insuper è Peloponeso prædam retulit. *Theoph.* Hildegrandis vxor Caroli,& mater,pietate insignes , moriuntur hoc anno. *Aimoin. Regino.* Northumbri post Ofredum Regem suum,iterum regnare faciunt Ethelredum,seu Ethelbertum, eductum è carcere.fuit hic Northumbrorum Rex vltimus. *meminit Alcuinus in quadam sua epistola.* Post Regis huius 12 annos,& annos 33 quibus Rege caruit Northumbria, (toto hoc tempore diré vexata à Dacis,aliisque) tandem Exberdus Occidentalium Saxonum Rex Northumbriam suo adiecit imperio. *Polydor.li.4. vide an.795.*	15 Caroli I. Magni.
Indict. 6.				
784	13 Adriani I.	4 Constantini 7. Porphyrogeniti & Irenes matris.	Carolus Rex,misso filio Carolo in Vvestphalos, Saxonum fautores, victoriam consequitur. *Regino. Aimon.* Paulus,Patriarcha Constantinopolitanus,facti pœnitens, quod Iconoclastis fauisset,vitam Sede relicta Monasticam elegit. Tarasius subrogatur exeunte hoc anno, & iam inchoata Indictione octaua, 25 Decembr. *Cedr. Zonar.* ex hoc tempore cœptum in Oriẽte impune,*inquit Theophanes*, disputari de Sanctis Imaginibus,propensis iam Imperatoribus ad æquitatem causæ, & Tarasio eandem propugnante. hic quidem cum esset Laicus, vocatur ex Aula ad Episcopatum contra Canones. Sed tempora hæc, magnum virum postulabant. *Theophan. Baron.* Beroe in Thracia dicta est Irenopolis. *Zonar.* Cyneuolfo apud Britanniæ Saxones Occidentales,succedit Brithrichus Rex. *Malmesber.* Rex à Cerdicio decimus sextus, *Polyd. lib. 4, infine.*	16 Caroli I. Magni.
Indict. 7.				
785	14 Adriani I.	5 Constantini VII. Porphyrogeniti, & Irenes matris.	Saxonicum bellum (quod aliqui volunt triginta annis durasse,à Pipino inchoatum) nunc finem accepit , pace constituta. Carolus Ducatum Angrianum dat Vittikindo,(à quo Saxoniæ Duces,& Hugo Capetus Galliarum Rex, si Germanicis Historicis creditur.) *Albert. Crant. lib. 1.c.4. Aimoin. vetus Chron.* in Hispania Maurogato vita functo, substituitur Veremundus: à quo tandem Alfonsus reuocandus,iterum regnabit. *Roderic. Mariana lib. 7. cap. 7.* Madi Calipha vigesimus Saracenorum moritur : cui succedens Moyses,vno anno regnat. *Theophan.* Tarasius arguitur à Pontifice ob minus Canonicam electionem, Iubetur interim promouere iam cœpta, contra hæreticos. inter hæc , Imperatores Adrianum Papam honorificè inuitant ad Synodum. de his rebus extant literæ *apud Anastasium, & Baron.*	17 Caroli I. Magni.
Indict. 8				
786	15 Adriani I.	6 Constantini 7. Porphyrogeniti & Irenes matris.	Carolus minorem Britanniam,Francis tributariam à tempore Dagoberti,sed nũc rebellãtẽ domat,acceptis obsidibus. *Aimoin. l.4.c.99,& Eginhardus in Vita Caroli.* inchoata Synodus Cõstantinopoli,de qua sub finẽ annis præcedẽtis,sed à Prætorianis militibus,& Iconoclastis Episcopis turbatur. Visum proindè Imperatoribus & Tarasio,rem in tempus magis opportunum esse differendam. *Anastas. Theophan. Taras. Epist. ad Adrian. Ignatius in Tarasio apud Surium 25 Feb. Sigon.*	18 Caroli I. Magni.
Indict. 9.				
787	16 Adriani I.	7 Constantini 7. Porphyrogeniti & Irenes matris.	Aragisus,Beneuentanus Dux, Desiderii Regis gener,à suis Episcopis Regem se inungi facit,Pipinoque Rege paruifacto,exercitũ ducit in vicinã Pontificis prouinciam. adest propere Carolus, &ducto in Capuanum agrum exercitu,Aragisum ad pacẽ & obsides,omnemque submissionẽ impulit. *Ado, Sigon. Sigeb. & alij Francorum Historici:* licet *Æmilius, & Blondus* aliquãtulùm dissentiant,qui hæc à Pipino gesta pronuntiant. Moyse Calipha mortuo,imperat Saracenis Aaron frater, idque annis 23. *Theopha.*	19 Caroli I. Magni.
Indict. 10.				
			Maio mense,&hac Indictione,Nicææ Bithyniæ conueniũt Episcopi,tandẽque peragitur Synodus 7 Oecumenica,in qua dãnantur Iconoclastæ Actione 7. aderant Episcopi 350 (alii plures nu-	
Synod. 7.				

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.		Franc. Reg.
			merant) cum Hadriani Pontificis, & Otientalium Patriarcharũ Legatis. Hic Symbolo addita particula (FILIOQVE) vt textus etiã Græcus habet; definitur porrò Imaginum cultus, longè alius à Latria, quæ solã diuinam naturam decet, inquiunt Patres. illud sexta Actione pronuntiarunt Iconoclastæ: se, non aliam imaginem recipere, quàm, qua Filius Dei est in Sacramento Eucharistiæ. (cùm tamen veritatem ibi Corporis Christi & Sanguinis faterentur) quod ab Orthodoxis ibidem est refutatum, afirmantibus, si imago est, non esse Corpus. ex hoc Catholicorum ad hominem, vt aiunt, argumento, vides tum concessam ab omnibus etiam Iconoclastis, Corporis veritatem; tum insignem Nouatorum calumniam, vel ignorantiam, dum à Catholicis illud fuisse prolatum dicunt, quod ab ijsdem est acriter improbatum. Habuit hæc Synodus 22 Canones, quorum tertius est, non oportere à Principibus eligi Episcopos. hoc 7 Concilio Generali perfecto, pax iterum reddita est Italiæ, magno imperantium matris & filii consensu. *de his Cedrenus. Zonar. Sigon, & prolixè Baron.* idem author plurima, eaque præclara refert hoc anno de cultu sacrarum imaginum.	
788 Indic. 11.	17 Adriani 1	8. Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris.	Tassilo Bauariæ dux, multa hostilia in Carolum ausus, & in iudicio Procerum damnatus; iubente Carolo, in quẽ peccauerat, est cœnobio addictus. & Bauaria inter Franciæ Prouincias cœpit numerari. *Sigeb. Æmil. & alij.* deuictis Auaribus, firmatum ibi est Francorum imperium. Carolus sanè feliciter nunc finem imponit bello contra Hunnos seu Auares, in Pãnoniis per 8 annos protracto. ingens ex eo bello gloria Carolo nata. in quo gentem hanc orbis terrorem, & aduersus tot Imperatores victricem, penè occidione deleuit. ingentes inde opes, ex spoliis per totum pene orbem congæstas referunt victores: vt Franci, authore Eginhardo, qui eò vsque pauperes habebantur, fuerint summopere ditati. Thesaurorum partem à pio principe Romam missam, & in pios vsus distributã scribit Ado Vien. permissum vt deuictæ gẽtis reliquiæ regulum haberent, sed Carolo subiectum, qui anno insequenti Slauinos domuit, vt tradunt Francorum Annales. de Hunnorum postea conuersione ad Sacra Christiana, lege Annales Hungaricos.	20 Caroli I. Magni.
			Græcorum exercitum inuadentem Italiam, vincunt Franci, & Grimoaldus Dux Beneuẽtanus, patre Aragiso iam vita fũcto. *Regino, Aimoin. vetus Chron. Pithœi.* pugnatum porrò in Calabria in quo certamine, Longobardi Spoletanus, & Beneuentanus Duces, fidem suam Regi Pipino egregiè probarunt, capto & extincto Adolpho Desiderii filio, qui Græcis adhæserat. Irene putatur à Francorum fœdere & optata affinitate, ob occupatum à Carolo Ducatum Beneuentanum recessisse, cum esset Ducatus ille sub Impetatoris patrocinio.	
			In Scotia Soluathio Regi mortuo, successit Achaius. Hic primus societatem cum Francorum Regno contraxit; quæ vsque in hodiernum diem religiose custodita permãsit. *lege Hector Boet. lib. 10. Hist. & Polyd. lib. 4. in fine.* inita hæc societas est anno 798. conditiones fœderis *habet Leslaus initio lib. 5.*	
789 Indict. 12.	18 Adriani 1	9 Constantini. 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris.	Carolus Slauinos quosdam ad Albin flumen subegit hoc anno, *ex Sigeb. & Æmilio.* dum ita in vicina Regna profert imperiũ, illud natũ apud Græcos prouerbium est, τὸν Φράγκον φίλον ἔχῃς, γείτονα οὐκ ἔχῃς, *ex Eginhardo in Vita Caroli.* Dani iã primũ venisse dicuntur in Angliam, sed maximè velut exploraturi nunc quidẽ regionẽ. *Poly. Alcuin. in Epist. refert Mat. Vest.* ostẽtum Crucis ante Danorũ plagam. Constantinus Imperator Mariam Armenã anno 788 duxit vxorem pene inuitus. Hinc aliundeq; natum cum matre dissidium *ex Cedreno.* obiit Gasias 2, dictus. Ene-	21 Caroli I. Magni.

cus, regni Nauarrici princeps. Successit Fortunius Garsias, hoc vel sequenti anno. *Franciſ. Tarafa. Mariana lib. 8. c. 1. an. 801.*

Anni Christi	Anni Pont.	Anni Imp.	Reg. Franc.
790 Indic. 13.	19 Adriani 1.	10 Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes Matris 1.	22 Caroli 1. Magni.
791 Indict. 14.	20 Adriani 1.	11 Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris.	23 Caroli 1. Magni.
792 Indict. 15.	21 Adriani 1.	12 Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris.	24 Caroli 1. Magni.
793 Indict. 1.	22 Adriani 1.	13 Constantini 7.	25 Caroli 1. Magni.
794 Indict. 2.	23 Adriani 1.	14 Const. antini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris.	26 Caroli 1. Magni.

Tandem Constantinus, petitus à Legionibus Europæis & Armeniæ, dimittitur è custodia à matre, liberéque imperat: mox inimicos Stauratium, & præfectos, qui à matre fuerant constituti, vltus est. *Zonar. Theopha.* Veremundus Legionensis Rex electa vita Monastica, Alfonsum 2. qui Castus dictus est, restituit Regno. notant aliqui sequentem annum. *Mariana lib. 7. c. 7.* de annis Alfonsi *dixi ad an* 780.

Constãtinus Imperator, ducto in Bulgaros exercitu, vincitur, deceptus à Pancratio Astrologo, certam victoriam promittente. *Theophan.* Alcuinus, dictus Albinus, Bedæ discipulus (quo vsus est ante Præceptore Carolus in Gallia) nunc nobilissimæ Parisiensis Academiæ fundamenta iecit; sociis Rabano, Claudio, & Ioanne Scoto (alius est hic à Theologo Frãciscano.) *Polyd. lib. 4. de Anglis, Eginhardus in Vita Caroli.* insignem Caroli liberalitatem in hac fundanda Academia, *notauit Genebrardus. adde huius rei testes, Gaguin. in Carolo Magno, & Robertum Gonleium in* Cõpendio *de fundatione Parisiensis Vniuersitatis.* Constantinus, rogatus ab Optimatibus, permittit secum imperare matrem, reclamantibus tamen Armenis Legionibus. *Theoph.*

Habetur Concilium Foroiulense, sub Paulino Patriarcha Aquileiensi; qui doctrinâ & sanctitate vitæ enitebat. hîc actum de Ecclesiastica disciplina: & duo confutati errores. nempe quod dicebant Elipandus Episcopus Toletanus, & Felix Orgellorum in Pyrenæo monte Episcopus Nestorianus, Christum adoptiuũ Dei Filium esse, nõ vero naturalem: & decretum, Hæreticos esse qui negarent S. S. à Filio procedere. non tamen iudicati Hæretici, qui dixerunt Spiritum Sanctum procedere à patre, non negando etiam procedere à Filio, vel Spiritum Sanctum procedere per Filium. de quo D. *Thoma prima parte q. 36. a. 3. Et sic Adrianus Epistola ad Caro. c. 8.*, excusat Tarasium, aduersus eos, qui secundã Nicenam Synodum calumniabantur. Moritur S. Burchardus, Episcopus Herbipolensis, 14 Octob. *Sur. Baron.*

Constantinus, Nicephorum, & Christophorum patruos excœcat, quòd à populo postularentur Imperatores. Carolus Francus, Pannonicum bellum, seu Auaricum aggreditur, contra Hunnos ad Danubium, qui se Auares etiam dicebant, & inter alia tenebant Austriam. hoc eodem anno superiorem Pannoniam, quæ nunc Austria vocatur, occupat & subigit. Hostis se in inferiorem pannoniam, seu Hungaricam recepit. *Sigeber. Aimoin. vetus Chron. Regino, Bonfin. Æmil.* Pipinus, Caroli ex concubina filius, (non est hic Rex Italiæ,) conspirationis in patrem conuictus, detruditur in Monasterium. *Sigeber. Sigon.* Mauri ex Hispania in Galliam Narbonensem incursiones faciunt abducta præda. *Aimoin.* Nunc dicitur à Mauris inchoatum in Hispania Valentiæ Regnum. *Anthon. Benther.* Iterum damnatur Felix Orgelitanus in Concilio Ratisponensi. *Baron.* & demum anno 794, cum Elipando.

Imperator Constantinus, Armeniæ Legiones rebellantes vincit certamine, & castigat. Alfonsus Castus, in Hispania Olisiponem vrbem Mauris eripit, & cum Carolo Magno amicitiam contrahit, *ex Tudensi, Mariana lib. 7. c. 9.*

Finito Concilio Francofordiensi, quod hoc anno habitum est, Carolus ducit exercitum in rebellantes Saxones, qui se illi mox dedunt. *Aimoin. Regino.* Cæterùm Concilium illud habuit papæ Legatos præsentes, & Episcopos 300, ex Italia, Gallia, Germania, & Britãnia. dãnata iterùm est in hac Synodo Hæresis de Chisto Filio adoptiuo *de qua anno 791 & 792.* nec aliud habent Acta, quæ extãt huius Cõcilii. aduersus Elipãdũ, huius Nestorianismi assertorẽ, egregiè enituit piũ studiũ Caroli magni in hac Synodo. vti ex

ipsius ad Elipandum Epistola apparet, quam recitat Baron. ad hunc annum. De damnato autem Nestorio in Concilio Ephesino generali, vide an. 431.

Placet tamen quibusdam asserere, damnatã quoque ibidem 7. Synodum sub Irene habitam Nicææ, pro Imaginibus. quod videntur affirmare *Regino, Aimoin. Vetus Chron. à Pithæo editum, & Ado*, qui scripsit tempore Caroli Magni. his adde *libros Carolinos*. demus quidẽ quod hi insinuant, damnatam Synodum septimam sub Irene habitam: tamen dubiam in primis hi Historici fidem faciunt, dum pugnantia dicunt. Nam decretum Francofordiense, quod citant (*extat illud in Præfatione librorum Carolinorum*) ait damnari Synodum Constantinopolitanam, quæ iusserat adorari Imagines; & ipsi libri Carolini aiunt, damnatam Synodum, quæ habita est Constantinopoli in Bithynia. quis hic non videt magnam vel imperitiam sibi ipsi repugnantem, vel etiam deceptionem aliundè natam? sed quid mirum, si 7 Synodus in hoc Concilio damnata putetur, in quo falsa narratio Patribus Francofordiensibus imposuit. author enim librorum Carolinorum, vel alius quicumque, persuasit huic Concilio septimam Synodũ non fuisse à Papa probatam: & decretam Imaginibus fuisse latriam. vtrumque falsum. ac proinde error Concilii, non iuris est, sed facti. præterea certum est, huic decreto non consensisse Legatos Romani Pontificis; proindeque Carolus ad Adrianum, dissentientes has misit sententias, in libello qui extat, & Capitulare vocatur. Pontifex autem Decretum prorsus suo scripto refutauit. *vti constat ex Adriani libro de Imaginibus ad Carolum*. quæ omnia, & Caroli consensum in sententiam Pontificis, *late prosequuntur hoc anno Cardin. Bellarminus lib. 2 de Concil. c. 8. Baron. & alij*.

795 | Indict. 3. | 24 Adriani 1. | 15 Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris. | 17 Caroli 1. Magni.

Constantinus vincit Saracenos ad Amusam castrum: & repudiata Marina, vxorem ducit Theodoram. *Cedren. Theophan.* Saxones nouæ rebellionis dant pœnas. *Aimoin.* Ethelredo Rege occiso à suis, finem accepit vera Regum series in Regno Northumbrorum: & post 33 annos, variamque rerum perturbationem, occupabit illud Egbertus, Occidentalium Saxonum Rex, anno 828 qui tunc indè Danos expellet. *Malmesber. vide an. 783.* in hoc tamen interregno nominantur quidam Reguli Northumbriæ, Danicis temporibus. Vita excessit Adrianus Papa 7. Kalen. Ianuarii, cùm sedisset annis 23. menses 10. dies 17. Huius Epistolas ordine, & res gestas, *vide apud Card. Baron.* 795. ipso die obitus Adriani subrogatur Leo 3, Romanus, magno omnium consensu. fabulam de excisa manu, quòd eam osculata esset mulier; & substituto osculo pedum, *refellit hic Baronius*. Ioannes præficitur Ecclesiæ Hierosolymitanæ, *ex Theophane*.

796 | Indict. 4. | 1 Leonis 3. | 16 Constantini 7. | 28. Caroli 1. Magni.

Cõstantinus vincit, & repellit Bulgaros. *Cedren.* Irene sollicitat animos procerum pro se in filium. Leo ad Carolum Magnum numera destinat, claues aureas S. Petri, & vexillum Vrbis. *Baron.*

798 | Indict. 6 | 3 Leonis 3. | 18 Constantini 7. Porphyrogeniti, & Irenes matris. | 30 Caroli 1. Magni.

Conspirantes cum Irene proceres, Constantinum luminibus priuant: qui statim ex vulnere interiit: sunt qui dicant, Irenem expetiuisse tantùm abdicationem Imperii à filio, excæcationem præter eius mentem accidisse, quamuis magnorum criminũ reus esset apud Deum. *Zonar. Cedren. & alij*. In hoc Constantino, Copronymi genus extinctum *tradit Cedrenus*: addens, excæcatum in Porphyria, vbi natus erat. Carolus Francus audit Legatos ab Irene de pace, & ab Alfonso Galeciæ Asturiæque domino. De victoria contra Mauros nunc reportata à classe Caroli, *Æmil. Regino, Aimoin. lib. 4. c. 95* Caroli magni filius, dictus Carolus 3, præficitur bello Hũgarico. *Æmil.* Hic annus est, initi fœderis inter Scotorũ Regẽ Achaiũ, & Carolũ Magnũ, missis in Galliam Guillel-

mo fratre Regis,& Rabano, viro docto,qui Parisiis substitit. *Ioan. Maior Hector Boet. lib.*10. *Leslæus.* Scotorum Monasteria fundata tunc ab eodem Guillelmo in Germania, *notat idem Maior, & Leslæus. in Achaio Rege* 65.

799 | 4 Leonis 3. | 19 Irenes. | Indic. 7.

*Anastasius huius temporis Scriptor,aliiq;Historici narrant,*hoc anno immane facinus nepotum Adriani,in Leonem Pontificem.miraculo restitutam linguam Leoni.*narrant Baron.Regino,l.*2.*Chron. & alij.* tamẽ *Zonoras,*læsos tantùm oculos affirmat. Leo exceptus honorificè à Carolo in Germania, Sedi restituitur,& sceleris authores,Maiestatis conuicti damnantur. In Anglia victa functus Offa Merciorum Rex: cum tamen *Mathæus Vestm.notet an.*797. filius Egfredus post quatuor menses viuere desiit: successit Kenulfus. *Malmesber. Polyd-lib.*4.*in Regno Mercior.*

31 Caroli I. Magni.

800 | 5 Leonis 3. | 20 Irenes. | Indict.8.

Ludouicus regendæ Galliæ præficitur. Carolus pater Italiam petit, vnà cum Pipino Italiæ Rege. ibi primùm, mors Henrici Ducis Foroiulienſis vindicata.sumptum de Tarsaticensibus in Liburnia supplicium. Cadolathus Dux datur Foroiuliẽsibus. mox Romæ, cum Leo ambonem conscendẽs,non coactus, sed sponte, vt olim Pelagius iureiurando se innocentem pronuntiasset, omnes eum pro insonte habuerunt. Pontifex Carolum Catholicum,& potentissimum Regem,Romanæ Ecclesiæ tutorem,renuntiat Imperatorem. rem ex veterum fide, *refert Sigonius post Anastasiũ,& vetus Chron.* decretum in Calumniatores Leonis supplicium fuit anno præcedente, cum nondum adesset Carolus. hanc enim interposuere sententiam illi,quos Carolus tunc miserat Episcopos,& Comites,*ex Anastasio,Baron.& alijs.* Tam Græci,quàm Latini, hanc Imperii translationem testantur à Romano Põtifice factã,idemque prolixè probat Illust.Card. Bellar. lib 1. de translat.Imp. interim Carolus filius, Auares & Hunnos victos expulit è superiore Pannonia.sicque ibi debellatum est, hoc belli huius anno octauo.

32 Caroli I. Magni.

Certant Scriptores aliqui,an Italiæ Imperium Carolo quæsitũ bello sit,an Romanorum cessione libera? rursus an, quo dedit Pontifici Romano, fuerit Constantiniana donatione prius possessum? ac demum,an titulus Imperii Occidentalis datus Carolo, Gallis potius, quàm Germanis obueniſſe dicatur? sed hæc alterius sunt instituti quæ magna ex parte ex professo tractat citatus Bellarminus.& lib. 2.c.1,ostendit Imperatores ab hoc Carolo vsque ad Othonem,corona donatos à summis Pontificibus. Brittrichus Rex 16 Saxonum Occidentalium,veneno ab vxore extinguitur: regnat Exbertus,qui ante fugerat in Galliam, vbi facilitatem morum,&rei militaris peritiam doctus,reliqua vicina Regna spatio aliquot annorum (regnauit enim annis 37) sibi subjecit, fecitque,vt tota hæc insulæ pars, Anglia deinceps vocaretur. *Malmesber. Polydor.l.*4. *in fine, tamen Matthæ.Vestmon. consignat an.*802.

NONI CENTENARII initium.

Regna.

Imminuta plurimùm hoc Seculo, fractaque eſt Maurorũ potentia in Hiſpania. Reges tamen Cordubenſis Maurus, & Legionenſis Chriſtianus, bella ſua infenſis ſignis etiã hac ætate producunt. Egbertus Anglicum Regnum condit. Græcia ſub Imperatoribus Orientis perſeuerat. Reliquum Occidentalis Imperij, penè à Carolinis poſsidetur.

Status *Eccleſiæ.*

Iconaclaſtæ Orientem vexant ad annum vſque 842, quo Imaginum cultus ibi reſtitutus eſt, nec tamen poſteà caruit ſuis monſtris Oriens, vti inter alia ſatis declarat, illud Conſtantinopol. Concilibulum, habitum tempore Photij, an. 861, & infame illud Græcorum Schiſma, eodem Photio Anteſignano.

Doctrina *huius ſeculi.*

Ecclesiæ, & Traditionum Authoritas. *Concil. Generale 8. Can. 1. extat Tom. 4 Concil. & S. Nicepho. Patriarcha Conſtant. Dialog. de Imag. citaturque à Cocciol. de Script. art. 2.* Primatus. *ex eodẽ Concilio 8 ſub Adriano 2. Can. 21, vbi præclarè hæc veritas aſſeritur an. 869.* Liberum Arbitrium. *Concilium Valentiæ habitum, c. 6 initio. Haymo in c. 49 Iſaiæ.* Bona Opera, & Merita. *idem Haymo c. 1. Iſaiæ, & Rabanus in c. 18. Hieremiæ.* Sola Fides excluſa. *Rabanus lib. 4. in Eccleſiaſticum, c. 6. Haymo in c. 4. Epiſt. ad Hebræ.* Euchariſtia. *Rabanus lib. 1. de Inſtitut. Cler. c. 32, & Strabus in c. 11 Epiſt. 1. ad Corinth.* Sacrificium, *Paſchalis lib. de Corp. & Sanguine Chriſti. c. 9.* Pœnitentia. *Idem Paſchalis ibidem c. 8 ſub finem. Concil. Turo. c. 22, habitum an. 813.* Purgatorium. *Rabanus lib. 2, de Inſtitut. Cler. c. 44. & Metaphraſtes in vita S. Pachomij.* Inuocatio Sanctorum. *Rabanus epiſt. ad Otgarium. S. Nicephor. Patriarch. Conſtant. epiſt. ad Leonem 3. citatur à Cocciol. de Sanctis, art. 4.* Reliquiæ. *Concil. Conſtantin. 4, ſeu 8 Generale, Can. 3, & Nicephiam citatus.* Cælibatus *duo Concilia, Aquenſe, c. 6, & Moguntinum c. 11, 12, & 13, habitum an. 813.* Abſtinentia à cibis. *idem Concil. Mogunt. c. 34. & Rabanus lib. de Inſtit. Cler. c. 18.*

IMPERIVM OCCIDENTIS ad Francos tranſlatum: vti Imperantium anni oſtendunt deinceps notati.

Anni Chriſti	*Anni Pontif.*	*Anni Imper.*
801	6 *Leonis 3.*	21 *Irenes.*
Indict. 9		

Arolus I. *Magnus Imperator, hunc primum Imperij Occid. an. habet.* quo ille primùm cõceſſit, vt Ciſalpina Gallia, diceretur Longobardia. *Æmil. lib. 4.* quod nomen ad noſtra tẽpora retinet. Ludouicus, Aquitaniæ Princeps Hiſpaniã ingreſſus ciuitates aliquot, & in his Barcinonẽ recepit. *ex Aimoi. l. 5. c. 5.* Leo Papa nu[illegible] Rogationes, vt vocant, inſtituit, ex occaſione magni terræ motus, qui cõtigit hoc anno in Italia. *Sig. Geneb.* Hoc motu cõcidit tectũ Baſilicæ S. Pauli, à Leone reſtitutũ. de Caroli Legibus iã

Reg. Franc.

33 *Caroli I. Magni.*

1. *Imp. Occid.*

in Italia latis, reuerentiaque erga Romanam Ecclesiam, *Baron.* Carolus excipit Persarum Legatos.

802 | 7 *Leonis 3.* | 22 *Irenes.* | *Caroli I. Magni Imper. Occid. an* 2. Actum est per Legatos de Matrimonio inter Carolum & Irenē: sed dum hoc agitur, Nicephorus Longotheta Imperium inuadit. Irene relegata in Pathmos insulam. Vbi obijt post annū, ne, *inquit Aemilius*, nuptijs suis reliquā Græcorum spem in Franciam deferret. tunc pacis conditiones firmatæ inter duos Imperatores; vt vterq; Augustus esset, & Orientali maneret Sicilia, cū ea parte Italiæ, quæ est à Sipontinis in Apulia, versus Græciā: reliqua omnia essent Imperatoris Occidentis. *Zonar. Theoph. Ado.* Veneti tamen ab vtroq; Imperio immunes, & liberi decernūtur. *Aemilius lib.* 4. *Sigon.* idem de Beneuentano Ducatu decretum aliqui scribunt. Florentiā nunc Carolus restituit. *Aemil. lib.* 4. Altinensis Synodi iam habitæ *meminit Baronius hoc anno.* Carolus passim bonas literas fouet. Papiensem instituit Academiā. *Gagnæus lib.* 4. *Sabel. Enne.* 8. c. 9. Bononiēsem renouat. *Mutius, lib.* 9. Legum item Capita 22 adiecit Legi Salicæ; & pro Salicis Legibus haberi voluit. *Ex veteri Chron.*

Indict. 10 | 34 *Caroli 1. Magni* 2 *Imp. Occid.*

803 | 8 *Leonis 3.* | 1 *Nicephori i.* | *Caroli I. Magni Imp. Occid. an.* 3. Moritur Irene. Carolus in Germania dum parat in rebellātes Saxones expeditionem, ratas habet pacis conditiones initas cum Orientis Imperatore. Paulus Diaconus Aquileiēsis, olim Cancellarius Desiderij Regis, nunc in honore est apud Carolum in Gallia. Nicephorus malé pugnat contra Arabes. *Theophan. Sigeber.*

Indict. 11. | 35 *Caroli 1. Magni* 3 *Imp. Occid.*

804 | 9 *Leonis 3.* | 2 *Nicephori i.* | *Caroli I. Magni Imp. Occid. an.* 4. Penitus nunc finitum est bellum Saxonicum, an. 34, ex quo cœpit: quando rebellantes Saxones victi à Carolo sunt, & in varias educti Colonias. à quibus etiā Regio, quæ nunc est Flandria, incoli cœpit, hactenus nemorosa & inculta. *Ado, Regino, Aimoin.* Abroditis concessa pleraque Saxonum oppida. *Sigeber. an.* 803. quin etiam Romam pars translata est: quibus datus est vicus, inde dictus Saxonum, vbi hodie est Xenodochium Spiritus Sancti in Saxia. *Baron.* Nicephorus Imperator filium Stauratium dicit Augustum, simulque imperant. *Cedren.* res Venetorum hoc anno turbantur, Ioanne & Mauritio filio Ducibus, à Carolo Imperatore ad partes Græcorum declinantibus. *Sigon.* obijt Alcuinus, Caroli præceptor. *Odoranus.*

Indict. 12. | 36 *Caroli 1. Magni* 4 *Imp. Occid.*

805 | 10 *Leonis, 3.* | 3 *Nicephori ii.* | *Caroli I. Magni Imp. Occid. an.* 5. Obelerius à Venetis exulib. Dux renūciatus, Heraclium, vnde Ioannes & Mauritius (qui Mātuā confugerant) duxerunt originem, funditus euertit. & illi quidem Nicephori arma, Obelerius Caroli amicitiā implorāt. *Sigon.* Aaron Saracenorum Princeps, ducto secum numeroso exercitu, vectigale fecit Imperium Orientis, impositio tributo trecētorum millium numismatum. *Theoph. Anastas.* sed non stetit pollicitis Imperator. Hunni, seu Auares à Carolo sedibus donantur, Slauinorum Duce occiso, à quo illi vexabantur. *Baron.*

Indict. 13. | 37 *Caroli 1. Magni* 5 *Imp. Occid.*

806 | 11 *Leonis 3.* | 4 *Nicephori i* | *Caroli I. Magni Imp. Occid. an* 6. Nicetas, missus ab Imperatore Nicephoro, Venetos abstraxit ab amicitia Caroli. *Blondus*, nunc tantùm receptum à Ludouico Aquitaniæ Principe Papilonem, & Nauarram aliqui scribunt, quam Saracenis eripuit. Obijt Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus, vir Sanctus, 28 Februarij: subrogatur Nicephorus, quit fuit Imperatoris à Secretis. *Cedren. Zonar. & hic idem Niceph. in suo Chronico*, si tamē idem est Patriarcha ille, & autor Chronici. vide an. 828. Carolus in villa Theodonis, habito Procerum Conuentu, cōdit Testamentum tripartitum, relinquens Regnum tribus filijs, Carolo, Ludouico, & Pipino, & omissa omni mentione Imperii, Decretum hoc Procerum subscriptione firmatum, Romam misit ad Pontificem, vt ipse illud confirmaret. *Baron. & Annales Franciæ.*

Indict. 14. | 38 *Caroli 1. Magni* 6 *Imp. Occid.*

Christi.	Pont.	Imp.		Reg. Franc.
807 Indict. 15	12 Leonis 3.	5 Nicephori 6	*Caroli I. Magni Imp. Occid. an.* 7. Ex Hispania Mauri, Corsicam vexantes, prælio vincuntur à Burcardo Comite Stabuli, quem in eos misit Carolus Imperator. *Sigon.* Nicephoro contra in Oriente Principi, sceleribus implicato, omnia infeliciter cedunt.	39 Caroli 1. Magni 7 Imp. Occid.
808 Indict. 1.	13 Leonis 3.	6 Nicephori 7	*Caroli I. Magni Imp. Occid. an.* 8. Barcino in Hispania capta à Gallis an. 801, nunc iterùm pulsis Mauris, recepta est à Ludouico Aquitaniæ Rege. Hanc expeditionem *habet Eginardus in Appendice ad Aimoin. lib.* 5. *c.* 5. Vsuardus Martyrologii Compilator, nunc viuebat Monachus. *Tritem.* mortuo Aarone Saracenorum Principe, filii certant de Regno, & Christianos miserè vexant. *Theophan.* tandem regnat Muhammat filius.	40 Caroli 1. Magni 8 Imp. Occid.
809 Indict. 2.	14 Leonis 3.	7 Nicephori 8.	*Caroli* I. *Magni Imp. Occid. an.* 9. In Flãdria mortuo Comiti Lyderico primo Syluarum præfecto, succedit filius Engleranus, gubernator datus ab Imperatore. *Histor. Fland.* cum tempus inducarum exiisset, pugnatum vario Marte est à Pipino contra Græcos, ad Comaclum insulam: & cum Veneti Græcis fauere viderentur, decretum est in eos bellum, iubente Carolo Imperatore. *Ado, Sigeber. Sigon. & alii.* Ludouicus Aquitaniæ Princeps excurrit in Hispaniam, & Mauros fugat, abductâ ingenti præda. *Aimoin. lib.* 4. *c.* 6. Theodorus Studita cum suis in exilium pellitur, qui communicare recusabat cum Nicephoro Patriarcha Constantinopolitano. *Baron. an.* 808, & 809. Aquisgrani Synodus habetur, de Spiritu Sancto procedente à Filio: non quidem, an procederet à Filio: sed an in Symbolo, dùm canitur, addi oporteat verbum (FILIOQVE) cum anteà esset in vsu Symbolum Nicenum. *Baron.* respondit Pontifex (ad quem missi sunt de hoc Legati) credi quidem hanc processionem; non esse verò cur addatur Symbolo: cùm non omnia, quæ creduntur, cantentur. tamen post aliquot annos additum illud fuit.	41 Caroli 1. Magni 9 Imp. Occid.
810 Indict. 3.	15 Leonis. 3.	8 N. cephor. 1	*Caroli I. Magni Imp. Occid. an.* 10. Pipinus victoriam nauali prælio reportat, & Venetiam recipit, si creditur *Adoni, Sigeberto, Reginoni, Eginardo, veteri Francorum Chronico ex Pithœo, & Baronio. Sabellicus* tamen vult à Venetis stetisse victoriam. *Sigonius* belli Historiam variè à Francis & Venetis commemorari fatetur. fama est, *inquit Aemilius*, apud Venetos clade Francorum nobilem locum factum: *sed addit*, certiores authores nihil tale tradere. Sanè veteres, & qui tunc viuentes vitam Caroli scripserunt, magno consensu Venetiam à Pipino tunc receptam tradunt, & posteà redditam. Hoc tempore facies Venetæ vrbis immutata est. nam sexaginta insulæ, Riuoalto proximæ, partibus iunctę ampliſsimam vrbem effecerunt: vbi & sedes Ducum esset, & publicum Concilium deinceps haberetur. *Aemil. Sigon. Sabel.* priori Duci vitâ functo, Patriciacus substitutus est. Pipinus Rauennæ octauo Iulii obiit: filio Bernardo relicto, qui posteà Italiæ Rex erit. Arabes, seu Saraceni, intestino bello in varia dominia disperguntur, sub sex principibus per Syriam, Ægyptum, Africam, & Hispaniam. *Blondus, Sabell.* Floret Eginardus, Carolo à secretis, & scriptor Vitæ ipsius. *Tritem.*	42 Caroli 1. Magni 10 Imp. Occid.
811 Indict. 4.	16 Leonis 3.	9 Nicephor. 1	*Caroli I. Magni Imperat. Occid. an.* 11. Niceph. Imperator, in expeditione contra Bulgaros, dùm ex victoria insolescit, à Bulgaris in desperationem actis obtruncatur, 24. Iulii. Stauratius filius, qui saucius ex acie euasit, cogitur post duos menses ad Monasticum habitum. Imperat Michael Rangabes Curopalata, sororis maritus, exeunte Septembri, Indictione 5 ineunte. *Theophan. Cedren. Sigeber.*	43 Caroli 1. Magni 11 Imp. Occid.

Vitá cessit in Bauaria 4 Decembris, Princeps Carolus, natu maximus: solo iam Ludouico superstite. cuius exercitus hoc anno in Hispania Tarracon. Dertossam occupasse dicitur. *Eginar. in Vita Caroli, Regino, Aimoin lib. 4, & lib. 5 c. 7.* De Caroli Testamento, *lege Baron*

812 | 17 Leonis 3. | 1 Michaelis I. Curopalata. | 44 Caroli 1. Magni 12 Imp. Occid.

Caroli I. Magni Occid. Imp. an. 12. Carolus, Bernardum nepotem creat Italiæ Regem: à quo Saraceni Africani, Italiam inuadentes, cæsi partim, partim repulsi sunt. *Ado, Regino, Aimoin.* Datus ei est Vallius moderator prudens. *Aemil.* Nouam Ludouici expeditionem in Mauros Hispaniæ, *narrat Aimoin. lib. 5. c. 7, & 8.* in reditu, à Vasconum insidiis se strenuè tuetur.

Indict. 5.

Narrant Hispani Historici, Rodericus, & Alfonsus, accedente ad eos Paulo Aemilio: Carolum Imperatorem, hortatu Alfonsi fuisse in hac expeditione: & in reditu ingentem cladem extremo Francorum agmini illatam; ad locum, qui Roncouallis vocitatur: vbi Rollandus occubuisse dicitur: sed nec ætas Caroli, nec *Francorũ Historici, Ado, Regino, Aimoin. Eginhardus, & alii*, hanc secundam Caroli profectionem recipiunt. de altera *dixi ad an. 778. lege de hac re Baronium.* rem *ex Scriptorum Hispanicorum fide narrat Mariana lib. 7. c. 11.* & liberum Lectori iudicium relinquit. Michael Pius Imperator, pellit Manichæos: *quod narrat Baronius:* & de pace agit cum Carolo Magno. cessat Cantiorum Regnum in Anglia. *vide ann. 449.* vniturque Regno Occidentalium Saxonum Egberti Regis, cùm stetisset annis 363, *ex Polyd. lib. 4. vide Præfationem ad annum 449.*

813 | 18 Leonis 3. | 2 Michaelis I. Curopalata. | 45 Caroli 1. Magni 13 imp. Occid.

Caroli I. Magni. Imp. Occid. an. 13. Michael Imperator, victus à Bulgaris, & à Legionibus contemptui habitus, Imperio se abdicat, electa vita Monastica. Imperat Leo huius nominis quintus, dictus Armenus. *Sigeber. Cedren. Zonar.* sed dissentit aliquantulùm *Theophanes.* inter hæc capta est Adrianopolis à Bulgaris. Theophanes Abbas finem imponit suæ Historiæ: quam Latinam fecit Anastasius. *Cedrenus* vult finiuisse in Nicephoro: ac proindè oportebit quæ addita sunt, alterius esse authoris. habetur Græcus Theophanes in regia biblioth. Parisiensi. falsò eam Historiam, quæ Miscella dicitur, ex Theophane aliisque cõpilatam, Theophanis opus esse aliqui sunt arbitrati. ergo consarcinata Miscella est primum à Paulo Diacono, deindè per Landulphum Sagacem producta est ad hunc primum qui sequitur Leonis annum, atque ita quæ ex hac Miscella citantur intellige.

Indict. 6.

Carolus Magnus, Aquisgrani filium Ludouicum coronari fecit Imperatorem: cui ibidem præstitum à Proceribus iuramentum est. *Sigon. Sigeber. & alii. Baronius*, quinque *recenset* Concilia tunc habita: & eadem *enumerat Sigebertus.* inter hæc concilia sunt Moguntinum & Turonense. Episcoporum electionem vsurpatam à prædecessoribus, pristinę restituit libertati, lata Lege, quam *referunt Sigon. & Baron.*

814 | 19 Leonis 3. | 1 Leonis V. Armeni. | 1 Ludouici 1. Pij.

Ludouici I. Pii Imp. Occid. an. 1. Obiit Carolus Aquisgrani 28 Ianuarii, ætatis anno 72. Princeps verè Magnus, dignus Imperio, & qui rem Christianam auxit armis, pietate, & templis. succedit Imperio Ludouicus, cognomento Pius, *Ado, Regino, Aimoin. Eginhard.* Lothario, filio suo natu maximo, Ludouicus Bauariã: Pipino 2 filio Aquitaniã regẽdã dedit. Leo Imperator orientis, Bulgaros inuadẽtes Cõstãtinopolim, magnaclade affectos repulit. *Cedren. Zonar. Aimoin. Regino.* euadit Iconoclasta, cõsilio perditorũ Monachorũ. Theophanes Historicꝰ exulat: itẽ Nicephorꝰ Patriacha: cui subrogatur Theodorus, homo impurus, rudis, & leuis. *lege Barõ.*

Indict. 7.

815 | 20 Leonis 3. | 2 Leonis V. Armeni. | 2 Ludouici 1. Pij

Ludouici I. Pij Imp. Occid. an. 2. Rupta pace inter Ludouicum Imperatorem, & Maurorum Principem in Hispania, redintegratur bellum. *Aimoin.* Habdallas pulso tandem fratre, potitur

Indict. 8.

in Oriente Perſide, & ſumma rerum inter Saracenos. Romani Principes in Leonem conſpirant, & ſupplicio digni iudicantur: ægrotante Leone, villas aliaque incendunt. Bernardus Rex tumultum ſedat, & Imperatori Ludouico in cauſa Leonis, ſatisfacit. *Sigon. Baron.* in oriente S. Nicetas tandem communionem Pſeudopatriarchæ deuitans, mittitur in exilium à Leone. *Baron.*

816 Indict. 9. — 21 Leonis 3. — 3 Leonis 5. Armeni. — 3 Ludouici. 1 Pij.

Ludouici I. Pii Imp. Occid. an. 3. Mauri in Hiſpania repetunt pacem cum Ludouico Imperatore. *Aimoin.* Alhaca Cordubæ Rex obiit, Maurorum potentiſſimus. è filiis nouendecim, ſuccedit Abderagmanus. tamen *Mariana lib. 7. cap. 12, notat* annum Chriſti 821. Leonis perſecutio augetur in Theophanem, Stephanum, Coſmam Epiſcopum Chalcedon. 30 Moniales, & alios. *Baron.* tempore Alfonſi Regis Caſti, qui regnare cœpit anno 780, repertum Compoſtellæ Corpus S. Iacobi Apoſtoli, à Theodomiro Epiſcopo. eius quidem tranſlatio, eodem anno, quo paſſus eſt, facta in Itiam Flauiam, qui eſt extremæ Galeciæ locus; & inde in Compoſtellam, *aſſeritur, ex Epiſtola Leonis* 3. Latuit ibi poſt cladem Hiſpaniæ ignotum ſeculis aliquot: & tandem diuino nutu & miraculo repertum. *Mariana lib. 7. c. 10. Baron. anno* 816. moritur Leo Papa pridiè Idus Iunii. *Anaſt.* eius res geſtas *narrat hic prolixè Baron.* electus Pontifex poſt 10 dies ex Diacono Stephanus V. dictus quartus, è Romana familia nobiliſſima. cùm ſignificaſſet Ludouico, cupere ſe cum illo de publicis rebus agere, Rhemis excipitur maximo honore ab Imperatore: quem Pontifex ibidem coronauit. *hæc Teganus Treueren. Chorepiſcopus de geſtis Ludouici, cap.* 38, & 39.

1 Stephani 5. dicti 4.

817 Indict. 10. — 1 Paſchalis I. — 4 Leonis 5. Armens. — 4 Ludouici I. Pij.

Ludouici I. Pij Imperat. Occid. anno 4. In conſeſſu publico Aquiſgrani, Ludouicus Lotharium filium Imperii ſocium pronuntiat. Pipino Aquitaniam, & Ludouico Bauariam iam ante aſſignauit. Bernardum Italiæ Regem rebellantem, priuat oculis: qui mox obiit ex vulnere. *Teganus, Regino.* Eius Epitaphium *habet Sigon.* eo mortuo Ludouicus Regnum Italiæ per Legatos adminiſtrat. vita ceſſit Srephanus Papa, 9, Februar. poſt biduum eligitur Paſchalis inuitus, ſed magno omnium conſenſu, è Monaſterio Sancti Stephani eductus.

Aquiſgrani habetur Conuentus, vbi inter alia Imperator (quod Sedis Apoſtolicæ Legatione petebatur) confirmat, quæcumque à prædeceſſoribus, donata, vel reſtituta fuerant Romanæ Eccleſiæ. ſanxitque, vt electio Romani Pontificis deinceps libera eſſet. Conſtitutionem *referunt Sigonius, & Baron. Extat que eius Particula d 63. cap. Ego Ludouicus.* Ex quo, Decretum, quod ex Stephano Papa anno 816 *Gratianus ibidem addit, cap. Quia Sancta, meritò Baronio putatur,* aut non ſancitum à Stephano, aut non receptum à Ludouico, vel immutatum hoc poſteriore Ludouici Statuto.

818 Indict. 11. — 2 Paſchalis. I. — 5 Leonis 5. Armeni. — 5 Ludouici I. Pii.

Ludouici I. Pii Imp. Occid. anno 5. Ludouicus Imperator Britones rebellantes reprimit. *Sigeber.* Aquiſgrani multorum Principum audit Legatos. Vbi Siconi Beneuentano Duci pax data. *Sigon.* creſcit in Oriente Perſecutio Iconomachorum. eos Pontifex anathemate obſtringit. Et Catholicos exules Romæ excipit. *Baron.* Scoti aduerſus Northumbros victoriam referunt, oſtenſa illis diuinitus Cruce S. Andreæ; à quo tempore Andream habent Patronum, & Crucem hanc pro inſigni. *Læſæus. lib. 5. in Achaio.*

819 Indict. 12. — 3 Paſchalis. I. — 6 Leonis V. Armeni. — 6 Ludouici I. Pij.

Ludouici I. Pii Imp. Occid. an. 6. Mortua Auguſta, Ludouicus vxorem accipit Iuditham è Bauaria. *Teganus.* Slaomirus Abroditorum Rex rebellans, Regno priuatur ab Imperatore. Achaius Scotorum Rex obiit, regnat Conuallus. *Hector. Boet. lib. 10. Leſæus.*